COMPENDIO
DE
VAN ESPEN

BX1935
E7
1792
v.2
c.1

135936

340.1

1080045539

José Angel Benavides.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

E45-E4107

D. ZEGERI BERNARDI

VAN-ESPEN

CELEBERRIMI JURISCONSULTI LOVANIENSIS

JUS ECCLESIASTICUM

IN EPITOMEN REDACTUM

A. D. P. BENEDICTO OBERHAUSER,

J. U. D. Reverendissimi ac Celsissimi S. R. I. Principis ac Archiepiscopi Salisburgensis Consilario Ecclesiastico

ADDITIS

BREVIBUS SS. PATRUM SENTENTIIS,

Aliisque ad novissimos mores, ac praxin spectantibus.

TOMUS SECUNDUS.

CUM LICENTIIS NECESSARIIS.

MATRITI: EX TYPOGRAPHIA EMMANUELIS GONZALEZ.

ANNO MDCCXCII.

39619

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

BX1935
E7
1192

UNIVERSIDAD AUTONOMA DE NUEVO LEON
ALERE FLAMMAM VERITATIS

FONDO BIBLIOTECA PÚBLICA DEL ESTADO DE NUEVO LEON

135936

BENEVOLO LECTORI.

Alter hic Tomulus continet ea, quæ clarissimus D. Van-Espen scripsit de bonis, & Judiciis ecclesiasticis. Integrum ergo hujus Auctoris Jus ecclesiasticum est duobus tomulis nunc excusis, modo undequaque perfecto, comprehensum. Quinimo Epitomator, ut opus istud fieret omnibus numeris absolutum, nonnulla supplevit ex Fleurianis Juris ecclesiastici institutionibus.

Ast ubi sunt novissima Pontificum Decreta, & Principum Statuta, quibus hoc opus supplendum promitebat circumvolans folium, quo illius editio annuntiabatur? Quod fuit promissum, id & fuit adimpletum, & fides liberata. Epitomator non quidem suo huic compendio inseruit talia Decreta, & Statuta expressis nominibus Pontificum, & Principum: in obviis tamen locis, uti eruditus Lector facili perspiciet, indicavit novissimos mores, qui sensum invalescunt, praxin, quæ vigere incipit, leges, juxta quas nunc vivere oportet. Nil ergo omissum, quod ad ecclesiasticam Jurisprudentiam conducere posset.

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Compendium istud est, & ut reapse tale sit, non patitur integra & operosa adducere Statuta &c. D. Van-Espen sua monumenta, quæ sparsim citavit, in speciali tractatu collegit. Idem fieri potest, si alia istius Auctoris opera, quæ in epitomen redigenda adhuc restant, publicam lucem aspicient, ubi hæc Statuta in unum tractatum collecta perllegere dabitur. Interim vale.

PROE-

PROEMIUM.

VAN-ESPENII

Commentarius in Jus Canonicum Novissimum *animadversionibus ad statum Germaniæ accomodatus.*

Cum jam hujus operis index sub prelo sudaret, & propediem publicam lucem esset aspecturus, in manus meas venit quoddam opusculum: cui titulus: *Van-Espenii Zegeri Bernardi Presbyteri J. D. SS. canonum Professoris in Academia Lovaniensi Commentarius in Jus Canonicum novissimum animadversionibus ad statum Germaniæ accommodatus.* Quemnam scopum sibi præfixerit Auctor harum animadversionum, indicat titulus. Modus, quo totum opusculum adornavit, erat hic. Præprimis integrum Van-Espenii Commentarium in Jus canonicum *novissimum* fideli manu, quantum per temporis angustias desumere potui, descripsit, & quidem, ut ajunt, de verbo ad verbum. Præmissis singulis istius Commentarii Paragraphis subjunxit suas animadversiones, quæ an præscriptum scopum attigerint, aliis dijudicandum relinquo. Animadversionum istarum dare juvat synopsin per modum Proemii brevissimam, retentis plerumque Auctoris etiam verbis. Additio hæc non displicebit Epitomatori juris hujus ecclesiastici, neque Auctori animadversionum illarum, minus Lectori. Epitomatoris opus præclarum appositis his animadversionibus nec mutatur, neque interpolatur, sed magis illustratur, & ad statum Germaniæ accommodatur. Auctor animadversionum in pubblicam lucem eas edidit, ut prodessent orbi litterato, quem finem eo melius assequentur, si in synopsin contractæ pluribus innotescant. Animadversiones non abs re auguror profuturas Lectori, cui facilis, & expedita aperitur via, planiorem Juris ecclesiastici *novissimi* præsertim germanici notitiam acquirendi (1).

Juri canonico, seu ecclesiastico *novissimo* in genere quidem omnia illa passim adscribi solent, quæ disciplinam ecclesiasticam vel publicam, vel privatam, tam res, quam personas ecclesiasticas, aut processum judiciorum concernunt, &

(1) *De Jur. eccles. novis.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

& post evulgatas Decretalium, ac Canonum collectiones Corpori canonico insertas auctoritate publica emanarunt. Inter has collectiones tempore postrema est illa sub nomine *Extravagantium communium* edita, cui inserta legitur Constitutio Sixti IV. anno 1483. promulgata: unde cum alia recentior Decretalis in collectionibus Corpori canonico inclusis non occurrat, Juri ecclesiastico *novissimo* adscribuntur ea omnia, quæ post illud tempus Pontifices in materia ecclesiastica sive per modum Constitutionis, sive sub nomine Bullæ, aut Brevis, vel *motu proprio*, aut interrogati, seu interpellati ediderunt, vel responderunt.

Præter illa omnibus nationibus communia in Germania speciatim Juri ecclesiastico *novissimo* (*a*) ad numerantur 1 auctoritas, & usus Juris ecclesiastici, 2 Concilia generalia, & particularia Germaniæ, 3 Concordata Nationis germanicæ, 4 Constitutiones germanici Imperii generatim, 5 Prærogativæ, seu libertates Ecclesiarum germanicarum.

Quod ad usum, & auctoritatem Decreti *Gratiani* in Germania (2) spectat, adnotandum id venit. Cum Decretum hoc Conciliorum Canonibus, Bullis, & Pontificum Decretis, Patrum sententiis, præclarissimis Imperatorum & Regum Constitutionibus conflatum, atque in Ordinationibus Imperii germanici sub Friderico II. anno 1236. & Rudolpho anno 1281. emanatis, aliisque Sanctionibus Imperii publicis corroboratum sit, necnon disciplinam veteris Ecclesiæ, & primævum illius systema omnium optime exhibeat, vere dignissimum est, ut usui Germaniæ, præprimis dificientibus propriis Diœcesium Statutis, Juris adinstar subsidiarii, inserviat. Habet quoque istud Gratiani Decretum singularem usum, auctoritatem, & æstimationem apud Protestantes, prout constat ex testimoniis Strickii, Matthæi Pfaffii, Speneri &c. & præsertim Bohemeri *in Præf. ad tit. de constit.* §. 21. Germanis quoque non est rejicienda sententia, quæ Decreto Gratiani vim legalem tantummodo per aversionem tribuit. Sunt enim plures textus spurii, vel certe suspecti ex Decreto hoc desumpti, & in Decretales Gregorii IX. relati, necnon *in praxi* in vim legis asumpti, adeo, ut ad hujusmodi Canones haud secus, quam ad genuinos, sinceros, & authenticos, provocari soleat.

Inter causas, ob quas Jus canonicum in Germaniæ (3) terris eos citius fuerat receptum, Auctor *Principiorum Juris ec-*

(*a*) *De Jur. eccles. noviss. Germ.* (*b*) *De usu & auct. Decret. Grat. in Germ.* (*c*) *De causs. recept. Jur. Can. in Germ.*

clesiastici publici Catholicorum ad statum Germaniæ accommodatorum cap. IV. §. 12. primario assignare contendit multitudinem Clericorum, & Monachorum, qui ob Laicorum inscitiam adhibebantur à Principibus ad negotia publica, privataque. Fors melius quis diceret, Juris canonici receptionem in Germania fuisse promotam ex eo, quod Sæculo XI. & XII. quo Jus civile, & canonicum in Scholis tradi cœpit, processus judiciarius in tribunalibus ecclesiasticis ad normam Juris civilis & in Germania passim introductus fuerit, cum antea per sæcula decem, quoad maximam saltem Ecclesiæ occidentalis partem, simplex Judiciorum ecclesiasticorum forma fuerit, & caussæ ecclesiasticæ sine strepitu forensi, & processu formulario ab Episcopis tanquam arbitris fuerint discussæ.

Primus, qui legitur Bullas Pontificias (*a*) extra corpus Juris canonici vagantes collegisse, fuit Petrus Matthæi Ictus Lugdunensis, cujus collectio anno 1491. prodiit sub hoc titulo: *Collectio Constitutionum, & Bullarum post* sextum, clementinas, & extravagantes *usque in hodiernum diem.* Collectio hæc dicta fuit *septimus* Decretalium, & divisa in V. libros: libri vero in titulos, inter quos quidam reperiuntur in antiquioribus colectionibus ignoti. Circa idem tempus Laertius Cherubinus pleniorem, ac ampliorem collectionem confecit ex omnibus Bullis, & Constitutionibus, quas reperire potuit, à tempore Leonis I. usque ad Sixti V. Pontificatum secundum ordinem temporum distributis, inditoque *Bullarii* titulo, illam sub auspiciis Sixti V. 1588. evulgavit. Bullarium istud plurimis Pauli V., Gregorii XV., Urbani VIII., & Innocentii X. Bullis & aliorum Pontificum præcedentium antea omissis Constitutionibus fuit auctum, & ab Angelo Maria Cherubino Monacho Cassinensi Laertii filio typis Romanis in quatuor tomis anno 1633. publicatum sub nomine *Magni Bullarii Romani.* Quatuor illis tomis adjectus est quintus cura P. Angeli à Lantusca, & P. Joannis Pauli à Roma Ord. Min. S. Francisci Strict. Observ., in quo continentur reliquæ Urbani VIII. & Innocentii X. Bullæ in priori tomo desideratæ, item Constitutiones Alexandri VII., Clementis IX., & Clementis X. Quarta Bullarii editio prodiit anno 1727. quæ constat tomis majoribus octo, vel potius quatuordecim, & incipit à Leone I. usque ad Benedictum XIII. Anno 1749. nova Bullarii editio facta est, quæ cum supplementis se ad novemdecim tomos in folio extendit, sub titulo:

(*a*) *De collect. Bullar.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

lo: *Bullarium magnum à beato Leone magno usque ad S. D. N. Benedictum XIV. Luxemburgi.* Præter Bullarium istud magnum habemus etiam collectionem operum, Bullarum, & Brevium Clementis XI. 1729. editam sub titulo: *Clementis XI. Pontificis M. opera*, scilicet Epistolæ, Brevia selectiora, & Bullarium. Benedictus quoque XIV. Pontifex M. suas Constitutiones successive imprimi typis curavit, easque more antiquo Doctoribus Bononiensibus inscripsit.

Juxta communem (1) Doctorum opinionem omnes Bullæ, quæ, antequam erant in Bullarium relatæ, per viam legis universalis editæ, ac legitime publicatæ, & acceptatæ fuerant, vim legis, quam olim extra Bullarium habuerunt, etiam hodie Bullario inclussæ retinent, nisi vel lege posteriori, vel contraria consuetudine fuerint abrogatæ. Id quoque certum apud Juris canonici peritos habetur, quod, ut Bulla Pontificia fidem faciat in judicio, sive pro lege suscipiatur, debeat ante omnia constare *authentice* in forma probante, hanc Bullam *reipsa* à Pontifice emanasse. Porro Bullarum Collectiones non possunt ipsismet Bullis in se contentis dare auctoritatem publicam, præter eam, quam hæ Bullæ per se, & citra insertionem in has Collectiones habent: cum enim istarum Collectionum Auctores nulla publica auctoritate essent instructi, sed duntaxat privato studio, & opera Decretales alibi à se repertas in unum collegerint, plenam fidem & publicam auctoritatem nec suis Collectionibus, nec Bullis ibi contentis dare potuerunt. Interea fides pro Bullis in Bullario contentis semper firma manet, nisi juxta, & sufficiens adsit de illarum auctoritate dubitandi, vel contradicendi ratio, cujus probatio illi, qui fidem impugnare præsumeret, de contrario injungenda foret. Inquit Cl. Zallwein Tom. II. q. 3. c. 3. §. 5. Quod, si aliquis errorem docere, & authentiam Bullæ impugnare vellet, sine dubio audiendus sit, vel maxime autem similium Bullarum auctoritas elidi possit, siquis ostenderet, eas nunquam legitime fuisse promulgatas, vel non receptas, vel usu contrario abrogatas.

Indubitati apud Germanos quoque juris est (2), Bullas, & Constitutiones Pontificias pro iisterris non obligare, quibus non per expressam Pontificis declarationem datæ, & ubi non legali modo publicatæ fuerunt. Sunt, qui ejusmodi publicationem ad obligationem producendam essentialiter non requirunt, putantes sufficere publicationem Romæ factam. Alii contrarium probant ex Justiniani Novella VI. item Conci-

(1) *De auct. Bullar.* (2) *De requis. ad oblig. Bullæ Pontif.*

liis Arelatensi I. & Sardicensi, quæ suos Canones ad Rom. Pontifices Sylvestrum ac Julium miserunt, ut eos in Provinciis publicari curarent. Synodus quoque Lateranensis sub Innocentio III. suam de medicis constitutionem c. 13. de Pœn. & Remiss. relatam tunc obligare voluit, *postquam per Prælatos locorum fuerit publicata.* Exstat demum novissimum exemplum in Bulla suppressionis Ordinis Jesuitici, quæ antequam legaliter Episcopis, & Germaniæ Principibus innotuerat, executioni non fuit mandata.

Ut pro ditionibus Belgii, & vicinarum regionum (a) Bullæ Pontificum, Brevia, Decreta, alteriusve nominis diplomata vim legis adipiscantur, Espenius requirit, omnia illorum genera prius jure Placiti regii esse recognoscenda, disquirenda, & approbanda. Ut dignoscatur, quid circa receptionem Bullarum in terris germaniæ moris sit, genuinam dabimus definitionem libertatum Ecclesiæ germanicæ, quæ describuntur, *ut immunitates intuitu Romani Pontificis, & Curiæ Romanæ partim in usu juris antiqui, & novi, ac novissimi universalis, & particularis, prout comtrapositi Decretis Pontificum, aut nunquam receptis, aut postea ferendis, partim in pactis, & conventionibus fundatæ, & quibusdam Ecclesiis particularibus cum Ecclesia Romana tanquam centro unitatis mutuo consilio— communicantibus competentes.* Germanicarum igitur Ecclesiarum libertates respiciunt triplicem inter Pontifices, Imperatores, & Ecclesiarum Præsules nexum, qui juxta regulas Juris naturalis, divini, & humani interpretandus erit, unde libertates Ecclesiarum germanicarum sequentes patiuntur reflexiones. 1 Juxta libertatem Ecclesiæ germanicæ non est in usu directe refragari Bullis, & Constitutionibus à summa Sede ordinatis. 2 Ea enim inter germanicas Ecclesias, & Pontificem Romanum intercedit firmiter stabilita unio, quæ Germanos securos reddit, Pontificem Jura, privilegia & consuetudines omnium germanicarum Ecclesiarum salvas, & intactas conservare, & Concordatis Nationis germanicæ non contravenire. 3 Sin autem de acceptatione Bullæ Pontificiæ, quæ moribus, & consuetudinibus Germaniæ non apta, aut ex aliis circumstantiis, & nonnumquam politicis rationibus non accommoda videtur, agitur, tunc Episcopi, & Principes laici Germaniæ Bullam quidem debita cum reverentia recipiunt, summo tamen Pontifici, servata reverentia, & submissione, inconvenientiam tamdiu mutuis consiliis remonstrant, donec exinde aut mutatio in-

(a) *De Placit. reg. circa recept. Bul. in Germ.*

insequatur, aut obligatio vel directe, vel per indirectum solvatur. Sic plurimæ Bullæ per oblivionem, aut usum contrarium in desuetudinem abiisse videntur, maxime quatenus pœnas dictant, prout testatur Zalwein Princip. Jur. Eccles. cap. 5. §. 1. 4 Ad quod plurimum conducit, quod attendantur Jura Ecclesiarum Germaniæ particularia, & præcipue Synodorum nationalium, & provincialium Canones, qui, si longo usu, observantia, & consuetudine fuerint roborati, omni jure Pontificum Bullis, & Decretis, veluti innocuæ libertates in usu juris particularis, debito cum respectu opponi possunt præsertim. 5 Cum Concordata, ut pacta, & fœdera inter summos Pontifices, & Nationem germanicam inita eam obligationem ex Jure naturali, & divino sortiantur, ut summa Sedes per nova Decreta, præsertim si sint pacta publica pro salute Ecclesiæ, aut Reipublicæ inita, tam facile contravenire non possit. 6 Proin libertates Ecclesiarum Germaniæ eo certius custodiuntur, cum Episcopi Germaniæ insimul principatus sæculares regant, ipsique id, quod ditionibus subditis convenit, perbene dignoscant, & eo magis prævenire, & contraria avertere valeant. 7 Si Bulla, vel Decretum Pontificium bonum notabile politicum concernit, tunc fit, ut etiam civilis potestatis assensus merito requiratur. 8 Solummodo civilis potestatis moderata cognitio circa Bullas, & Constitutiones admittitur, quando materiam politicam, aut cum ea connexam pro objecto habent, nam & in eo casu raro dici poterit, quod aliqua Bulla, vel Decretum omnibus Provinciis totius Christiani orbis sit acommodatum, & non pro diversitate Nationum mutationem patiatur. Per ejusmodi usum moderatum libertatum germanicarum circa receptionem Bullarum, & Decretorum nullo modo contrariatur auctoritati summi Pontificis, quia tam à Principibus ecclesiasticis, quam sæcularibus semper reverentia, & obedientia pro comite habetur.

Unice adhuc restat disserere, quemnam Bulla (*a*) in Cœna Domini in Germania habeat usum, & auctoritatem, cum *Espenius* huic Bullæ pro terris Belgii, & Galliæ omnem vigorem simpliciter adimit, quia ibidem nec admissa, nec unquam publicata fuit. Quod ad hujus Bullæ in Germaniæ Provinciis auctoritatem attinet, illa in omnibus locis, ubi publicata, & acceptata fuit, eandem quam cæteræ Bullæ, & Decreta Pontificia, fidem, & auctoritatem præsefert: ratio vero illius non-usus in certis articulis neutiquam consistit in des-

(*a*) *De Bulla in Cœna Domini.*

despectu, sed in vera Politia, cum singulis Germaniæ Provinciis, earumque legibus, consuetudinibus, moribus, genio, & ingenio non sit accommoda, in multis objectis contradicat Concordatis Nationis Germanicæ, & in nonnullis locis etiam Politiam sæcularem, quam in Germania Proceres laici sibi vendicant, vehementer attingat, quocirca libertates Ecclesiarum Germaniæ per indirectum quodammodo impugnantur. Hujus Bullæ publicationi jam dicitur Rudolphus II. Imp. anno 1586. strenue se opposuisse. August. Imperatrix, & Regina Maria Theresia per edictum de 10. Octob. 1766. usum hujus Bullæ in Provinciis Lombardiæ interdixit, quod exemplum etiam alii Status sæculares secuti sunt. Immo etiam Romæ jam à tempore Clementis XIV. ab annuali hujus Bullæ publicatione desistitur.

Regulas Cancellariæ in Germania describimus (*a*), & agnoscimus, *ut Constitutiones pontificias à quovis Pontifice ad initium sui regiminis præscriptas, quæ normam, & ordinem, potissimum Cancellariæ Apostolicæ, res beneficiales, resignationes, & dispensationes concernunt.* Pro usu Germaniæ serviunt sequentia. 1 Exspirant hæ regulæ una cum quovis Pontifice. 2 Et hinc Sede vacante non obligant saltem extra Curiam. 3 Quapropter ordinarii Collatores possunt conferre beneficia, quæ vi regularum sunt Pontifici reservata. 4 Istas regulas solent Pontifices neolecti post unum, alterumve diem de novo reassumere, & prout libuerit, restringere, limitare, augere, & multiplicare. 5 Præsumunt adeo legalem insinuationem in Germania. 6 Ubi non obligant, nisi à die rite, & legaliter factæ insinuationis, & 7 in quantum sunt receptæ, & promulgatæ, quamvis Romæ jus locale faciant, aut 8 in quantum non contrariantur observantiæ locorum, aut juribus particularibus, & Concordatis Nationis Germanicæ. 9 Potissimum vero stringunt Germanos agentes in Curia Romana; 10 hinc etiam earum in Germaniæ Provinciis circa numerum diversimodus est usus, imo 11 quædam regulæ, ut leges patriæ, perpetuantur, & de jure constanter, uti in Gallia recipiuntur potissimum, quæ ad fraudes in beneficiorum provisionibus occurrentes amoliendas inserviunt. Hæc sunt generaliora capita, in quibus regularum Cancellariæ usus pro terris Germaniæ consistit.

Espenius memorat difficultates circa publicationem, & per eam quodammodo receptionem Concilii Tridentini (*b*) quoad articulos disciplinæ in Belgio, & Gallia ortas. Receptum tandem

(1) *De Reg. Cancellar. pro usu Germ.* (*b*) *De Concil. Trid. in Germ.*

dem & in Belgio fuit etiam in materia disciplinæ, seu reformationis, salvis tamen restrictionibus, præcipue jura regia, & regiorum Consiliorum, ac Magistratuum, necnon privilegia, & consuetudines, regimen politicum, & externum harum Provinciarum concernentibus. in Gallia plures sunt ordinationes regiæ, quibus præcipua Concilii Tridentini Decreta Disciplinæ probantur, nulla tamen illius Concilii facta mentione, eoquod regii Magistratus noluerint Concilium istud in materia disciplinæ agnoscere. In pluribus quoque Galliæ Conciliis vix non pleraque illius Concilii Decreta circa reformationem fuerunt admissa, quatenus non derogant libertatibus gallicanis. In Germania cum Prælati & Principes Catholici Decreta Concilii Tridentini receperint, illud ibi uti in universa Ecclesia catholica jus novum statuit. Germani fere circa Decreta reformatoria eundem modum, quem Galli, aliæque Nationes catholicæ, secuti sunt, ea tantummodo recipiendo, in quantum concordatis Nationis, aut libertatibus Ecclesiarum germanicarum non adversantur. Quinimo ipsi etiam Protestantes quædam capita Concilii Tridentini libenter agnoscunt, & statim recurrunt ad ea, si ipsos inter, & Catholicos ratione Decimarum, Juris Patronatus, aut redituum ecclesiasticorum lis moveatur. Casus dubios in materia reformationis obversantes decidit Congregatio speciatim desuper erecta, ita tamen, ut inconsulto Pontifice nulla fieret declaratio: Dogmatica vero illi soli sint reservata. Germani quidam Jureconsulti in materia circa sponsalia clandestina imprudenter provocant in decidendo ad regulam, *utrum in loco*, ubi quæstio oritur, *Concilium Tridentinum sit receptum*. Nam istud Concilium equidem matrimonia clandestina declaravit invalida, non autem ex eo evertit per indirectum etiam validitatem sponsalium clandestinorum, sed hæc reliquit intacta & juxta dispositionem Juris communis, unde certum est, isthæc esse valida, & servari debere. Cur autem circa clandestina sponsalia nonnumquam alia expositio, vel interpretatio requiratur, provenit ex diversis tum caussarum, tum personarum, & nonnumquam locorum circumstantiis.

Decretum Concilii Tridentini circa annuam, vel saltem triennalem Synodi (*a*) provincialis celebrationem Sess. XXIV. cap. 2. de Reform. in Germania strictissimæ erat observantiæ ita, ut, quæ ad materiam disciplinæ ecclesiasticæ restaurandam,

(*a*) *De Synod. Germ.*

dam, & conservandam requiruntur, sedulo provisum fuerit. Probant illud partim Concilia Germaniæ provincialia, & Synodi Diœcesanæ post Concilium Tridentinum celebratæ, partim Ordinationes, Mandata, & Constitutiones synodales. Hæc omnia Concilia provincialia, & Synodi habuerunt pro basi Concilium Tridentinum. Decreta in istis Synodis ad ecclesiasticam disciplinam restaurandam, ac fulciendam edita merito ut notabilis moderni Juris ecclesiastici portio reputanda sunt, utpote è quibus optima disciplinæ ecclesiasticæ norma præsenti Ecclesiæ statui accommodata hauriri potest, quapropter & merito expendenda per eos, quibus cura conservandæ, aut restaurandæ disciplinæ incumbit. Non tamen Synodorum provincialium obligandi auctoritas ultra Provinciarum singularum respective fines se extendit, neque diœcesanarum extra fines singularum respective Diœcesium. Curarunt nonnunquam Synodi, sua Decreta firmari auctoritate regia, præsertim si bona temporalia attingerent, aut saltem externam disciplinam à Laicis observandam. Hisce Decretis Laici difficulter se submitterent, nisi auctoritas regia accederet. Quinimo Magistratus regii publicationem synodalium Decretorum in simili materia sine prævio consensu suo vix permitterent, timentes, ne forte in his quidquam occurrat, quod juribus regiis præjudicaret.

Omnia Germaniæ Concilia colligit (*a*) clar. P. Harzheimius. Adsunt quidem antiquiores Conciliorum collectiones, quæ autem non solum Germaniæ, sed & aliarum Provinciarum Concilia complectuntur. Ex his prima est illa Jacobi Merlin Doctor. Paris. de anno 1523. Altera est Petri Labei Ordinis S. Francisci sub titulo: *Concilia omnia tam generalia, quam particularia ab Apostolorum temporibus in hunc usque diem à SS. Patribus celebrata*: *Coloniæ* 1538. & 1557. Hanc insecuta est illa Laurentii Surii Carthus. Parisiis anno 1567. edita sub titulo. *Concilia omnia tam generalia, quam provincialia, atque particularia.* Hanc imitatus est Severinus Binius Colon. Canonicus, à quo tres Collectiones de annis 1606, 1618. & 1638. Coloniæ prodierunt. Pro maxima autem Conciliorum collectione habetur illa, quæ Parisiis edita fuit. Labeus pariter collectionem novam inchoavit, sed morte præventus eam ultra prosequi non poterat, adeoque eam Gabriel Gossart compleverat sub inscriptione: *Sacrosancta Concilia ad regiam editionem exacta, quæ nunc quarta parte aucta* prodiit Parisiis anno 1674. & postea additamentis à Stephano Baluzio illustra-

(*a*) *De collect. Concil.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ttata fuit. Præstantissima collectio est Joannis Harduini sub titulo : *Collectio maxima Conciliorum generalium , & provincialium , Decretalium , & Constitutionum SS. Pontificum* 12. volum. Parisiis 1715. Collectionem P. Harzheimii adhuc præcedit illa , quæ curis Nicolai Coleti sub titulo : *Sacrosancta Concilia* ad regiam *editionem exacta* Venetiis 1728. adscribitur , & à Joanne Dominico Mansi anecdotis in VI. tomos divisis exornata fuit. Reliquæ Conciliorum collectiones videantur apud clariss. P. Zallwein in princip. Jure eccles.

Inter Synodos regia auctoritate (*a*) firmatas Espenius speciatim pro novissimis temporibus refert Cameracensem , & Mechlimiensem , quarum sicut & regiorum edictorum desuper editorum articulos simul adducit. In illis præprimis agitur de professione fidei emittenda ab assumendis ad Magistratum, nec non ab omnibus Officiariis justitiæ tam civitatum , quam pagorum , uti & à Ludimagistris , & Ludimagistrabus , Typographis , Librariis , ac Bibliopolis , qui ultimi etiam tenebantur præstare juramentum in sua admissione de non invehendis libris prohibitis , nec secreto distrahendis. Agitur quoque ibi de ordinatione Scholarum ; celebratione Festorum &c. Supersedeo referendis aliis articulis , cum adducentur , ubi oportunitas tulerit in hoc ipsomet Espenii Jure ecclesiastico in epitomen redacto. In Germania nostra circa ejusmodi articulos , qui mixtam aliquam cum Politia ecclesiastica , & civili connexionem patiuntur , attendere oportet ad diversimodas consuetudines , & Provinciarum observantias , prout & ad ordinationes provinciales , per quas sufficienter ubivis locorum provisum est , ne tam facile inter Magistratum ecclesiasticum, ac civilem aliqua dissensio , aut turbatio suboriri possit.

Inter res cum Politica ecclesiastica , & civili (*b*) connexas reputatur materia Decimarum , cujus cognitio juxta Espensium in Gallia , & alibi vi edicti regii ad Consilia regia pertinet. In Germania usu , & observantia potissimum introductum est, ut in Curiis sæcularibus Decimarum laicarum casus litigiosi decidantur. Videntur in Germaniæ terris complures Decimæ originetenus esse sæculares , & ideo perbene ad differentiam inter Decimas ecclesiasticas , & sæculares quoad reparandas Ecclesias attendi solet , ita , ut Laici Decimis investiti eas in qualitate Decimarum sæcularium possideant , & exinde ad reparationem Ecclesiarum non possint obligari , nisi ad hanc ex observantia , aut aliunde ex pacto speciali , aut vi anni normalis teneantur. Unde & circa perceptionem Decimarum Pax Westphalica diversimode disponit. Sic *Instrument. Pacis Osnabrug. Art.* 5. §. 15. statuitur de Decimis Novalium : *Fundationes , quæ die* 1. *Januarii* 1624. *in possessione , vel quasi juris decimandi è bonis novalibus in alieno territorio fuerunt , etiam in posterum sint , & nihil novi juris quæratur. Inter cæteros Imperii status , & subditos id juris esto , quod jus commune, vel cujuscumque loci consuetudo , & observantia de Decimis ex bonis novalibus constituunt , aut per pactiones voluntarias conventum est.* Ex hoc inferri nequit , perceptionem Decimarum novalium , vel ad Decimatorem universalem , vel ad Dominum territorialem , vel ad Ecclesiam pertinere , cum illa per pacta , aut jus commune , aut cujusvis loci consuetudinem, & observantiam passim terminetur , unde patet , per pacem Westphalicam immutatum in pluribus capitibus fuisse Jus canonicum : istud enim præscribit , ut Decimator universalis eo tertius , cum id , quod majus est , percipiat , etiam novales Decimas possit exigere cap. 27. *de Decimis.*

Amortizationem quod attinet (*a*) , de qua Espenius incidenter tractat , hæc quidem in nonnullis Germaniæ ditionibus non incognita , sed non in omnibus introducta est. Sic & in extructione novorum Monasteriorum , Ecclesiarum , aut in ædificatione ædium ad pius usus destinandarum juxta observantiam , & exigentiam cujuscunque loci partim ad jura Domini territorialis, partim ad possessionem anni normalis , aut singularia conventa , præsertim in locis mixtæ Religionis attendi solet , cum sine prescitu , & speciali licentia Domini territorialis juxta communia Juris publici principia nova ædificia non possint extrui. Quamvis in Germania ad evitandas contentiones in hisce casibus , & rebus ad politiam sæculare pertinentibus non parum conferat , quod Principes ecclesiastici etiam insimul jurium territorialium sint capaces.

Status ecclesiasticus Germaniæ (*b*) non à solo Jure canonico norman sortitur , sed insuper legibus peculiaribus Imperii, pactisque conventis Imperatoris tam cum ipsis Statibus , quam cum exteris innititur. Auctor libri sub titulo : *Principia Juris eccles. ad usum German. accomod.* Constitutiones Imperii , quæ connexionem cum Jure ecclesiastico habent , in tres classes , nempe *antiquas* , *medias* , & *novissimas* dividit. *Antiquæ* incipiunt à Carolo M. usque ad Carolum IV. Huc referuntur, 1 Capitularia Regum Francorum. 2 Constitutiones Imperii, quas colligit Melchior Goldastus , suspectus tamen hinc inde, prout

(*a*) *De rebus cum Polit. civil. & eccles. connexis in German.*
(*b*) *De mater. Decimarum in German.*

(*a*) *Amortizat. in German. usus.* (*b*) *De Constit. Imperii cum Jure ecclesiast. connex.*

prout citatus ait Auctor, Imposturæ literariæ : 3 Diplomata Imperatorum : 4 Concessa Ecclesiis, ac Monasteriis Statuta, privilegia, & libertates Collegiorum ab Imperatoribus confirmatæ, Literæ solemnes fundationum &c. *Mediis* adnumerantur constitutiones à Carolo IV. usque ad Carolum V. Eo specialiter pertinet aurea Bulla, in qua proëdria, aliaque jura Electorum ecclesiasticorum, nec non ritus sacri in electione Cæsaris, & alias observandi describuntur. *Novissimæ* sunt, quæ inde à Carolo V. usque ad nos emanarunt : Huc spectant, 1 *Transactio Passaviensis*, ubi juxta citatum *Princip. ecclesiast.* &c. Auctorem de solo vitæ, ac conversationis externæ pacifico commercio transactum, nil vero de visceribus caussæ Religionis, nec de controversis fidei articulis. 2 *Pax Religiosa*, in qua conditiones, & fines inter utriusque Religionis partes, Cath. & A. C. addictos terminantur. 3 *Pax Westphalica*. Vi instrumenti hujus pacis Pax religiosa tam in punctis Religionem, quam Politiam concernentibus pro basi habetur, & tolerantia trium religionum, libertas mutandi eas, cessio bonorum ecclesiasticorum, mutua, & exacta æqualitas in utraque Religione stabilitur, hæcque omnia per Capitulationes Cæsareas iterato confirmantur. 4 *Pax Ryswicensis*, in qua instrumentum pacis Westphalicæ pro fundamento ponitur, & de permanente Religionis catholicæ statu in locis restitutis agitur. 5 *Pax Badensis*, ubi singularia quædam ad jus ecclesiasticum Germaniæ pertinentia capita deliberata fuerunt. Sic ibi Art. 17. nonnulla de beneficiis ecclesiasticis & personis capacibus non revocandis, nec non de Religionis statu custodiendo inserta sunt. 6 *Recessus Imperii*. Ex his de Concordato, Annatis, & officio Papæ in bello turcico agit R. J. 1500. tit. 43. Tuitionem S. Sedis Romanæ, nexumque Ecclesiæ germanicæ cum illa docet R. J. 1512. De jure convocandi Concilia agunt R. J. 1524. §. 28. 1529. §. 7. 1532. Art. 1. §. 2. & 6. De honestate, & vita Clericorum tractant R. J. 1530. §. 32. 1548. tit. 14. §. 5. 1557. De alienatione bonorum Ecclesiæ R. J. 1530. De collectis Cleri ad bellum turcicum 1542. De immunitate Ecclesiarum, & Ministrorum ab oneribus belli R. J. 1577. tit. 6. §. 1. Advocatiæ, quam gerit Cæsar pro Ecclesia, jura, & officia designant Recessus Imperii passim &c. 7 Capitulationes Cæsareæ, inter quas una ex novissimis art. 14. §. 5. tractat de separatione caussarum ecclesiasticarum à sæcularibus, evitandoque conflictu potestatis laicæ, & sacerdotalis &c. 8 Constitutiones Impp. Uti est celebris constitutio Friderici II. à Statibus imperii subscripta, quæ extat post libros feudorum &c.

Disserte probat *Espenius*, quod non parum utilitatis disciplinæ ecclesiasticæ accedat (*a*) per Jus Justinianeum, quia leges Imperatorum Christianorum, quæ circa statum Ecclesiæ publicum, ejusque Ministros, ac bona sæcularia in corpore Justinianeo comprehenduntur, semper magni olim habitæ fuerunt, *l. 8. Cod. de SS. Trinit.* Scimus enim, leges civiles, vel secundum præambulos Canones *l. 12. c. de SS. Eccles.* vel saltem de consensu Episcoporum *l. 7. & 8. Cod. de SS. Trinit.* passim conditas fuisse, & Præsules ecclesiasticos semper hunc pium zelum Principum orthodoxorum collaudasse. Imo si veterem Ecclesiæ statum propius indagamus, patet, quod Principes sæculares jam multum pro conservando bono ordine in Ecclesia, & amplianda politia externa in ecclesiasticis egerint ex Episcoporum assensu, ut hodie dum adhuc per exercitium *juris circa sacra* fieri solet. Interdum tamen constat, quod leges civiles Romanæ multum auctoritatis hodie dum per revolutiones temporum, atque immutatam status ecclesiastici faciem, & præsertim per sæculares ecclesiasticorum Principum possessiones perdiderint : solent enim hi ipsimet saluberrimis constitutionibus, ac remediis in promptu prospicere cunctis Fidelium morbis.

Ut exactius possit dignosci (*b*), quæ legem inter, & Canonem intercedant differentiæ, sequentes adnotabimus regulas. 1 In caussis spiritualibus, & ecclesiasticis attenditur solum Jus canonicum. 2 Inter personas ecclesiasticas in caussis profanis lites secundum Jus civile deciduntur. 3 Si de peccato, & conscientia agitur, Jus canonicum à civili discrepans servabitur ab omni Catholico. 4 Lex civilis per expressos Canones, vel observantiam, ut ajunt, canonizata, obtinet etiam in foro ecclesiastico. 5 Ubicumque in caussis profanis deficit Jus canonicum, aut obscuritate, aut præteritione casus, decisio depromitur ex Jure civili. 6 Vicissim ubi deficit Jus civile, suppletur à canonico. 7 Quodsi vero reperitur antimonia inter leges, & Canones, atque materia sit indifferens, sequi oportet jus quodque in suo foro. 8 Delictis mixti fori quodque jus suam peculiariter pœnam dictat.

Civiles leges neutiquam aspernantur S. Canones (*c*). Sancivit Justinianus. *Sacros autem Canones non minus, quam leges valere, etiam nostræ volunt leges. Sancimus obtinere in illis, & quæ sacris visa sunt Canonibus, perinde acsi civilibus inscriptum esset legibus, l. 45. C. de Epis.* Nimirum *maxime in hominibus sunt dona Dei à superna collata Clementia* Sacerdotium, & imperium, *& illud quidem Divinis ministrans, hoc au-*

(*a*) *De usu Juris Justinian. in Discip. Eccles.* (*b*) *Regul. pro dignosc. inter leg. & canon. different.* (*c*) *De harm. inter leg. & Canon.*

autem humanis præsidens, & diligentiam exhibens, ex unâ, eodemque principio procedentia humanam exornant vitam. Novel. VI. in Præfat. unde colligitur, quam singularis inter Canones, & leges, Sacerdocium inter, & Imperium detur harmonia.

Juxta Espenium pro assequenda (*a*) perfecta Canonum notitia, eorumque genuino sensu conveniens est inspicere textum originalem, sive græcum, sive latinum. Quin & variæ Canonum Versiones subsidio sunt ad assequendum sincerum Canonis sensum. Recurrere quoque oportet non tantum ad primas Canonum collectiones, sed & ad harum Decretalium fontes, ubi perpendendum, quid condendo Canoni occasionem dederit: e. g. quis fuerit error, aut abusus, cui Canon opponitur. Cum Decretales Gregorii IX. maximam partem desumptæ sint ex epistolis Rom. Pontificum, inspiciendus est status difficultatum, & quæstionum, ad quas illi interrogati responderunt. Cum vero status quæstionis propositæ, omnesque illius circumstantiæ sæpius neque ex Decretali, neque ex integra Pontificis epistola haberi queant, sed ex temporum illorum Historicis hauriendæ sint, hinc pro Canonum scientia plurimum conducit historiarum præsertim occidentalium notitia, non ex vulgatis quibusvis, sed coætaneis repetenda. Demum pro Canonum intellectu servit scire variatas pro temporum, & locorum diversitate vocum, & verborum significationes, e. g. Parœcia, seu Paroquia, quæ hodie districtum uni Presbytero, quem dicimus Parochum, commissum significat, olim significavit integrum Episcoporum districtum, quem nunc *Diœcesin* dicimus. Diœcesis autem pro districtu plurium Provinciarum ecclesiasticarum accipiebatur &c. Unde opus est, ut studium juris à titulis de *verborum significatione* incoëtur, & legantur virorum eruditorum observationes, notæ, vel Glossaria, quibus obscurorum, aut obsoletorum verborum, sæpius in Decretalibus occurrentium, significationes exponunt.

Præmissis subsidiis addere juvat regulas (*b*), ex quibus potissimum mensuranda est Canonum auctoritas. 1 Ad fontes originarios, nempe ad Conditores Canonum est recurrendum. 2 Canones Conciliorum, tam generalium, quam particularium in vim legis universalis adprobatorum, & receptorum, ut & Pontificum, dummodo in vim legis emanaverint, ac sufficienter promulgati, & recepti fuerint, habent auctoritatem legalem pro universo orbe catholico. 3 Canones Synodorum particularium pollent auctoritate pro suis Ecclesiis, pro quibus condebantur. 4 Canones improprie tales, quales vocantur sen-

(*a*) *De subsid. pro asseq. Canonum notitia.* (*b*) *Regula pro asseq. Can. not.*

sententiæ SS. Patrum, vel etiam aliorum Doctorum in corpus juris relatæ, vel Canones omnino ex fontibus incertis, suppositiis, & spuriis deprompti, per se auctoritatem non habent, nisi vel per relationem in corpus, vel ex usu, & praxi acceperint. His regulis unanimis Doctorum orthodoxorum assensus assistit.

Espenius Decretalium Interpretes (*a*) in tres dividit classes. *Prima* complectitur eos, qui explanatione Juris canonici, & Decretalium intermiscent Ecclesiæ disciplinam ex SS. Canonibus, & sanctis Patribus haustam, ac insuper ex Decretalium fontibus, atque historiis genuinum earum sensum desumunt. Interpretes hi sunt eruditione, atque utilitate præcipui. *Secunda* classis comprehendit illos Juris canonici, aut ecclesiastici Scriptores, qui juri communi non tantum aliquid de pristina disciplina immiscent, sed insuper jus patrium, & consuetudinarium adjiciunt, illudque variis tribunalium, præcipue regiorum sententiis, ac decisionibus confirmant. *Tertia* classis continet illos, qui omnino ipsis Decretalibus, sive Juri canonico scripto inhærent, nec nisi raro ex ipsis Decretalium primis fontibus, vel historiis sensum Decretalium quærunt, vel investigant. Hujus generis famosissimi sunt, qui vulgo Glossographi dicuntur, eo quod ad singula Capitula suas glossas, sive breves adnotationes, aut expositiones apposuerint. In Germania nostra novissimi Juri canonici Scriptores Decretalium ordinem nullatenus sequuntur. Juri canonico historiam, & jus publicum ecclesiasticum immiscent: introductiones vero, & præcognita solum compendio exhibent. Student quoque pro focis Germaniæ eo magis inservire, cum plurimum de Provinciarum, in qua unusquisque horum Auctorum scripsit, usu, observantia, consuetudinibus, & juribus singularibus immisceant.

Espenius facit quasdam reflexiones (*b*) in Decretalium Commentatores, quas hic apponere non incongruum duco. 1 Cum omnes corporis canonici partes potissimum forensia prosequantur, & pro decidendis caussis judicialibus promulgatæ sint, adeoque & ipsemet Decretalium Comentarii præcipue circa judicialia, ac forensia occupentur, suadendum Clericis, ut illorum lectioni adjungant lectionem SS. Scripturæ, SS. Patrum &c. ut non plane aridi, totique forenses, ac veri spiritus ecclesiastici expertes reddantur. 2 Commentatores hi dum potissimum circa judicialia, & forensia occupantur, non satis distinguunt inter forum internum, & externum, sæpius licita pronuntiantes, quæ quidem in foro fori im-

(*a*) *De Decret. Interpret.* (*b*) *Reflex. in Decret. comment.*

impugnari, aut irritari nequeunt: at in foro poli, seu in foro conscientiæ sæpius illicita sunt. Sic institutio in favorem, seu rgtificationem unius ex duobus præsentatis, si is alias est capax, pro foro fori impugnari nequit. Ast in foro poli, seu constientiæ nullus *gratificationi* locus est. 3 Decretalium Interpretes, dum materiam Beneficiorum unice fere considerant in ordine ad judicium forense, Beneficia potissimum attendunt quoad temporalia, de quibus pene solis moventur lites, quasi primum, ac principale in beneficiis esset ipsum temporale: ideo nonnunquam de Beneficiis non secus, ac de re aliqua profanæ, & temporali, ratiocinantur. Sic docent, quod in permutatione Beneficiorum, si unum præponderat alteri, ratione inæqualitatis fructuum pinguiori Beneficio possit imponi pensio. Item beneficia non sat considerant tamquam ministeria Ecclesiæ, quæ Clericos ad laborandum, & militandum in militia Christi adstringunt. Unde ea omnia, quæ Clerici acquirunt alia ratione, quam respectu Beneficiorum, veluti celebrando, concionando, confessiones audiendo, Vicariæ temporali deserviendo, aut alias similes actiones spirituales exercendo, reputant inter propria Clericorum bona *quasi patrimonialia*, adeo, ut de iis, quidquid volunt, donare, testari &c. possint. 4 Laxiorum Theologorum opinionem secuti tradunt nonnulli præfatorum Commentatorum, quod in praxi, si utrinque sint dubiæ multorum sententiæ, liceat sequi utramlibet pro libitu, ac si jus clarum esse. Per hanc sententiam aperiuntur pessime laxitatis portæ. Videndum ergo potius, ut in dubiis sententiis tutior, & probabilior semper eligatur opinio, nec non inter Jurisprudentiam ecclesiastico-juridicam, & politicam caute discernatur, & utraque ad facta emergentiæ sedulo applicetur: per illam utpote docemur, qua arte actiones nostræ secundum leges Juris ecclesiastici justa interpretatione ad casus obvius sint applicandæ: per hanc autem instruimur, quomodo actiones justæ salvis legibus juris, & justitiæ in utilitatem Reipublicæ ecclesiasticæ dirigantur.

Hæc sunt, quæ ex prænominato opusculo desumenda, seu potius transcribenda duxi. Pertractavit in eo Auctor animadversionum gravissimas materias, sed eas non juxta ipsarum dignitatem explanavit. Quid ergo mirum, si & in hac nostra synopsi, in qua illius Auctoris sententiis pene ad omnia verba inhæsi, plura desiderentur. Juvat interim hæc tetigisse, ut Lectoris intellectus excitetur ad ea magis disquirenda, quæ Germaniæ usibus hac in re conveniunt.

CONSPECTUS
III. PARTIS.
DE BONIS ECCLESIASTICIS.

Titulus. I. *De beneficiis.* Pag. 1.
Tit. II. *De ætate, & qualitate Beneficiandorum.* 11.
Tit. III. *De pluralitate beneficiorum.* 19.
Tit. IV. *De ordinaria beneficiorum provisione.* 32.
Tit. V. *De concursu ad Parochiales Ecclesias.* 42.
Tit. VI. *De reservationibus Apostolicis.* 50.
Tit. VII. *De provisionibus Apostolicis.* 62.
Tit. VIII. *De jure Patronatus.* 75.
SECTIO II. *De Regalia.* 91.
Tit. IX. *De institutione, & possessione beneficiorum.* 98.
Tit. X. *De resignatione, & permutatione beneficiorum.* 108.
Tit. XI. *De pensionibus ecclesiasticis.* 120.
Tit. XII. *De unionibus beneficiorum.* 133.
Tit. XIII. *De simonia circa beneficia.* 142.
Tit. XIV. *De acceptione Personarum in provisione beneficiorum.* 159.
Tit. XV. *De bonis temporalibus Ecclesiæ.* 165.
Tit. XVI. *De decimis, & oblationibus.* 175.
Tit. XVII. *De portione congrua Pastorum.* 189.
Tit. XVIII. *De immunitate ecclesiasticorum bonorum.* 197.
Tit. XIX. *De administratione, & alienatione bonorum ecclesiasticorum.* 203.
Tit. XX. *De hospitalibus, & locis religiosis.* 212.
Tit. XXI. *De sepulturis* 222.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

IV. PARTIS.

DE JUDICIIS ECCLESIASTICIS.

Titulus I. *De jurisdictione ecclesiastica.* 235.
Tit. II. *De causis ecclesiasticis.* 247.
Tit. III. *De jurisdictione criminali.* 263.
Tit. IV. *De delictis ecclesiasticis.* 276.
Tit. V. *De reliquis delictis ecclesiasticis.* 288.
Tit. VI. *De judicibus Ecclesiasticis.* 303.
Tit. VII. *De ministris Curiæ ecclesiasticæ.* 312.
Tit. VIII. *De instructione causarum civilium.* 322.
Tit. IX. *De instructione caussarum criminalium.* 341.
Tit. X. *De sententiis, & executione.* 355.
Tit. XI *De appellationibus, & recusationibus.* 368.
Tit. XII. *De pœnis, & censuris ecclesiasticis.* 383.
Tit. XIII. *de exemptionibus Regularium.* 409.

JURIS ECCLESIASTICI
D. VAN-ESPEN
PARS III.
DE BONIS ECCLESIASTICIS.
TIT. I.
De Beneficiis.
CAPUT I.
De Origine, & Natura Beneficiorum.

1. Nostris moribus multiplex religionis officium incumbit Parochis, quia titulo ipsius Beneficii, quod possident, tenentur ad Sacrorum administrationem, & celebrationem in suis Ecclesiis. Beneficium enim datur propter officium. *c.* 15. *de Reser. in 6.*

2. Beneficii nomen ex jure feudali trascribere placuit. Jure novo prætendit Innocentius II. Papam, veluti jure feudi, omnium Beneficiorum ecclesiasticorum Dominum, aut Authorem esse. *Constat* (a), inquit *Romam esse Metropolin orbis; inde recipiuntur dignitates ecclesiasticæ per gratiam, & licentiam Romani Pontificis; veluti jure feudi.*

3. Primis sæculis & ipsi Clerici ex bonis Ecclesiæ vivebant. Bona erant communia, quorum dispensatio ex nutu Episcopi fiebat inter pauperes, & Clericos. Fuere Clerici non pauci, qui extra communitatem vixerant, vel quod uxores essent sortiti, vel aliis de causis. His stipendia vel hebdomadatim, vel menstrue, aut in pecunia numerata, aut in certa ciborum portione, quæ proinde instar erogationum militarium Præbenda dicitur, suppeditabantur. Hujus generis stipendia pro na-

(a) Racin. Tom. 5. Art. 12. §. 7.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

IV. PARTIS.

DE JUDICIIS ECCLESIASTICIS.

Titulus I. *De jurisdictione ecclesiastica.* 235.
Tit. II. *De causis ecclesiasticis.* 247.
Tit. III. *De jurisdictione criminali.* 263.
Tit. IV. *De delictis ecclesiasticis.* 276.
Tit. V. *De reliquis delictis ecclesiasticis.* 288.
Tit. VI. *De judicibus Ecclesiasticis.* 303.
Tit. VII. *De ministris Curiæ ecclesiasticæ.* 312.
Tit. VIII. *De instructione causarum civilium.* 322.
Tit. IX. *De instructione caussarum criminalium.* 341.
Tit. X. *De sententiis, & executione.* 355.
Tit. XI *De appellationibus, & recusationibus.* 368.
Tit. XII. *De pœnis, & censuris ecclesiasticis.* 383.
Tit. XIII. *de exemptionibus Regularium.* 409.

JURIS ECCLESIASTICI
D. VAN-ESPEN
PARS III.
DE BONIS ECCLESIASTICIS.
TIT. I.
De Beneficiis.
CAPUT I.
De Origine, & Natura Beneficiorum.

1. Nostris moribus multiplex religionis officium incumbit Parochis, quia titulo ipsius Beneficii, quod possident, tenentur ad Sacrorum administrationem, & celebrationem in suis Ecclesiis. Beneficium enim datur propter officium. *c.* 15. *de Reser. in 6.*

2. Beneficii nomen ex jure feudali trascribere placuit. Jure novo prætendit Innocentius II. Papam, veluti jure feudi, omnium Beneficiorum ecclesiasticorum Dominum, aut Authorem esse. *Constat* (a), inquit *Romam esse Metropolin orbis; inde recipiuntur dignitates ecclesiasticæ per gratiam, & licentiam Romani Pontificis; veluti jure feudi.*

3. Primis sæculis & ipsi Clerici ex bonis Ecclesiæ vivebant. Bona erant communia, quorum dispensatio ex nutu Episcopi fiebat inter pauperes, & Clericos. Fuere Clerici non pauci, qui extra communitatem vixerant, vel quod uxores essent sortiti, vel aliis de causis. His stipendia vel hebdomadatim, vel menstrue, aut in pecunia numerata, aut in certa ciborum portione, quæ proinde instar erogationum militarium Præbenda dicitur, suppeditabantur. Hujus generis stipendia pro na-

(a) Racin. Tom. 5. Art. 12. §. 7.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

navata opera augeri, minui, supprimive poterant. Nonnulli Ecclesiæ Ministri, qui ex bonis illis alendi æque fuissent, ut tamen populo exemplum præberent, jure suo sæpe neglecto, pauperibus cuncta admensi, vel ex suo patrimonio, vel ex labore manuum, exemplo S. Pauli, & præcepto Canonum vitam sustentarunt. Resert nonnullas veteres authoritates hujus argumenti Gratianus. *c.* 25. *& passim XII. q.* 1.

4. In hac disciplina absoluta administrationis potestas penes Episcopum fuit. Quum tamen Episcoporum nonnulli sua authoritate non raro abuterentur, consultius visum fuit, eorum arbitrium ad operam Œconomorum restringere, ut testes suæ administrationis haberent. *c.* 21. *&* 22. *XVI. q.* 7.

5 In Occidentali Ecclesia sæculo V. mos invaluit, quod tres, aut quatuor partes fierent; quarum prima Episcopo, & ejus familiæ ad hospitalitatem exhibendam relicta est. Secunda pars Clero: tertia vero pauperibus, & demum quarta fabricæ assignata est. Hæc divisio non fuit determinatio certorum fundorum, sed nuda redituum assignatio, quæ pro re nata mutari potuit. *c.* 23. *&* 26. *XII. q.* 2.

6. Inter ea sæcula nonnumquam Episcopi Clericis, qui vitam ruri in officio ecclesiastico exegerunt; fundos, & fundorum proventus assignarunt, quibus fruerentur, quousque spiritum ducerent. Post obitum enim ad Ecclesiam revocabantur illi agri, ut nullum jus in eos sibi successor arrogare potuerit. *c.* 32. *XII. q.* 2. *c.* 61. *XVI. q.* 1.

7. Quum hæc œconomia morem Romanorum, quo quid simile in præmiis militum, quæ Beneficia vocabantur, est observatum, æmulari videretur; labentibus sæculis eo passim deventum est, ut singuli Ecclesiarum Rectores tum oblationum, tum & fundorum reditus illius loci, cui præerant, nanciscerentur, de quibus nemini hominum rationem reddere tenebantur. Novo jure hujusmodi reditus officio ecclesiastico junctus, Beneficium dici cœpit. Hinc Beneficium ecclesiasticum definitur, quod sit jus perpetuum percipiendorum fructuum ex bonis ecclesiasticis acquisiti tituli propter officium spirituale authoritate Episcopi constitutum. Ait ann. 1549. Synodus Coloniensis: *Quia, uti divini juris est, ut, qui servit altari, de altari vivat, ita nec bono jure is, qui non servit altari, de altari vivit: sicut stipendium non debetur, nisi militanti.*

8. Quippe jure novarum Decretalium (*a*) jus hoc, quod antehac nonnisi precarium fuit; ad solum usumfructum, quamdiu Possessor viveret; restrictum, perpetuum evasit, quod tum

(*a*) Conc. Colon. tit. 9. c. 3.

ad instar feudi velut reale, ad quemque tituli Possessorem transiret: unde axioma ortum dixit; vi tituli jus haberi quæsitum ad fructus ecclesiasticos percipiendos. *Arz. c.* 1. *de Decim. in* 6.

9. Superest tamen ex veteri jure, quod Beneficium ecclesiasticum haud censeatur, nisi ut tale authoritate Episcopi fuerit institutum. Veteri more nemo Clericus fiebat, nisi simul ab Episcopo certæ Ecclesiæ ministerio adscriberetur, relatus in catalogum ecclesiasticum, ut ex illa Ecclesia, cui ministrabat, ratam oblationem ad vitæ subsidium mereretur.

10. Juxta modernam disciplinam reditus per erectionem Beneficii authoritate Episcopi ipsi titulo ita uniuntur, ut ipse Beneficiatus, quisquis sit, vigore ipsius tituli jus percipiendi illos proventus, durante sua vita, consequatur propter sacrum Ministerium. Hinc superest & hodie illa fixa perpetuaque observantia, ut, cum quis alicui Ecclesiæ, veluti titulo, legitima authoritate, & vocatione adscriptus est, in ea per omnem vitam subsistere debeat, suis muneribus functurus. *Trid. sess.* 23. *c.* 16.

11. Novo jure ad exemplum feudi diversa Beneficiorum (*a*) divisio innotuit. Primis Ecclesiæ sæculis per solam ordinationem Clerici diversis muneribus ecclesiasticis applicabantur, ut illa ipsa officia ipsis Ordinibus cohærere censerentur. Sic & per ipsam ordinationem quisque jus percipiendi proventus ecclesiasticos nactus est. Omnis enim prærogativa reliqua stetit à dignitate, & prioritate Ordinum.

12. Quousque in Ecclesiis Cathedralibus, Collegiatisque convictus communis placuit, diversa in eis officia erant simplicia munia, & ministeria, quæ à Superioribus pro arbitrio committebantur, & adimebantur. At deserta vita communi hæc in Beneficia, & denique in Dignitates degenerarunt.

13. Hoc auspicio successit, & in aliis Ecclesiis, quod quibusdam Beneficiis vel ex consuetudine, vel ex institutione quædam præeminentia obtingeret, quia Beneficia separatim à collatione Ordinum conferri cæperant.

14. Hac occasione Dignitates, & Personatus inclaruerunt. Dignitates dictæ sunt illa Beneficia, quibus quædam præeminentia vi suæ administrationis, seu jurisdictionis cohæret. Personatus communiter à Canonistis dicitur quædam prærogativa in Ecclesia sine jurisdictione administrationeve. Labente sæculo XI. nonnulli Clerici Ecclesiarum Personæ dici consueverunt, qui, Ecclesias Parochiales nacti, earum cu-

(*a*) Cap. 2. De Dignit. & personat.

curam Vicariis reliquerant, ita tamen, ut sibi titulum, procul ab officio, aliosque nonnullos proventus, atque certam prærogativam in illis Ecclesiis reservarent.

15 Reliquis argumentis novi juris non infrequens est, quod Dignitates, & Personatus pro synonimis habeantur. *cap.* 8. *de Constit. cap.* 8. *de Rescr.* Alibi tamen Dignitates à Personatibus clare distinguuntur. *cap.* 28. *de Præb. cap.* 11. *de Rescr. in 6.*

16 Nostris moribus diversa est Ecclesiarum consuetudo. Quædam enim Beneficia in una Ecclesia Dignitates, aut Personatus censentur, quæ in alia Ecclesia pro simplici Beneficio, aut officio reputantur. Quippe dubium haud est, consuetudinem, aut institutionem cujusque Ecclesiæ in eo argumento spectandam esse. Jura honorifica, quæ hodie quodammodo indicia sunt Dignitatum, plerumque consistunt in loco honorabiliore Chori, præcedentia in processionibus, & reliquis conventibus publicis, atque aliquando in vestium quadam distinctione.

17 Exortis tantis titulis Dignitatum evenit, quod multi externum potius splendorem sectarentur, quam rem pensarent. Ait S. Bernardus (*a*): *Gravari profecto metuerent, nec cum tanto labore, & periculo quarumlibet affectarent infulas dignitatum. Nunc vero, quia sola attenditur gloria, & non pœna, purum esse Clericum erubescitur in Ecclesia; seque viles æstimant, & inglorios, qui quocumque in eminentiori loco non fuerint sublimati.* Quid verius? *Meditantibus* (Dignitates) *honores blandiuntur, sed onera pensantibus tædio sunt, atque formidini. Non autem omnes capiunt hoc verbum.*

18 Quid clarius Decreto Concilii Tridentini (*b*)? *Cum dignitates*, inquit, *in Ecclesiis, præsertim Cathedralibus ad conservandam, augendamque ecclesiasticam disciplinam fuerint institutæ, ut qui eas obtinerent, pietate præcellerent; aliisque exemplo essent, atque Episcopos opera, & officio juvarent: merito, qui ad eas vocantur, tales esse debent, qui suo muneri respondere possint &c.*

19 Hinc in stylo Curiæ Dignitates vulgari nomine beneficiorum haud continentur. Sic Rescriptum, pro Beneficio curato, & quocunque alio obtentum, non suffragatur pro obtinenda dignitate, nisi illa qualitas exprimatur. *Argum. cap.* 16. *de Præb. in 6.*

20 Est quoque juxta stylum Curiæ differentia inter Dignitates, quia aliæ majores, & principales; reliquæ minores, & in-

(*a*) S. Bern. ad Henr. Sen. c. 7. (*b*) Trid. sess. 24. c. 12.

inferiores censentur. Majores respectu Ecclesiarum Cathedralium, & Metropolitanarum illæ dicuntur, quæ in his Ecclesiis post Episcopalem, Archiepiscopalemque sunt primæ, uti Archidiaconatus, aut alibi Archipresbyteratus. Quippe cujusque Ecclesiæ spectanda est consuetudo.

21 Principales dicuntur in Ecclesiis Collegiatis, quæ sunt in illis Ecclesiis primæ, ut in ea Ecclesia major dignitas haud sit, spectata scilicet loci consuetudine. Alibi enim Decanatus, alibi Præpositura principalis Dignitas habetur. Oportet ergo & hanc qualitatem pro rescripto exprimi.

22 Reliquo jure beneficia dividuntur in sæcularia, & regularia (*a*). Nam & ipsa officia claustralia, quæ olim mera officia, & simplicia ministeria erant, cœperunt sensim, & successive in titulos beneficiorum, & dignitatum erigi, quia Regulares ad functiones hierarchicas cœperant assumi.

23 Beneficia ergo regularia hodie censentur, quæ Religiosis addicta sunt, aut per Regulares administrantur. Contingit autem pluribus titulis, quod beneficia Regularibus addicantur. Et quidem vel ex vi institutionis, seu ipsa conditione, & natura beneficiorum, eo quod ipsa Regularium disciplinam, & regimen spectent; hujusmodi beneficia sunt Abbatiæ, Prioratus &c. Aliquando beneficium est regulare ex speciali fundatione; quia Fundator diserte statuit, ut beneficium per Regularem regeretur. Denique beneficium sæculare evadit regulare præscriptione, *si tanto tempore* (utpote per quadraginta annos) *ab uno, vel pluribus Religiosis extitit continue, & pacifice gubernatum, ut præscriptio legitima sit completa.* Refert. *cap.* 5. *de Præb. in 6.*

24 Juxta Glossam ad præscriptionem requiritur (*b*), ut beneficium illud tanto tempore continue, ac pacifice per unum, pluresve Regulares fuerit possessum, & tanquam beneficium regulare ipsis Regularibus in titulum beneficii collatum. Quippe si ipsis Regularibus fuisset collatum ex dispensatione tanquam sæculare, aut forsan ob defectum sæcularium commendatum; hæc, quantumvis longissimi temporis possessio non sufficeret ad immutandam naturam beneficii.

25 Beneficium sæculare dicitur, quod Clericis sæcularibus est addictum, quia vel curam populi spectat, vel ad officium ecclesiasticum refertur. Juxta Interpretes omne beneficium ex primæva sua institutione præsumitur sæculare, nisi quoad Capellas in Monasteriis fundatas. Hæ enim præsumuntur regulares, nisi per sæculares teneri consueverint.

Hac

(*a*) Cap. 3. de Benef. Regul. & Sæcul. (*b*) Gloss. ibid.

26 Hac occasione fixa est regula, beneficia sæcularia Clericis sæcularibus, regularia regularibus esse conferenda, *cap. 5. & 32. de Præb. in 6.* Præcipit Clemens V. ut Diœcesani negligentiam Prælatorum in conferendis beneficiis suppleant, *Prioratus, Ecclesias, Administrationes, & beneficia hujusmodi, illa videlicet, quæ consueverunt per* sæculares *Clericos gubernari,* sæcularibus *Clericis*: Alia vero, *quæ* Religiosis *duntaxat committi sunt solita, vel conferri,* Religiosis *Monasteriorum, quorum Prælati hujusmodi negligentes fuerint, conferendo.* Refert. *Clem. un. de suppl. Negl. Prælat.*

27 Hoc exemplo statuit Concilium Tridentinum (*a*): *Regularia beneficia in titulum Regularibus professis provideri consueta, cum per obitum, aut resignationem, vel alias illa in titulum obtinendis vacare contigerit, Religiosis tantum illius Ordinis, vel iis, qui habitum omnino suscipere, & professionem emittere teneantur, & non aliis, ne vestem lino, lanaque contextam induant, conferantur.*

28 Hodie distinguunt duo genera regularium beneficiorum; utpote illa, quæ administrationem, aut regimen regulare spectant, veluti Abbatiæ, Prioratus, &c. Quippe hæc aliis conferri nequeunt, nisi professis (*b*). Sic alibi Concilium dicit, quod *confidat, Pontificem pro sua pietate, & prudentia curaturum, ut, quæ imposterum vacabunt* (id est, Abbatiæ, Prioratus, Præposituræ, quæ suos conventus habent) *nonnisi Regularibus spectatæ virtutis, & sanctitatis conferantur.* Ait enim Pontifex, *quod in Magistratum assumi non debeat, qui formam discipuli non assumpsit, nec sit præficiendus, qui subesse non novit.* Refert. *c. 49. de Elect.*

29 Refert Fagnanus ann. 1585. sacram Congregationem decidisse, posse etiam ordinarios Collatores portiones monachales, & canonicales, & similia beneficia Regularibus provideri consueta, nedum ejus Ordinis professis, sed & Sæcularibus, qui habitum suscipere, & professionem emittere teneantur, conferre.

30 Quantum ad beneficia sæcularia, siquidem cura destituantur, v. g. Canonicatus, Cappellanias, aliaque his similia, Regulares sine dispensatione Papæ obtinere nequeunt, *cap. 9. de Regul.* & late Fagnanus (*c*).

31 Sed quid? An beneficia curata Regularibus sine dispensatione conferri queunt? Juxta Innocentii III. rescriptum *per antiquos Canones etiam Monachi possunt ad Ecclesiarum*

(*a*) Trident. sess. 14. cap. 10. (*b*) Sess. 25. de Regul. cap. 21.
(*c*) Fagn. ad cap. 5. de Stat. Monach.

rum parochialium regimen in Presbyteros ordinari. Refert. *c. 5. de Stat. Monach.*

32 Utrum olim Monachi in Presbyteros ad regimen populi assumpti desinerent esse Monachi, non ita constabant. Ex sententia Calcedonensis Concilii Monachi est (*a*), *quietem amplecti, jejunio, & orationi tantummodo vacare, nec ecclesiasticis, nec sæcularibus negotiis se ingerere, aut communicare.*

33 Ast quidquid sit, certum habetur, quod labentibus sæculis Monachi etiam ad curam animarum & functiones hierarchicas, salvo Monachatu applicarentur de Abbatis consensu, si saltem eis alius socius cohabitaret. *Arg. c. 2. & 5. de Stat. Monach.*

34 Concilium Provinciale Cameracense ann. 1565. abhinc declarat (*b*): *Quotquot habent curata beneficia unita suis Ecclesiis, ut Capitula, & Abbates, non prius committant Pastores* Regulares *iisdem beneficiis curatis, quam præsentati Ordinario fuerint, & ab eo accepti; quoniam populus ejus curæ commendatus est: à quo iidem Rectores potestatem, quam curam animarum vocant, accipient, nec possint Abbates, aut Capitula admissos, & approbatos ab Ordinario Rectores revocare, nisi consenserit Episcopus: & iidem Rectores constituti mandatis Episcoporum omnino pareant, ab iisque corrigantur, siquid deliquerint.*

35 Superest vulgaris divisio, qua beneficia curata à simplicibus beneficiis distinguuntur (*c*). Beneficia curata dicuntur, quæ vi ipsius tituli curam animarum in ordine ad forum internum per administrationem Sacrorum, & Sacramentorum ordinariam commendant, & continent. Enimvero illa beneficia, quæ curam animarum in ordine ad forum externum per districtionem, & absolutionem censurarum exhibent, improprie nostro usu beneficia curata vocantur.

36 Spectat beneficia curata in ordine ad forum internum illud Decretum Concilii Lateranensis, quod præcipit, ut *cum sit ars artium regimen animarum, Episcopi promovendos in Sacerdotes diligenter instruat, & informent, vel per se ipsos, vel per idoneos viros super divinis officiis, & ecclesiasticis Sacramentis, qualiter ea rite valeant celebrare.* Refert. *cap. 14. de Ætat. & Qualit. & Ord. præfic.*

37 Quid uberius Decreto Concilii Tridentini (*d*) ad explicanda beneficia curata? *Præcepto divino*, inquit, *mandatum est omnibus, quibus cura animarum commissa est, oves suas agnos-*

(*a*) Conc. Chalced. cap. 4. (*b*) Conc. Camer. de Ministr. Eccles. cap. 6.
(*c*) Cap. 4. de Benef. Curat. & simplic. (*d*) Trid. sess. 23. cap. 1.

noscere, pro his sacrificium offerre, verbique divini prædicatione, Sacramentorum administratione, ac bonorum omnium operum exemplo, pauperum, aliarumque miserabilium Personarum curam paternam gerere, & in cætera omnia pastoralia munera incumbere.

38 Reliqua beneficia, quæ nec in foro exteriore, nec in foro interiore, utpote quia grege, & plebe propria carent, in quam illa officia exerceant, curam ullam, aut administrationem habent, beneficia simplicia appellantur. *c.* 38. *de Præb. & ibi Interp.*

39 Hoc sensu & Canonicatus Cathedralium, Collegiatarumque Ecclesiarum inter beneficia simplicia recensentur: quamquam in materia odiosa Canonicatus Cathedrales propter suam eminentiam à vulgari numero, & nomine beneficiorum simplicium discernantur. Quippe novo jure quasi Dignitatibus propterea comparantur, *c.* 11. *de Rescr. in* 6. *& ibi Interp.*

40 Sat vulgariter simplicibus beneficiis annumerantur Capellaniæ, & Capellæ tam in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis, quam in particularibus locis, Sacellis, & Oratoriis fundatæ. In stylo Curiæ Capellaniæ à Capellis distinguuntur. Nam Capellam vocant, quando est corpus per se, ac quædam Ecclesia per se: tunc enim littere diriguntur ad Rectorem illius Ecclesiæ: si vero Altare, vel Sacellum sit in aliqua Ecclesia, tunc Capellania dicitur, & vocari solent perpetua, inscribiturque Rescriptum tali N. perpetuo Capellano.

41 Capellæ, quatenus peculiares Ecclesiæ, seu domestica Oratoria, medio ævo in Palatiis Principum, & Regum effulserant, quæ inde Capellæ Palatinæ dici consueverant. His plerumque selectus Clerus præerat, ut in ædibus regiis divinum officium persolveret, cui Principes cum suis Familiis possent, solerentque assistere. Hic Clerus dictus est Palatinus, seu Regius.

42 Hoc exemplo cœperant & alii fideles ad honorem alicujus Sancti extruere ædiculas, sive Oratoria; idque subinde separatim ab Ecclesia Parochiali, vel Cathedrali, Collegiatave, etiam subinde dote pro Sacerdote, & fabrica, aliisque ad Missarum celebrationem, aliaque divina officia peragenda necessariis, assignata. Hæc Oratoria Cappellæ, postmodumque Sacella dicebantur, & Presbyteri iis præpositi Capellani, vel Sacellani.

43 Qui insufficientes ad extruendum hujusmodi Sacellum separatum cum congruente dote erant, cœperant in Ecclesiis majoribus, Cathedralibus, Collegiatis, vel Parochialibus ædiculas quasdam laterales, vel etiam altaria quædam in honorem hujus, illiusve Sancti, vel in memoriam cujusdam mysterii, miraculi, beneficiique erigere, eisque annectere annuos proventus pro Presbyteris, qui his ædiculis, vel altaribus præessent.

44 In Capitularibus Regum Francorum vetus Decretum relucet (*a*): *Ne Capellæ in nostro Palatio, vel alicubi sine permissu Episcopi, in cujus est Parochia, fiant.* Hinc omnia illa Sacella ubique Episcopi consensu constructa, ejusque auctoritate in titulum beneficii erecta reperiuntur. Si aliunde laici aliquas Missas, etiam cum onere functiones hierarchicas obeundi, fundaverint, hæ tamen fundationes auctoritate Episcopi in titulum beneficii erectæ non fuerint, nequaquam beneficia reputantur, sed bona laicalia censentur, quæ, prætérita Episcopi institutione, vel ad tempus, vel in perpetuum, secundum tenorem fundationis cum onere imposito, Presbytero à Fundatoribus, eorumque hæredibus conferri, adimique possunt.

45 Auctoritate Episcoporum Sacellorum, Altariumque numerus crevit & in Ecclesiis Cathedralibus, Collegiatisque. Quippe crediderunt eorum Fundatores, hoc institutum, & augmentum non parum ad decorem Domus Dei, & cultum divini officii facere, quia hi Capellani non tantum Altaribus, & Sacellis præesse, sed & una cum Canonicis diurno, nocturnoque officio adesse ex lege fundationis tenebantur. Ait Molanus (*b*): *Nulla tunc erat distinctio*, (quousque vetus disciplina Canonicorum vigebat) *Canonicorum à Sacellanis*, neque nomine, neque functione. Auctis proventibus Canonicorum Sacellani veluti minores Sacerdotes & famuli illorum spectari cœperunt. Hinc illorum Capellanorum nomen viluit, ut, irruente morum remissione, illud officium tenuioris, & vilioris conditionis Clericis sæpius obtingere videretur, qui, (quod dolendum!) sæpe etiam sordido, ac mercenario plane modo divina officia frequentant; Sacra, quasi pro stipendio celebranda, unde vivant, conquirunt, seu verius emendicant; & extra tempus officii divini cum maximo scandalo Populi, & Cleri opprobrio otium, aliaque vitia, quæ otium consequuntur, sectantur. Quid æquius horum Sacellanorum, aut & Mercenariorum alibi reformatione, & restrictione? Præstat enim paucos, & bonos dignos justo stipendio, quam multos, & malos per quæstum alere ministros Ecclesiæ. *cap.* 14. *de Ætate & Qualit. & Ordin. præfic.*

46 Corruptis sæculis remissio disciplinæ & in illa beneficia simplicia penetravit, quæ in Parochialibus Ecclesiis, aut in

(*a*) Cap. lib. 5. cap. 182. (*b*) Molan. de Canon. lib. 2. cap. 3.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

in aliis Oratoriis ad nudum officium celebrandi Missas redacta sunt. Veteri more Missa divini officii celebrationem, Evangeliique prædicationem complectebantur. Invalescentibus Missis privatis fundatio, & obligatio Missas celebrandi ad frequentiam simplicis sacrificii, præteritis aliis veteris Missæ functionibus, recidit. Atque hac occasione creditum est, posse illius beneficii Possessorem suæ obligationi satisfacere, si eas Missas faceret per alium Sacerdotem justo stipendio celebrari. Hæc ergo beneficia tum à personali residentia exemta, tum fere ab omni officio soluta antonomastice beneficia simplicia dici cœperant. In Concilio Tridentino Oratores (*a*) Galliæ horum beneficiorum abolitionem, aut reductionem, reformationemque exposuerunt. *Cumque*, inquiunt, *plura sint beneficia, in quibus contra beneficiorum omnium institutionem invaluit depravata consuetudo, ut, qui ea possidens, nullo teneantur concionandi, Sacramenta administrandi, aut alio onere ecclesiastico, Episcopus cum consilio Capituli his beneficiis curam aliquam spiritualem imponat, aut, si utilius videatur, ea beneficia vicinioribus Parochialibus Ecclesiis uniat: beneficium enim sine officio esse neque debet, neque potest.*

47. Synodus Tridentina (*b*) unionem hujusmodi beneficiorum tum ad sublevamen tenuiorum Parochialium Ecclesiarum tum ad Seminariorum erectionem, tum ad augendas tenues Præbendas in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis, tum ad alterius beneficii, quod alendo Clerico impar est, supplementum Episcopo cum consensu Capituli commendat, excepti beneficiis Regularibus.

48. De cætero dubium non est, quin Ecclesiæ, & Fundatorum ea intentio sit, ut & ea beneficia conferantur iis, qui se tanquam ministros Ecclesiæ exhibeant, quia ab omni ratione cujuscunque disciplinæ alienissimum foret, proventus ecclesiasticos otio consumi. Patroni ergo, & Collatores æque in his, ac in aliis beneficiis invigilare debent, ut ea hujusmodi Clericis obtingant, de quibus verisimilis saltem spes sit, quod operam suam utiliter Ecclesiæ impendant, ut digni sint, qui de proventibus Ecclesiæ vivant.

*49. In cultiore morum doctrina quid exploratius, quam hanc dignitatem nullibi firmius, quam per virtutem humilitatis Clero conciliari? Ecce ait diserte Dominus in Evangelio (*c*): *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Juxta S. Augustinum: *Non se existimet potestate dominante; sed caritate ser-*

(*a*) Orat. Carol. IX. art. 24. (*b*) Trid. sess. 14. c. 13. sess. 23. c. 18. sess. 24. c. 15. ibi. c. 17. (*c*) Matt. 11. v. 29. S. Aug. Ep. 109.

serviente felicem. Ex sententia S. Gregorii (*a*): *Cumcti, qui præsunt, non in se potestatem debent Ordinis, sed æqualitatem pensare conditionis: ne præesse hominibus gaudeant, sed prodesse.* Inquit S. Prosper (*b*): *Hi sunt, qui non ambiendo, sed spiritualiter vivendo Sacerdotium meruerunt: quique non favoris humani suffragio, sed divino munere sublimati, nihil sibi de præstantia sui principatus*, aut abundantia proventus *applaudunt, quos non inflammat honor acceptus, sed exercet labor impositus. Qui non excellentiam suam cogitant provecti, sed sarcinam. Nec gloriantur de officii dignitate, sed sudant potius constituti sub onere.* Quid salubrius monito S. Bernardi (*c*)? *Vigilanter*, inquit, *discerne, qualis ex te, & qualis sis dono Dei, & non sit in spiritu tuo dolus. Erit autem, ubi fideliter partiens, tua tibi, &, quæ sunt Dei, Deo sine fraude resignes. Ex te mala, bona à Domino.* En justæ humilitatis rationes.

TIT. II.

De ætate, & qualitate Beneficiandorum.

CAP. I.

De ætate Præscripta.

1. In vigore, & flore cultioris veteris disciplinæ beneficia ipsi Ordini cohærebant, ut ipsa ordinatio instar collationis esset. Hac occasione ajebat S. Leo: *Quid est cito manus imponere, nisi ante maturitatem ætatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam disciplinæ Sacerdotalem honorem tribuere non probatis?* Refert. *c.* 5. §. 2. *D.* 61.

2. Quum labentibus sæculis invaluisset, quod beneficiorum collationes ab ordinationum susceptione divellerentur, non raro frequens fuit, quod spretis Ordinibus pueri, & adolescentuli beneficiis, & dignitatibus inhiarent. Querebatur S. Bernardus (*d*): *Scholares pueri, & impuberes adolescentuli ob sanguinis dignitatem promoventur ad ecclesiasticas dignitates, & de sub ferula transferuntur ad principandum Presbyteris: lætiores interim, quod virgas evaserint quam quod meruerint principatum: nec tam illis blanditur adeptum, quam ademptum magistrum.*

3. Inde à sæculo X. instaurata est regula, *ut nullus Epis-*

co-

(*a*) S. Greg. Past. P. 2. c. 6. (*b*) S. Prosp. vulg. de vit. contempl. lib. 2. c. 2. (*c*) S. Bern. de Consid. lib. 2. c. 11. (*d*) S. Bern. ep. 48.

in aliis Oratoriis ad nudum officium celebrandi Missas redacta sunt. Veteri more Missa divini officii celebrationem, Evangeliique prædicationem complectebantur. Invalescentibus Missis privatis fundatio, & obligatio Missas celebrandi ad frequentiam simplicis sacrificii, præteritis aliis veteris Missæ functionibus, recidit. Atque hac occasione creditum est, posse illius beneficii Possessorem suæ obligationi satisfacere, si eas Missas faceret per alium Sacerdotem justo stipendio celebrari. Hæc ergo beneficia tum à personali residentia exemta, tum fere ab omni officio soluta antonomastice beneficia simplicia dici cœperant. In Concilio Tridentino Oratores (*a*) Galliæ horum beneficiorum abolitionem, aut reductionem, reformationemque exposuerunt. *Cumque*, inquiunt, *plura sint beneficia, in quibus contra beneficiorum omnium institutionem invaluit depravata consuetudo, ut, qui ea possidens, nullo teneantur concionandi, Sacramenta administrandi, aut alio onere ecclesiastico, Episcopus cum consilio Capituli his beneficiis curam aliquam spiritualem imponat, aut, si utilius videatur, ea beneficia vicinioribus Parochialibus Ecclesiis uniat: beneficium enim sine officio esse neque debet, neque potest.*

47. Synodus Tridentina (*b*) unionem hujusmodi beneficiorum tum ad sublevamen tenuiorum Parochialium Ecclesiarum tum ad Seminariorum erectionem, tum ad augendas tenues Præbendas in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis, tum ad alterius beneficii, quod alendo Clerico impar est, supplementum Episcopo cum consensu Capituli commendat, excepti beneficiis Regularibus.

48. De cætero dubium non est, quin Ecclesiæ, & Fundatorum ea intentio sit, ut & ea beneficia conferantur iis, qui se tanquam ministros Ecclesiæ exhibeant, quia ab omni ratione cujuscunque disciplinæ alienissimum foret, proventus ecclesiasticos otio consumi. Patroni ergo, & Collatores æque in his, ac in aliis beneficiis invigilare debent, ut ea hujusmodi Clericis obtingant, de quibus verisimilis saltem spes sit, quod operam suam utiliter Ecclesiæ impendant, ut digni sint, qui de proventibus Ecclesiæ vivant.

*49. In cultiore morum doctrina quid exploratius, quam hanc dignitatem nullibi firmius, quam per virtutem humilitatis Clero conciliari? Ecce ait diserte Dominus in Evangelio (*c*): *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde.* Juxta S. Augustinum: *Non se existimet potestate dominante; sed caritate ser-*

(*a*) Orat. Carol. IX. art. 24. (*b*) Trid. sess. 14. c. 13. sess. 23. c. 18. sess. 24. c. 15. ibi. c. 17. (*c*) Matt. 11. v. 29. S. Aug. Ep. 109.

serviente felicem. Ex sententia S. Gregorii (*a*): *Cumcti, qui præsunt, non in se potestatem debent Ordinis, sed æqualitatem pensare conditionis: ne præesse hominibus gaudeant, sed prodesse.* Inquit S. Prosper (*b*): *Hi sunt, qui non ambiendo, sed spiritualiter vivendo Sacerdotium meruerunt: quique non favoris humani suffragio, sed divino munere sublimati, nihil sibi de præstantia sui principatus*, aut abundantia proventus *applaudunt, quos non inflammat honor acceptus, sed exercet labor impositus. Qui non excellentiam suam cogitant provecti, sed sarcinam. Nec gloriantur de officii dignitate, sed sudant potius constituti sub onere.* Quid salubrius monito S. Bernardi (*c*)? *Vigilanter*, inquit, *discerne, qualis ex te, & qualis sis dono Dei, & non sit in spiritu tuo dolus. Erit autem, ubi fideliter partiens, tua tibi, &, quæ sunt Dei, Deo sine fraude resignes. Ex te mala, bona à Domino.* En justæ humilitatis rationes.

TIT. II.

De ætate, & qualitate Beneficiandorum.

CAP. I.

De ætate Præscripta.

1. In vigore, & flore cultioris veteris disciplinæ beneficia ipsi Ordini cohærebant, ut ipsa ordinatio instar collationis esset. Hac occasione ajebat S. Leo: *Quid est cito manus imponere, nisi ante maturitatem ætatis, ante tempus examinis, ante meritum laboris, ante experientiam disciplinæ Sacerdotalem honorem tribuere non probatis?* Refert. *c.* 5. §. 2. *D.* 61.

2. Quum labentibus sæculis invaluisset, quod beneficiorum collationes ab ordinationum susceptione divellerentur, non raro frequens fuit, quod spretis Ordinibus pueri, & adolescentuli beneficiis, & dignitatibus inhiarent. Querebatur S. Bernardus (*d*): *Scholares pueri, & impuberes adolescentuli ob sanguinis dignitatem promoventur ad ecclesiasticas dignitates, & de sub ferula transferuntur ad principandum Presbyteris: lætiores interim, quod virgas evaserint quam quod meruerint principatum: nec tam illis blanditur adeptum, quam ademptum magistrum.*

3. Inde à sæculo X. instaurata est regula, *ut nullus Epis-*

co-

(*a*) S. Greg. Past. P. 2. c. 6. (*b*) S. Prosp. vulg. de vit. contempl. lib. 2. c. 2. (*c*) S. Bern. de Consid. lib. 2. c. 11. (*d*) S. Bern. ep. 48.

copus in Ecclesia sua, nisi Diaconus sit, Archidiaconum instituere, nec Archipresbyterum, aut Decanum, nisi Presbyteri sint, ordinare præsumat. Hoc exemplo statuit in Concilio Romano Innocentius II. *Prohibemus autem, ne adolescentibus, vel infra sacros Ordines constitutis, sed qui prudentia, & merito vitæ clarescunt, prædicti honores concedantur.* Superest utraque Decretalis *c.* 1. & 3. *D.* 60.

4. Sæculo XII. quasi pro lege inolevit, beneficia, tametsi majora, concedi posse illis, qui saltem infra tempus legitimum præscriptum ordinem susciperent. Hac occasione Dignitatibus, & curis certam ætatem præfigere placuit, ne pueri, aut alii, qui ob defectum ætatis intra longum tempus Ordinibus illis initiari non possent, obreperent. In Concilio Lateranensi III. decretum est, *ut nullus in Episcopum eligatur, nisi qui jam trigesimum ætatis annum* complete *exegerit— Inferiora etiam ministeria, utpote Decanatum, & Archidiaconatum, & alia, quæ curam animarum* in foro externo *habent annexam*, nullus omnino suscipiat, sed nec Parochialis Ecclesiæ regimen, utpote curam animarum pro foro externo, *nisi qui jam vigessimum quintum annum ætatis*, ut infra annum Presbyteratu initiari possit, *attigerit, & scientia, & moribus commendandus existat. Cum autem assumptus fuerit, si Archidiaconus in Diaconum, Decanus, & reliqui admoniti, non fuerint præfixo à Canonibus tempore in Presbyteros ordinati; & ab isto removeantur officio, & aliis conferatur, qui possint, & velint illud convenienter implere.* Ecce primum Decretum, quod nonnullis beneficiis independenter ab Ordinibus, certos ætatis annos præscripsit. Inde censent Interpretes, eum, qui per dispensationem ante legitimos annos Presbyter ordinatus est, non posse ad beneficium curatum promoveri, nisi 25. ætatis annum inchoaverit. *c.* 7. *de Elect. & ibi Interp.*

5. Synodus Tridentina (*a*) hoc Decretum & suum fecit. *Nemo*, inquit, *deinceps ad dignitates quascunque, quibus animarum cura* pro foro exteriore, interioreque *subest, promoveatur, nisi saltem 25. suæ ætatis annum attigerit.*

6. Quid ergo de Dignitatibus, & Personatibus, quibus nulla animarum cura subest. Ait S. Synodus (*b*): *Ad cæteras autem Dignitates, & Personatus, quibus animarum cura nulla subest*, tum in Collegiatis, tum & præsertim in Cathedralibus Ecclesiis, *Clerici alioquin idonei, & 22. annis non minores*, utpote quos completos habere oportet, *adscribantur.*

7. Quid de Capellaniis (*c*), & aliis beneficiis simplicibus? S. Sy-

(*a*) Trid. sess. 24. c. 12. (*b*) Ibid. (*c*) Trid. sess. 25. c. 6.

Synodus decernit; *ut nullus prima tonsura initiatus, aut etiam in minoribus Ordinibus constitutus, ante decimum quartum annum* (saltem inchoatum) *beneficium obtinere possit.*

8. Quid de Canonicatibus Collegiatarum Ecclesiarum? Censentur hi ex suo genere simplicia beneficia, nisi his vel ex fundatione, vel alio titulo cohæreat officium vel Missas, vel Epistolam, vel Evangelium cantandi: tunc enim illos ea ætate recipi oportet, ut infra annum præscripto Ordine donari queant. Inquit S. Synodus (*a*): *Quocunque ii privilegio, exemptione, prærogativa, generis nobilitate sint insigniti, tenentur, justo impedimento cessante; infra annum Ordines recipere requisitos.*

9. De Canonicatibus Cathedralibus statuit Concilium (*b*): *Ut in omnibus Cathedralibus Ecclesiis omnes Canonicatus, ac portiones habeant annexum Ordinem Presbyterii, Diaconatus, vel Subdiaconatus. Episcopus autem cum consilio Capituli designet, ac distribuat, prout viderit expedire, quibus quisque Ordo ex sacris imposterum annexus esse debeat.* Canonicatus, aliæque Præbendæ Cathedrales ex suo genere beneficia simplicia censentur, ut post annum 14. conferri queant. Si autem, & postquam Episcopus cum consilio Capituli singulis Ordinem sacrum præscripserit, oportet ea esse ætate candidatos, ut infra præscriptum tempus illum Ordinem suscipere queant.

10. Gregorius IX. ad Argentinensem Episcopum hanc rationem, quod pueri non debeant reputari idonei, præscripsit: *Cum illi sint in Ecclesia idonei reputandi, qui servire possunt, & volunt in Ecclesia.* Refert. *c.* 35. *de Præb.*

11. Sic & Synodus Tridentina (*c*) ex ea ratione, quod Dignitates in Ecclesiis præsertim Cathedralibus ad conservandam, augendamque disciplinam ecclesiasticam fuissent institutæ, ait, illos, qui ad eas vocantur, esse debere tales, qui suo muneri respondere possint. Et quid inde? *Nemo igitur*, inquit, *deinceps ad Dignitates quascunque, quibus animarum cura subest, promoveatur, nisi qui saltem 25. suæ ætatis annum attigerit.*

12. Veteri more sat frequens fuit, quod Episcopi pueros Tonsura, aliove minore Ordine donarent, ut eo suscepto munere ex bonis Ecclesiæ viverent. Superest in Cathedralibus, Collegiatisque Ecclesiis frequens usus, quod pueri, quos pueros Chori dicunt, ad functiones Psalmodiæ, aliorumque minorum Ordinum assumantur, alendi ex stipendiis ecclesiasticis. Haud tamen inde hæc stipendia jure beneficiorum censentur,

(*a*) Trid. sess. 22. c. 4. (*b*) Trid. sess. 24. c. 12. (*c*) Ibid.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tur, quia perpetua non sunt, nec in titulum perpetuum ab Episcopo erecta cernuntur. Si tamen erigerentur, nihil (supposita lege positiva) obstaret, morigeros, & bonæ indolis, expectationisque pueros, tametsi 14. annis minores, ad ea assumi.

13. Superest & locus justæ dispensationi pro defectu ætatis. S. Bernardus (*a*) refert, B. Malachiam ante completam ætatem, eo ævo præscriptam, in Diaconum, Presbyterumque fuisse ordinatum. *In qua*, inquit, *ejus utraque ordinatione, si quid præter Canonum formam processisse videtur, ut vere videtur donandum tum zelo ordinantis, tum meritis ordinati. Ego vero illud nec in Sancto redarguendum; nec usurpandum consulo ei, qui sanctus non fuerit.*

14. Nostris moribus invaluit, quod tum ad Ordines, tum ad beneficia etiam simplicia dispensatio super defectum ætatis reservetur Papæ Juxta Pragmaticos tamen hodie Papa super defectum ætatis nunquam, aut raro dispensat, nisi simul & provisio beneficii ab eo petatur, *ratione cujus*, ait Pyrrhus Corradus (*b*), *solvuntur jura cameræ Apostolicæ consueta: unde si hujusmodi fructus beneficii excedant valorem 24. Ducatorum auri de Camera, tolvenda etiam erit Annata Annatistis; perinde, ac si beneficii hujusmodi collatio spectaret simpliciter ad Papam. Non enim poterit hoc casu beneficium conferri per Ordinarium, & dispensatio peti ad partem à Papa; sed utrumque scilicet, & provisionem, & dispensationem unico contextu, unica supplicatione, & unica Bulla concedit Papa.*

15. Postquam provisionem beneficiorum ab Ordinum (*c*) collatione novo jure divellere placuit, necesse visum est, ut ipsis beneficiis quidam major, aut minor Ordo annecteretur, cujus functionibus Clerici proventus illos ecclesiasticos mererí possent, & deberent.

16. Justa m dernam illam disciplinam Ordo beneficio annexus interdum actu dicitur; interdum habitu, & potentia; utpote, ut infra legitimum tempus suscipiatur. Si enim verba fundationis exprimunt, ut præsentandus, vel instituendus sit actualiter hoc, illove Ordine insignitus, aut præcipiunt, ut præsentetur, instituaturque Sacerdos; aut vetant, ne beneficium alteri, quam Sacerdoti conferatur, tunc Ordo beneficio annexus actu censetur, quia ipsa verba actum præsentationis, collationis aut institutionis spectant. Si vero verba referantur ad functiones, & exercitium beneficii, annexio

(*a*) S. Bern. in vit. S. Malach. assumptum. (*b*) Pyrrhus Corrad. in Prax. dispens. lib. 4. c. 2. (*c*) Cap. 2. De Ordin. Benefic. annex.

xio Ordinis censetur facta respectu aptitudinis, ut is, qui recipit beneficium, infra tempus præscriptum recipiet hunc, illumve Ordinem.

17. En exempla! Præcipit Synodus Tridentina, ut in omnibus Cathedralibus Ecclesiis omnes Canonicatus, aut portiones habeant annexum Ordinem sacrum; prout Episcopo cum consilio Capituli expedire videbitur. Si ergo his Canonicatibus Episcopus Ordines annexuerit, hi tantum aptitudine annexi videbantur, quia Concilium Tridentinum (*a*) supra diserte ita explicat, *ut ii, qui Dignitates, Personatus, officia, præbendas, portiones, ac quælibet alia beneficia in dictis Ecclesiis obtinent, aut imposterum obtinebunt, quibus onera varia sunt annexa; videlicet, ut alii Missas celebrent; alii Evangelium; alii Epistolam cantent, seu dicant; quocumque ii Privilegio, exemptione, prærogativa, generis nobilitate sint insigniti, teneantur justo impedimento cessante, infra annum Ordines suscipere requisitos.*

18. Quantum ad Capellanias, aliaque beneficia Cathedralium, Collegiatarumque Ecclesiarum, quæ ad Missas dicendas adstringuntur, distinguit Fagnanus (*b*), inter illa beneficia, quæ spectant solemne officium, Missasque conventuales, & ista, quæ Missas privatas exigunt. Sic priora censet esse ex suo genere Sacerdotalia, ut nemini conferri queant, nisi sit in aptitudine suscipiendi infra legitimum tempus Ordinem Presbyteratus, quia officium divinum oportet per se impleri. Reliqua autem beneficia, quæ Missas privatas duntaxat præscribunt, beneficia simplicia habentur, ut simplici Clero conferri queant, quia illas Missas ex recepta praxi per alium potest facere celebrari. Videtur tamen id à mente Fundatorum, & legibus Ecclesiæ valde alienum: quippe haud datur beneficium quodcumque, nisi propter personale officium. *c. 15. de Resc. in 6.*

19. Statuit Concilium Lateranense III. si assumptus Archidiaconus in Diaconum, & Decanus, aliique admoniti, non fuerint præfixo à Canonibus tempore in Presbyteros ordinati, ab isto removeantur officio, & aliis conferatur. Quid clarius? Et his tantum aptitudine Ordo annexus est? *c. 7. §. 2. de Elect.*

20. Quod ergo illud est tempus à Canonibus præfixum (*c*) intra quod recipere præscriptum Ordinem oportet? Decernit Concilium Lugdunense: *Intra annum à sibi commissi regiminis tem-*

(*a*) Trid. sess. 22. c. 4. (*b*) Fagn. ad. c. 4. §. 80. de Ætat. & Qual. (*c*) Cap. 3. De temp recip. Ord.

tempore numerandum, se faciat ad Sacerdotium promoveri. Refert. *c.* 14. *de Elect. in* 6.

21. In Concilio Viennensi statutum est, *ut ii, qui Dignitates, Personatus, officia, vel Præbendas, quibus certi Ordines sunt annexi, pacifice nunc obtinent in Cathedralibus, vel Collegiatis sæcularibus, vel regularibus Ecclesiis, vel obtinuerint in futurum, ad ejusmodi Ordines se promoveri faciant intra annum.* Refert. *Clem.* 2. *de Ætat. & Qual.*

22. Sic & Concilium Tridentinum (*a*) declarat, *ut ii, qui, quælibet alia beneficia in dictis Ecclesiis obtinent, aut imposterum obtinebunt, quibus onera varia sunt annexa — quocunque ii privilegio exemptione, prærogativa, generis nobilitate sint insigniti, teneantur, justo impedimento cessante, infra annum Ordines recipere requisitos.*

23. Consultus est Bonifacius VIII., unde ille annus computandus sit? Hinc rescripsit: *Annus autem hujusmodi — à tempore illo incœpit, quo ipsius Ecclesiæ regimen commissum est, & pacificam ejus possessionem habuisti, vel per te stetit, quo minus haberes eandem, nisi promoveri, justo impedimento detentus, intra tempus hujusmodi nequivisti.* Refert. *c.* 35. *de Elect. in* 6.

24. Si obtinens officium Parochiale intra annum acquisitæ pacificæ possessionis ad Sacerdotium promotus non fuerit, Ecclesia sibi commissa ipso jure privatus declaratur, tametsi monitus haud fuerit. Et decernit Bonifacius VIII., ut nec ipsi ea vice iterato id beneficium conferri possit. *c.* 35 *ibi.* Hinc anno illo, cessante legitimo impedimento, elapso provisus quidem ipso titulo beneficii excidit; possessione tamen dejici non potest (*b*), nisi citatus, & auditus: non quidem, sicut ajunt, ut privetur, sed ut sciatur, an vere privatus sit, quia potuit subesse legitimum impedimentum, quod eum à pœna privationis excusat.

25. Hæc pœna privationis ipso jure spectat Ecclesias Parochiales, & Prioratus Conventuales. Inquit Clemens V.: *Qui autem Prioratus istos habuerint, intra annum computandum à tempore collationis, seu commissionis sibi factæ de eis, & possessionis eorum adeptæ — se faciant ad Sacerdotium promoveri. Quod cessante rationabili causa non fecerint, eo ipso, nulla etiam monitione præmissa, prædictis Prioratibus sint privati, qui ipsis iterum ea vice nullatenus conferantur.* Refert. *Clem.* 1. §. 7. *de Stat. Monach.*

26. Quid ergo de fructibus perceptis elapsi anni? Declarat

(*a*) Trid. sess. 22. c. 4. (*b*) Rebuff. ad c. 28. de Præb. in 6.

rat Bonifacius VIII.: si promoveri ad Sacerdotium non intendens parecialem receperit Ecclesiam, ut fructus per annum ex ea percipiat, ipsam postmodum dimissurus, tenebitur ad restitutionem, cum eos receperit fraudulenter, nisi mutata voluntate promotus fuerit. En rationem generalem, quæ pro omni beneficio, Ordinem requirente, facit ad extundendam fraudulentæ perceptionis restitutionem! Hodie in Curia Romana stylus inolevit exigendi juramentum à petente beneficium, quod illud non accipiat animo dimittendi. *c.* 35. *de Elect. in* 6.

27. Statutum Concilii Lugdunensis, in ordine ad pœnam privationis ipso jure, restrinxit Bonifacius VIII. ad proprias Ecclesias Parochiales, ut ab eo rigore eximeret Ecclesiarum Collegiatarum Rectores, etsi alias Parochiales extiterint; quia in eis antiqua jura potius servari debere censuit; ut pote ut elapso anno non sint privati, nisi moniti recipere præscriptum Ordinem neglexerint, quia illæ Ecclesiæ non censentur simpliciter Parochiales. *c.* 22. *ibi in* 6.

28. Ex Decreto Bonifacii VIII. poterat Episcopus cum obtinente Parochialem Ecclesiam dispensare, ut per septennium literarum studiis insistens, promoveri minime teneretur, nisi, ut infra annum Ordinem Subdiaconatus susciperet. *c.* 34. *de Elect. in* 6.

29. Synodus Tridentina (*a*) facultates de non promovendo, præterquam in casibus à jure expressis concessas, ad unum tantum reduxit. Inde hoc Decreto sublatam esse facultatem concedendi ratione studii dispensationem ad septimum juxta Barbosam (*b*) decidit S. Congregatio.

30. Gregorius XIII. abhinc, veteribus Privilegiis abolitis, declaravit, *quod hi, qui ad beneficia, curam animarum habentia, nominati fuerint, non admittantur, nisi prius ab Ordinario locorum, prævio examine, absque concursu faciendo, fuerint approbati: quodque in eis personaliter residere teneantur, nec se eo nomine excusare possint, quod in dictis Universitate, & facultate artium scholares sint, seu docentes, aut Magistri.*

31. In Gallia Regiæ leges de anno 1742. vetant imposterum cuiquam Parochiam, aut aliud beneficium curatum conferri, nisi 25. annorum sit, & Presbyter. Inquit Ludovicus XV.: *Voulons, & nous plait, que nul Ecclésiastique ne puisse être pourvu dorenavant d' une cure, ou autre benefice à Charge d' ames, soit sur la Présentation des Patrons, soit en vertu de ses degres, soit à quelque autre titre, ou par quelque collateur, que*

(*a*) Trid. sess. 7. c. 12. (*b*) Barbos. de Offic. Paroch. P. I. c. 5.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

que ce soit, s' il n' à ateint l' age de 25. ans accomplis; faute de quoi, voulons, que sans avoir égard aux provisions obtenues, qui seront regardées, comme nulles, & de nul effet, soit en jugemens, ou autrement, la dite cure, ou le dit benefice, soient censés vacans, & impetrables &c.

32. Supersunt & aliæ qualitates, quæ ad impetrandum beneficium præscriptæ sunt. (*a*) Harum prima est justa scientia sui officii. Ait S. Leo: *Si in laicis vix tolerabilis videtur inscitia: quanto magis in iis, qui præsunt, nec excusatione digna est, nec venia?* Refert, *c.* 3. *D.* 38.

33. Ait Synodus Tridentina (*b*): *Cum Dignitates in Ecclesiis Cathedralibus præsertim ad conservandam, augendamque ecclesiasticam disciplinam fuerint institutæ, ut, qui eas obtinerent, pietate præcellerent, aliisque exemplo essent, atque Episcopos opere, & officio juvarent. Nemo igitur deinceps ad Dignitates quascunque, quibus animarum cura abest, promoveatur, nisi — in clericali Ordine versatus doctrina ad suum munus exequendum necessaria, ac morum integritate commendetur.*

34. In tanta diversitate beneficiorum, quid æquius, quam ut diversi gradus scientiarum distinguantur? Juxta Decretum Concili Tridentini (*c*): *Quicunque posthac ad Ecclesias Cathedrales erit assummendus, scientia ejusmudi polleat, ut muneris sibi injugendi necessitate possint satisfacere. — Ideoque antea in Universitate studiorum Magister, sive Doctor, aut Licentiatus in sacra Theologia, vel jure Canonico merito sit promotus, aut publico Accademiæ testimonio idoneus ad alios docendos ostendatur.* Ergo ex sententia Petri Tholosani (*d*), *multum nocet, quod Professores aliqui reperiantur, parum timoratæ conscientiæ, & non considerant, quale arcadicum pecus introducant Ecclesiis, & subselliis, ad gratiam sæpe gradus profanis concedentes: nec considerant, se reddituros rationem coram Deo, & hominibus de tanta in probandis studiis negligentiæ.*

35. Ex reliquis Decretis Ecclesiæ spectat scientia ecclesiastica fidei dogmata, legem dominicam, & Scripturam sacram, Canones Conciliorum, & Sacramentorum ritus. Licet hanc comparare, non vana profanorum lectione, non temeraria Mysteriorum perscrutatione, non subtili disputationum ambage, sed studio sancto, & oratione. Inquit S. Bernardus (*e*): *Utilis proinde lectio, utilis eruditio est, sed multo magis unctio necessaria: quippe quæ sola decet omnibus.*

Sunt

(*a*) Cap. 4. De scient & aliis qual. Benefic. (*b*) Trid. sess. 24. c. 12. (*c*) Trid. sess. 22. c. 2. (*d*) Petr. Tholos. lib. 18. de Republ. c. 9. (*e*) S. Bernard. Declam. c. 15.

36. Sunt & aliæ nonnullæ qualitates vel ex privilegio, aut consuetudine regni, Ecclesiæve, aut ex speciali beneficio requisitæ. Sic alibi omnia beneficia regni Regnicolis reservantur: ad quædam nonnisi Canonici admittuntur: sæpe fundationis leges præcipiunt, ut illa beneficia consanguineis Fundatorum tribuantur, quæ inde & beneficia patrimonialia vocantur. Procul dubio omnes & hæ leges saluberrimæ sunt, in quantum particulari delectui habiliorum Personarum consulunt.

* 37 Quid funestius Ecclesiæ, quam imperfectiores, & indigniores in beneficia ecclesiastica, præterito justo defectu, penetrare? Ait S. Chrysostomus (*a*): *Undenam, quæso! existimas, tam multas in Ecclesiis turbas nasci? Equidem non aliunde opinor, quam ex Antistitum electionibus casu potius, ac temere, quam diligenter, atque accurate factis.* Ex sententia S. Gelasii (*b*): *quia utique convenientia Ecclesiæ ministeria reparanda sunt, non inconvenientibus meritis ingerenda? ne per occasionem — vitia potius divinis cultibus intulisse judicemur, non legitimæ familiæ Domini computemur procurasse compendia.* Juxta S. Leonem (*c*) misso defectu ministrorum magis habilium *non est hoc consulere populis, sed nocere; nec præstare regimen, sed augere discrimen.* Queritur ann. 1536. Concilium Coloniense (*d*): *Quia ejusmodi ostium*, per justum delectum provisionum, *diligenter custoditum non est, factum est, ut tanta mala, quæ sentimus, agminatim in Ecclesiam Dei irruperint.*

TIT. III.

De pluralitate Beneficiorum.

CAP. I.

De Rationibus, quibus vetatur pluralitas Beneficiorum.

1. Ait Synodus Calcedonensis: *Non licet Clerico in duarum civitatum Ecclesiis eodem tempore in Catalogum referri, & in ea, in qua principio ordinatus est, & in ea, ad quam tanquam majorem confugit, propter magnæ gloriæ cupiditatem: eos autem, qui hoc faciunt, propriæ Ecclesiæ restitui, in qua ab initio ordinati sunt; ut illic solum ministrent. — Eos autem, qui au-*

(*a*) S. Chrys. l. 3. de Sacerd. c. 10. (*b*) S. Gelas. epist. 9. ad Episc. Luc. (*c*) S. Leon. epist. 87. ad Episc. Afric. cap. 1. (*d*) Conc. Colon. P. 1. cap. 1.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

que ce soit, s' il n' à ateint l' age de 25. ans accomplis; faute de quoi, voulons, que sans avoir égard aux provisions obtenues, qui seront regardées, comme nulles, & de nul effet, soit en jugemens, ou autrement, la dite cure, ou le dit benefice, soient censés vacans, & impetrables &c.

32. Supersunt & aliæ qualitates, quæ ad impetrandum beneficium præscriptæ sunt. (*a*) Harum prima est justa scientia sui officii. Ait S. Leo: *Si in laicis vix tolerabilis videtur inscitia: quanto magis in iis, qui præsunt, nec excusatione digna est, nec venia?* Refert, *c.* 3. *D.* 38.

33. Ait Synodus Tridentina (*b*): *Cum Dignitates in Ecclesiis Cathedralibus præsertim ad conservandam, augendamque ecclesiasticam disciplinam fuerint institutæ, ut, qui eas obtinerent, pietate præcellerent, aliisque exemplo essent, atque Episcopos opere, & officio juvarent. Nemo igitur deinceps ad Dignitates quascunque, quibus animarum cura abest, promoveatur, nisi — in clericali Ordine versatus doctrina ad suum munus exequendum necessaria, ac morum integritate commendetur.*

34. In tanta diversitate beneficiorum, quid æquius, quam ut diversi gradus scientiarum distinguantur? Juxta Decretum Concili Tridentini (*c*): *Quicunque posthac ad Ecclesias Cathedrales erit assummendus, scientia ejusmudi polleat, ut muneris sibi injugendi necessitate possint satisfacere. — Ideoque antea in Universitate studiorum Magister, sive Doctor, aut Licentiatus in sacra Theologia, vel jure Canonico merito sit promotus, aut publico Accademiæ testimonio idoneus ad alios docendos ostendatur.* Ergo ex sententia Petri Tholosani (*d*), *multum nocet, quod Professores aliqui reperiantur, parum timoratæ conscientiæ, & non considerant, quale arcadicum pecus introducant Ecclesiis, & subselliis, ad gratiam sæpe gradus profanis concedentes: nec considerant, se reddituros rationem coram Deo, & hominibus de tanta in probandis studiis negligentiæ.*

35. Ex reliquis Decretis Ecclesiæ spectat scientia ecclesiastica fidei dogmata, legem dominicam, & Scripturam sacram, Canones Conciliorum, & Sacramentorum ritus. Licet hanc comparare, non vana profanorum lectione, non temeraria Mysteriorum perscrutatione, non subtili disputationum ambage, sed studio sancto, & oratione. Inquit S. Bernardus (*e*): *Utilis proinde lectio, utilis eruditio est, sed multo magis unctio necessaria: quippe quæ sola decet omnibus.*

Sunt

(*a*) Cap. 4. De scient & aliis qual. Benefic. (*b*) Trid. sess. 24. c. 12. (*c*) Trid. sess. 22. c. 2. (*d*) Petr. Tholos. lib. 18. de Republ. c. 9. (*e*) S. Bernard. Declam. c. 15.

36. Sunt & aliæ nonnullæ qualitates vel ex privilegio, aut consuetudine regni, Ecclesiæve, aut ex speciali beneficio requisitæ. Sic alibi omnia beneficia regni Regnicolis reservantur: ad quædam nonnisi Canonici admittuntur: sæpe fundationis leges præcipiunt, ut illa beneficia consanguineis Fundatorum tribuantur, quæ inde & beneficia patrimonialia vocantur. Procul dubio omnes & hæ leges saluberrimæ sunt, in quantum particulari delectui habiliorum Personarum consulunt.

* 37 Quid funestius Ecclesiæ, quam imperfectiores, & indigniores in beneficia ecclesiastica, præterito justo defectu, penetrare? Ait S. Chrysostomus (*a*): *Undenam, quæso! existimas, tam multas in Ecclesiis turbas nasci? Equidem non aliunde opinor, quam ex Antistitum electionibus casu potius, ac temere, quam diligenter, atque accurate factis.* Ex sententia S. Gelasii (*b*): *quia utique convenientia Ecclesiæ ministeria reparanda sunt, non inconvenientibus meritis ingerenda? ne per occasionem — vitia potius divinis cultibus intulisse judicemur, non legitimæ familiæ Domini computemur procurasse compendia.* Juxta S. Leonem (*c*) misso defectu ministrorum magis habilium *non est hoc consulere populis, sed nocere; nec præstare regimen, sed augere discrimen.* Queritur ann. 1536. Concilium Coloniense (*d*): *Quia ejusmodi ostium*, per justum delectum provisionum, *diligenter custoditum non est, factum est, ut tanta mala, quæ sentimus, agminatim in Ecclesiam Dei irruperint.*

TIT. III.

De pluralitate Beneficiorum.

CAP. I.

De Rationibus, quibus vetatur pluralitas Beneficiorum.

1. Ait Synodus Calcedonensis: *Non licet Clerico in duarum civitatum Ecclesiis eodem tempore in Catalogum referri, & in ea, in qua principio ordinatus est, & in ea, ad quam tanquam majorem confugit, propter magnæ gloriæ cupiditatem: eos autem, qui hoc faciunt, propriæ Ecclesiæ restitui, in qua ab initio ordinati sunt; ut illic solum ministrent. — Eos autem, qui au-*

(*a*) S. Chrys. l. 3. de Sacerd. c. 10. (*b*) S. Gelas. epist. 9. ad Episc. Luc. (*c*) S. Leon. epist. 87. ad Episc. Afric. cap. 1. (*d*) Conc. Colon. P. 1. cap. 1.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ausi fuerint post magnæ hujus Synodi definitionem aliquid eorum, quæ sunt prohibita, facere, statuit S. Synodus proprio gradu dejicere. Refert fragmentum Gratianus. *c. 2. XXI. q. 1.*

2 Concilii Nicæni II. tale est Decretum (*a*): *Clericus ab hoc deinceps tempore in duabus Ecclesiis non collocetur.* En rationes: *Negotiationis enim, & turpis lucri proprium est, & ab ecclesiastica consuetudine alienum. Ab ipsa enim Domini voce audivimus, non posse quempiam duobus dominis servire: vel enim unum odio habebit, & alterum diliget; vel unum amplectetur, & alterum negliget: unusquisque ergo secundum dictum Apostolicum in eo, in quo vocatus est, debet manere, & in una Ecclesia assidere. Quæ enim propter turpe lucrum fiunt in ecclesiasticis negotiis, ea à Deo sunt aliena.* Sed quid, an non excusat paupertas proventuum? Nam & tunc Iconoclastarum furor bona ecclesiastica valde imminuit? Subdit Concilium: *Ad hujus autem vitæ usum sunt diversa studia: ex iis ergo, siquis velit, ea, quæ sunt corpori necessaria, comparet. Dixit enim Apostolus: usui meo, & iis, qui mecum sunt, subministraverunt manus meæ.*

3 Refert Gratianus sententiam S. Gregorii, qui juxta relationem Joannis Diaconi dicere solebat: *Singula juris ecclesiastici officia singulis quibusque personis singulatim committi debere, quia sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: Ita in Ecclesiæ corpore, secundum veridicam Pauli sententiam, in uno eodemque spiritu alii conferendum est hoc officium, alii committendum est illud: neque enim quantumlibet exercitatæ personæ, uno tempore duarum rerum officia committenda sunt.* Hæc leguntur, *c. 1. D. 89. & ibi Corr. Rom.*

4 Novo jure pronuntiat Alexander III. *Istud esse omni rationi contrarium, ut unus Clericus in una, vel diversis Ecclesiis plures dignitates: vel Personatus obtineat.* Et quare? *Quum,* inquit, *singula officia in Ecclesiis assiduitatem exigant personarum.* Refert. *c. 13. de Præb.*

5 Conqueritur Concilium Lateranense, quod *nonnulli modum avaritiæ non ponentes Dignitates diversas ecclesiasticas, & plures Ecclesias paræciales, contra SS. Canonum instituta, nitantur accipere; ut, eum unum officium vix implere sufficiat, stipendia sibi vindicent plurimorum: ne id de cætero fiat, districte prohibemus.* Legit. *c. 3. de Cleric. non resid.*

6 Bonifacius VIII. consuetudinem, quæ alicubi inolevit, quod Canonici duos Personatus, aut duas Dignitates, vel Præpo-

(*a*) Concil. Nicæn. II. cap. 15.

posituras, seu administrationes, aut duo officia &c. obtinerent, corruptelam declaravit. *Cum sacris sit,* inquit, *inimica Canonibus, & de ambitionis radice processerit — cum unum officium vix digne valeat aliquis adimplere.* Refert. *c. 1. de Consuet. in 6.*

7 Quid funestius reliquis corruptelis, quas Joannes XXII. recenset ex pluralitate beneficiorum subnatas? Inquit inter cætera: *Habentibus ipsa* (plura beneficia) *paratur vagandi materia: divini cultus minuuntur. Hospitalitas in ipsis beneficiis debita non servatur.* Superest querelarum series. *Extrav. 4. de Præb. int. Com.*

8 Inter articulos, quos Oratores Galliæ Concilio Tridentino pro reformatione obtulerunt, vigesimus quartus hic est: *Unum tantum beneficium uni conferatur, sublata* (quod attinet pluralitatem) *compatibilium, & incompatibilium beneficiorum differentia, quæ distinctio, ut & nova, & antiquis Decretis incognita, ita Ecclesiæ catholicæ magnam calamitatem attulit.*

9 Prævaluit tamen remissio disciplinæ (*a*). Synodus Nicæna II. propter hominum inopiam duas jungi Ecclesias permisit. *In his autem,* inquit, *quæ extra sunt, locis propter hominum inopiam permittatur.* Sensus Canonis est, quod unus, idemque Sacerdos duabus vicinis Ecclesiis, quæ extra civitatem sunt, deservire possit, dum ea est hominum in iis Ecclesiis inopia, ut singulæ singulos Sacerdotes habere nequeant, quo casu, ut hominum illorum necessitati, quantum possibile est, sucurratur, permittitur, ut idem Sacerdos duabus Ecclesiis vicinis ministret.

10 In Concilio Emeritensi ann. 666 (*b*). Decreti hic tenor est: *In Parochiis multæ sunt Ecclesiæ constitutæ, quæ à fidelibus factæ, aut parum, aut nihil de rebus habere videntur: sacerdotali ergo Decreto Presbytero uni plures extant commissæ: unde cavendum est, ne occurrente paupertate, ordo ibidem non impleatur Missæ.* Absit, ut vel hoc exemplum suffragetur recentiori beneficiorum pluralitati. Agitur hic de Ecclesiis in eadem Parochia parum, vel nihil fundatis, in quibus Missæ per certos dies celebrari debeant, ideoque incongruum haud habeatur, uni Sacerdoti earum Missarum celebrationem, urgente præsertim illarum Ecclesiarum paupertate, committi. Hoc sollicite Canon cavet, ut Presbyter ille juxta mandatum Episcopi in his Ecclesiis Missarum solemnia congruo tempore persolvat.

11 Sequiorem usum, vel obtentum, qui tunc forte gliscebat,

(*a*) Cap. 2. progress. Plur. benef. Synod. Nicæn. II. cap. 15. (*b*) Conc. Emeritensi cap. 19.

bat, ann. 829. repressit Synodus Parisiensis (a). *Sicut*, inquit, *unicuique civitati convenit proprium habere Episcopum, ita & unamquamque Basilicam, Deo dicatam, decet, & oportet proprium habere Presbyterum.* Avaritia sane, quæ est idolorum servitus, *quod non sine magno pudore prosequimur, quosdam invasit Presbyteros, suisque retinaculis adeo vinxit, captivosque effecit, ut instar cæcorum effecti, nesciant, quo eant, nesciantque, quid esse, vel quid agere debeant. Hi namque ignibus avaritiæ æstuantes, Sacerdotalisque, Dignitatis immemores, curam Basilicarum, in quibus promoti sunt, postponentes, datis quibusdam Xeniis, aut pollicitis non solum à Clericis, verum etiam à laicis alias Basilicas contra fas ad Christi famulatum peragendum suscipiunt.* Et quo exitio? *Religio Christiana obfuscatur, & sacerdotalis ordo confunditur, imo avaritia Sacerdotum à subditis denotatur, locaque Deo dicata cultu sibi debito privantur, & animarum pericula generantur.*

12 Corruptis sæculis præ multitudine delinquentium abusus fere omnem medelam alicubi respuit. Rescripsit Alexander III. ad Genuensem Archiepiscopum: *Cum non ignores, quod una Ecclesia unius debeat esse Sacerdotis, mirabile gerimus & indignum, quod uni Personæ locum impluribus Ecclesiis velis concedere, vel in Episcopatu tuo inducere consuetudinem Ecclesiæ Gallicanæ: quæ cum unum ad plura recipiat beneficia, contra SS. Canonum instituta, non approbatur à nobis, licet non possit* præ multitudine delinquentium *emendari.* Refert. *c. 15. integr. lect. de Præb.*

13 In reliquis novi juris argumentis sat frequens locus superest, quo illa pluralitas beneficiorum damnatur, tametsi præ multitudine delinquentium emandari penitus, vel abrogari queat. *Cum multa per patientiam tolerentur, quæ, si deducta fuerint in judicium, exigente justitia non debeant tolerari.* Hæc est sententia Innocentii. *cap. 18. ibi.*

14 Quum hoc moderamine propter præsumptiones, & quorumdam cupiditates nullus hactenus, aut rarus de prædicto statuto fructus proveniret, pronuntiavit Innocentius III., *ut, quicunque receperit aliquod beneficium, habens curam animarum annexam, si prius tale beneficium obtinebat, eo sit jure ipso privatus: &, si forte illud retinere contenderit, alio etiam spolietur &c. Hoc idem in Personatibus decernimus observandum: addentes, ut in eadem Ecclesia nullus plures Dignitates, Personatusve habere præsumat, etiamsi curam non habeant animarum.* Refert. *cap. 28. dict. tit.*

Hinc

(a) Synod. Paris. cap. 49.

15 Hinc tamen Pontifici tribuitur, quod primus Sedi Apostolicæ libertatem, & facultatem dispensandi super pluralitate beneficiorum reservaverit.

16 Dispensationes frequentiores Joannis XXII. resecandas, aut moderandas censuit. *Nos itaque*, inquit, *tot malis, tantisque discriminibus occurrere cupientes omnes, & singulas dispensationes super receptione, ac retentione Dignitatum, Personatuum, Officiorum, Prioratuum, beneficiorumque, quibus sit animarum cura annexa, sub quacumque forma, vel expressione verborum à nobis, vel dictis antecessoribus concessas — deliberatione super hoc cum fratribus vestris habita diligenti, de ipsorum consilio, & ex certa nostra scientia in forma subscripta duximus taliter moderandas.* Superest integra lectio. *Extravag. 4. de Præb. int. Com.*

17 Sed nec hoc moderamine restingui malum potuit. Invaluit illud novis titulis Commendarum, & Unionum. Olim vacante aliqua Ecclesia, cui ob bellorum, aliarumque calamitatum tempestatem provideri de Pastore non statim poterat, interdum vicino Pastori alteri commendabatur, ut ejus curam gereret, donec ei de proprio Pastore provideri posset. Vetus exemplum non adsimile est illi provisioni, qua hodie deservitura committitur. Commenda enim nonnisi necessitatem, utilitatemque Ecclesiæ spectabat. *c. 3. XXI. q. 1.*

18 Progressu temporis Commendatarii varios titulos obtenderunt, ut fructus Ecclesiarum occuparent; &, ut tanto diutius occupare possent, varia impedimenta injecerunt, ne illi Ecclesiæ de proprio Pastore provideri posset. Huic fraudi ut occurreretur, novo jure statutum est, ut Commenda ultra sex menses non duraret. *c. 15. de Elect. in 6.*

19 Superfuit, quod Commendatarii, qui fructus Ecclesiarum ambiebant, super hoc dispensationem à Sede Apostolica variis artibus extorquerent, ut eo mediante non tantum ad vitam, sed etiam cum pleno jure percipiendi fructus, subtractis duntaxat impendiis Vicarii, Commendas plurium Ecclesiarum consectarentur, freti illo exemplo juris, quod à pluralitate beneficiorum excusarentur, qui unam Ecclesiam intitulatam, alteram commendatam, *utpote ad tempus*, haberent. *cap. 54. de Elect.*

20 Adeo hac interpretatione, quæ temporales commendas in perpetuas convertit, regula juris eversa videbatur. Synodus Londinensis de ann. 1268. diserte conqueritur (a): *Quidam rationis expertes, vel regulas juris contemnentes, dum ad plurium*

(a) Synod. Londin. cap. 31.

rium Ecclesiarum occupationem velamen aliud non habentes, quomodo ditari festinant, vacantes Ecclesias sibi commendari procurant, amplectentes Juris verba, non sensum, quod aliquando permittit, unam habere Ecclesiam intitulatam, alteram commendatam. Et cum juxta sanum intellectum, propter necessitatem, vel utilitatem vacantis Ecclesiæ, jus commendationis non tam præcipue, quam permissive, fuerit introductum, ipsi ad cupiditatis suæ lucrum omnia convertentes, in ipsarum Ecclesiarum dissipationem, non solum unam, sed plures recipiunt commendatas.

21 Tam infelici homine prævaluit & sequior interpretatio illius regulæ, qua pluralitas beneficiorum excusatur in illis Ecclesiis, quarum una ab altera per unionem dependet. *citat. cap. 54. de Elect.*

22 Quidni duæ Ecclesiæ vicinæ, quæ ob devastationem, vel aliam occasionem duos Presbyteros alere nequeunt, neque duos ob incolarum paucitatem requirunt, uniri possent, ut per modum unius uni conferantur. En vetus exemplum, *cap. 2. §. 2. D. 70.*

23 Absit vero, ut veteri illo exemplo excusari possent sequiores uniones ad vitam, quibus, neglecta omni necessitate, vel utilitate Ecclesiarum, plures Ecclesiæ, quandoque & remotissimæ, & opulentissimæ uniri cœperant in favorem Personæ eousque, quousque ipsa viveret. Prælati pro articulis Reformationis Tridentinæ à Paulo III. delecti exclamabant. *Quid de unionibus beneficiorum ad vitam unius, ne scilicet obstet illa beneficiorum pluralitas ad obtinenda incompatibilia, nomine est, nisi mera fraus legis?*

24 In Concilio Tridentino præcipuus erat Episcopus Claromotensis (*a*). Guillelmus de Prato, qui in Congregatione mox post sessionem secundam habita, ad abolendam omnem pluralitatem beneficiorum Patres provocavit. *Primo*, ajebat, *tollatur ab omnibus beneficiorum, & maxime Episcopatuum pluralitas funditus. Quod ita necessarium censeo*, inquiebat: *ut optem memoriam illius pluralitatis oblivione sempiterna deleri, tanquam avaritiæ Clericalis (ob quam tam male audit Ordo Sacerdotum) primogenitam, & omnium malorum lernam.* Hanc sententiam & alii Patres suam fecere, quæ tamen multis rigidior videbatur.

25 Hac occasione Concilium Tridentinum varia edidit Decreta (*b*). Sanxit primo: *Ut nemo, quacunque etiam dignitate, gradu, aut præeminentia præfulgens, plures Metropolitanas, seu*

(*a*) Cap. 3. De Trid. Decret. (*b*) Trid. sess. 7. cap. 4.

seu Cathedrales Ecclesias in titulum, sive commendam, aut alio quovis nomine — recipere, & simul retinere præsumat.

26 Et inferius (*a*): *Quicunque de cætero plura curata, aut alias incompatibilia beneficia ecclesiastica, sive per viam unionis ad vitam, seu commendæ perpetuæ, aut alio quocunque nomine, aut titulo, contra formam SS. Canonum — recipere, ac simul retinere præsumpserit, beneficiis ipsis — ipso jure, etiam præsentis Canonis vigore, privatus exigat.* Hæc Decreta beneficiorum incompatibilium pluralitatem spectant.

27. Quid de reliquis: Mandat S. Synodus (*b*) *in quibuscunque personis, quocunque titulo, etiamsi Cardinalatus fulgeant honore, observari, ut imposterum unum tantum beneficium Ecclesiasticum singulis conferatur. Quod quidem, si ad vitam ejus, cui conferatur, oneste sustentandam non sufficiat, liceat nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodo utrumque personalem residentiam non requirat, eidem conferri. Hæcque non modo ad Cathedrales Ecclesias, sed etiam ad alia omnia beneficia, tam sæcularia, quam regularia, quæcunque etiam commendata pertineat, cujuscunque tituli, ac qualitatis existant.*

28. Ecce hoc Decreto diserte excipiuntur beneficia simplicia, veluti incompatibilia, quæ personalem residentiam requirunt, idque vel ratione curæ animarum, vel ratione servitii. Ratione curæ animarum censetur incompatibile beneficium, & illud, cui annexum est onus adjuvandi Pastorem in cura animarum, aut alendi Vicarium amovibilem, per quem cura animarum foret exercenda. Ratione servitii censentur incompatibiles Canonicatus non modo cum beneficio curato, sed etiam aliis Canonicatibus Cathedralium, Collegiatarumque Ecclesiarum, quia propter servitium personalem residentiam exigunt. *Trid. sess. 24. c. 12.*

29. Sequiore interpretatione nonnullorum invaluit, quod hodie distinguant inter residentiam præcisam, & simplicem, nec non illam, quæ causativa dicitur. Vocatur residentia simplex, & præcisa, quæ requiritur sub pœna privationis tituli. Residentia causativa audit, quæ spectat privationem nudam fructuum, siquis residentiam negligat. Inde communis praxis declarat, quoad incompatibilitatem beneficiorum simplicium inspiciendam esse residentiam præcisam. Quid alienius à mente Fundatorum, Canonibusque Ecclesiæ hac vel excusatione, vel distintione? Quippe iniquum est, eum retinere beneficium, qui illi deservire non intendit, tametsi aliquando fructibus carere velit, quia quodvis beneficium per-

so-

(*a*) Trid. ibid. c. 4. (*b*) Trid. sess. 14. c. 17.

sonale servitium ex suo genere, & instituto requirit.

30. Concilium Tridentinum diserte distinguit inter beneficium, quod quis obtinet, nimirum id, quod sufficiens est, & quod alendo Clerico insufficiens est. Si enim beneficium adeptum sufficiens est, locus haud est secundo acquirendo, quamtumvis hoc simplex, & ab omni lege residentiæ liberum sit. Si vero primum ad vitam ejus, cui confertur, insufficiens est, tunc liceat ei aliud simplex beneficium, à personali residentia exemptum, conferre. Hodie hac occasione sat frequens est, quod cujusque conscientiæ relinquatur, ut æstimet sufficientiam, insufficientiamque sui beneficii. Queritur Ruremondensium Antistes (*a*): *Sustentationem sui, quam in Clericis omnibus, ipsisque etiam Episcopis, ex Tridentini Concilii sententia, oportet esse frugalem, hospitalitatis, & beneficentiæ velamine, illis volunt esse magnificam, vitæ hujus impendia non pro necessitate, aut eo, quod naturæ satis esse queat (quæ parvo est contenta) sed pro affectu privato, & habendi libidine metientes; & ex cujusque beneficii accessione proventu aucto, aliquid etiam ad familiæ splendorem, ad vestium luxum, ad prædiorum, aliarumque sive fixarum, sive mobilium rerum proventum accedere volunt: & ut in plures beneficii esse possint, aut ad sui nominis memoriam celebrandam opulentas erigere fundationes, domum domo, & agrum agro è beneficiorum provenientibus semper conjungentes, & hoc satis esse arbitrantur ad palliandam, aut excusandam inexplebilem avaritiam suam, si hunc sibi scopum propositum habeant.*

31. Quid his obtentibus, aut artibus alienius à Decreto Tridentino? Enimvero Concilium Tridentinum priori beneficio, quod vere insufficiens est ad vitam ejus honeste sustentandam, nonnisi unum beneficium adjungi, pro repellenda insufficientia, concedit. Declarat S. Carolus in Concilio Mediolanensi V. (*b*): *Id ita locum habeat, ut ne tamen eo prætextu, causave vitæ honeste sustentandæ plura, quam duo beneficia simplicia uni, eidemque conferri liceat.*

32. In reliquis Concilium Tridentinum ex Decreto, quo declaravit incompatibilia plura beneficia cujuscunque conditionis, aut qualitatis, quorum utrumque personalem residentiam requirit, præcipue respexisse censetur ad impossibilitatem satisfaciendi oneribus utriusque beneficii: inde enim illa impossibilitas resultat ex requisita personali residentia. Cum igitur illa impossibilitas onerum, quæ utrique beneficio inhærent, sæ-

(*a*) Henric. Cnikius. Ruremond. Episc. ad Cler. (*b*) Conc. Mediol. V. P. 3. Tit. quæ ad benef. collat. attin.

sæpe cesset, si beneficia sint in eadem Ecclesia: quibus officia diversi ordinis, & generis incumbunt, etiam illa incompatibilitas eorum beneficiorum, quæ inde difformia dicuntur, cesare censetur. Sic S. Congregatio decidisse refertur, quod Concilium consuetudini, quæ permittit in eadem Ecclesia Dignitates cum Canonicatibus teneri, haud derogaverit. Et vero sat vulgaris hodie est consuetudo, quod beneficium curatum, aut etiam Dignitas cum Canonicatu in eadem Ecclesia retineatur, imo in aliquibus Ecclesiis Dignitates conferri non possunt, nisi Canonicis, ita, ut nulla dispensatione eapropter opus sit.

33. Quid, si Canonicatus sit ipsi Dignitati annexus, ita, ut ipsa Dignitas nullos habeat proventus propter præbendam; an cum hoc Canonicatu, annexaque Dignitate alia difformis Dignitas in eadem Ecclesia citra dispensationem obtineri potest. Et vero, si Canonicatus Dignitati per viam suppressionis cohæreat, tunc revera, suppresso titulo Canonicatus, nonnisi simplex Dignitas superest, ut cum hac Dignitate alius Canonicatus sine ulla dispensatione conjungi possit; non autem alia Dignitas, quia pluralitas Dignitatum in Ecclesia eadem vetatur, cui hactenus consuetudo haud derogavit. *c.* 28. *de Præb.*

34. Si autem Canonicatus per unionem cohæreat, ut possessor & Canonicus sit, & in Dignitate constitutus sit, non poterit in eadem Ecclesia alium Canonicatum, ut Dignitatem sine dispensatione S. Sedis, vigore cujusdam consuetudinis, quæ corruptela declaratur, obtinere. *c.* 1. *de Consuet. in* 6.

35. Hodie duplex incompatibilitas beneficiorum distinguitur (*a*). Incompatibilia primi generis dicuntur, inter quæ intercedit tanta incompatibilitas, ut obtenta pacifica possessione secundi primum ipso jure vacet. Explicant hanc incompatibilitatem authoritate novi juris Interpretes in beneficiis curatis, Dignitatibus, & Personatibus, sive in una, sive in diversis Ecclesiis. *c.* 28. *de Præb.* Tum & in beneficiis simplicibus in eadem Ecclesia uniformibus, id est, quorum utrumque ad eundem finem, & munus sub eodem tecto est institutum, etsi residentiam non requirant in uniformibus titulis *c.* 9. *de Concess. Præb.*

36. Incompatibilia secundi generis vocantur, quæ simul retineri non possunt, etsi per assecutionem pacificam secundi primum *ipso jure* non vacet. Hujusmodi censentur duo Ca-

(*a*) Cap. 4. De var. benef. incompatib. spec.

Canonicatus, aut duæ Capellaniæ, aut Canonicatus & Dignitas, vel beneficium curatum in diversis Ecclesiis.

37. Censent & hodie post Concilium Tridentinum (*a*) superesse utrique incompatibili locum, ad eum effectum, ut incompatibilia primi generis ipso jure, alia vero seu secundi generis per sententiam judicis vacent. Atque ita à SS. Congregatione responsum fuisse sæpius referunt.

38. Incompatibilitas in ordine ad vacationem beneficii prioris inducitur per assecutionem pacificæ possessionis alterius beneficii incompatibilis. Non ergo sufficit secundi collatio, vel aceptatio; sed requiritur ejus pacifica possessio, aut saltem quod penes eum steterit, quominus eam acceperit. *Clem. 6. de Præb. & alibi.*

39. Quandoquidem nullum tempus in jure præfixum est, intra quod Beneficiatus teneatur realem, & corporalem beneficii possessionem accipere; idcirco communi interpretum sententia, & praxi receptum est, ob acceptum beneficium secundum non induci vacationem primi, ante adeptam ejus corporalem possessionem, tametsi per ipsum Beneficiatum stetisse, possessionem corporalem secundi accipere: enimvero ajunt, illam clausulam: qua Joannes XXII. declarat, beneficium vacare, si per Beneficiatum steterit, *quominus pacificam possessionem habeat*, referendam esse, non ad possessionem, sed ad vocem *pacificam*, & per eum stet, quominus hæc possessio sit pacifica, quia vel litem finxit, vel alias fraudes supposuit. *Extrav. 4. de Præb. int. Com.*

40. Hinc concluditur, quod demum inducatur vacatio primi per assecutionem secundi, si assecutio, & possessio secundi sit pacifica, non solum de facto, sed etiam de jure; id est, non litigiosa, sed absque omni controversia judiciali, extrajudicialique. Quippe ante adeptam possessionem pacificam Beneficiatus nullos proventus potest ipsius beneficii percipere, ut inde videatur ante capitam possessionem beneficium perfecte non habere.

41. In usu Galliæ, neglecta privationis pœna, vetus optio viget. Rescripsit Alexander III. *quod Episcopo liceat, habentes plures Ecclesias, quæ ex una non pendent, appellatione postposita cogere ad unam ipsarum, quam maluerint, dimittendam.* Refert. *c. 4. de Ætat. & Qual.*

42. Inde, quemadmodum privatio primi beneficii per assecutionem secundi non inducitur, nisi post adeptam pacificam hujus possessionem; ita nec necessitas optionis inducta censetur, nisi post pacificam assecutionem secundi. Et vero, quia in Gallia nemo proprie pacificus possessor, nisi post annalem pacificam possessionem censetur, hinc provisus de duobus beneficiis incompatibilibus habet annum, & diem ad faciendam suam optionem, ita, ut, si sit pacificus possessor, possit unum ex duobus dimittere ad manus Collatoris ordinarii.

(*a*) Garc. de Benef. P. 2. c. 5.

43. Et ne locus fraudi sit, ann. 1681. Regio edicto cautum est: *ut cum uni, eidemque personæ collata sunt duo beneficia curata, aut Canonicatus, aut Dignitas, & beneficium curatum, aut duo alia beneficia incompatibilia, sive sit lis, sive pacificus possessor sit, provisus non gaudebit fructibus, nisi illius beneficii, in quo actualiter residebit, & servitium per se exsolvet.* (*a*) *Quodque fructus alterius beneficii, aut etiam utriusque, si in neutro resederit, & præstiterit servitium per se, impendentur in solutionem Vicarii, aut Vicariorum, qui servitium præstiterint, vel in reparationes, ornamenta, aliumque usum Ecclesiæ ipsius beneficii; idque juxta ordinationem Episcopi diœcesani.*

44. Superest frequentior usus incompatibilium beneficiorum dispensationes Papales (*b*). Ita enim Innocentius III. pronuntiat: *Circa sublimes tamen, & litteratas personas, quæ majoribus beneficiis sunt honorandæ, cum ratio postulaverit, per Sedem Apostolicam poterit dispensari.* Refert. *c. 28. de Præb.*

45. Præcipit Bonifacius VIII. ut in supplica utriusque beneficii qualitas diserte exprimatur. *Non potest*, inquit, *dispensatio super pluralitate beneficiorum concessa, impetranti prodesse, qui aliquod quantumcunque modicum beneficium subticuit in eadem.* Et vero: *Illud Apostolicæ Sedis indultum, ut quis duo beneficia curam animarum habentia, si alias canonice eidem conferantur, possit recipere, ac simul retinere, intelligitur de duobus primis beneficiis, quæ cum cura post dictum indultum obtinere contingit eundem.* Ita diserte rescripsit Papa. *c. 21. de Præb. in 6.*

46. Decreto Gregorii X. *Ordinarii locorum subditos suos, plures Dignitates, vel Ecclesias, quibus animarum cura inminet, obtinentes, seu Personatum, aut Dignitatem cum alio beneficio, cui similis cura est annexa, districte compellant, dispensationes, authoritate quarum hujusmodi Ecclesias, Personatus, seu Dignitates canonice tenere se asserunt, intra tempus pro facti qualitate ipsorum Ordinariorum moderandum arbi-*

(*a*) Journal. des. Audiences Tom. 4. lib. 4. c. 6. (*b*) Cap. 5. De dispens. Pap.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

bitrio, exhibere. Quod si forte, justo impedimento cessante, nullam dispensationem intra idem tempus contigerit exhiberi; Ecclesiæ beneficia, Personatus, seu Dignitates, quæ sine dispensatione aliqua eo ipso illicite detineri constabit, per eos, ad quos eorum collatio pertinet, libere personis idoneis conferantur. Refert. *c. 2. de Offic. Ordin. in 6.*

47. Hoc exemplo & Concilium Tridentinum mandat (*a*): *Ut ordinarii locorum quoscunque plura curata, aut alias incompatibilia beneficia obtinentes, dispensationes suas exhibere districte compellant, & alias procedant juxta constitutionem Gregorii, in generali Concilio Lugdunensi II. editam.*

48. Et quis, quæso! finis, aut effectus est hujus exhibitionis? Ait Pontifex: *Si dispensatio exhibita sufficiens evidenter appareat, exhibens nequaquam in beneficiis hujusmodi, quæ canonice obtinet, molestetur.* Quid ergo, si evidenter insufficiens appareat? Procul dubio rejicienda est, ut ei nec suffragetur regula Cancellariæ de triennali possessione, eoquod hæc possessio abusum non abstergat. Quid vero, si de sufficientia dispensationis dubitetur? Oportet desuper S. Sedem consulere, cujus est æstimare, quem modum esse velit sui beneficii. *c. 3. de Offic. Ord. in 6.*

49. In analysi ad Constitutionem Gregorii X. in Concilio Lugdunensi editam, contendit Weymesius (*b*), quod possessores incompatibilium beneficiorum non tantum dispensationum suarum literas, sed & possessionum titulos ipsis Ordinariis exhibere teneantur. *Cum Ordinarii*, inquit, *recte judicare vix possint de dispensationibus, nisi simul etiam videant titulos, quorum vigore plura beneficia incompatibilia possidentur — adeo, ut titulorum exhibitio censeatur de substantia actus, & absque illâ non intelligantur Beneficiati satisfecisse suis Ordinariis, etiamsi maxime affirment, se juste, & canonice possidere: quia tituli necessario exhiberi debent, & in scriptis probari, nec sufficiunt testium dicta, quod scripturam titulorum ipsi viderint? neque etiam de eo solo dispiciendum est, an titulus aliquis subsit, sed etiam, an bonus, & validus, quod nonnisi ex ejus inspectione cognosci potest.*

50. Rescripsit Alexander III. cuidam Ordinario: *Si mandatum nostrum super alicujus provisione reciperis, qui aliud beneficium habeat, de quo valeat commode sustentari — si non potest ei sine scandalo provideri, æquanimiter sustinemus, si pro eo mandatum nostrum non duxeris exequendum.* Refert. *c. 6. de Præb.*

Hac

(*a*) Trid. sess. 7. c. 5. (*b*) Weymes. n. 11.

51. Hac occasione invaluit alibi, quod literæ dispensationis super pluralitate beneficiorum executionem habere nequeant, nisi præhabito Principis placito: non solent enim similes dispensationes è Curia Romana emanantes in executionem deduci, si appareat, illas sine scandalo, aliisque incommodis executioni mandari non posse. Neque enim literæ placiti super simili dispensatione dari solent, nisi prius auditis Ordinariis, è quibus si intelligant, eam dispensationem sine scandalo, aliisque incommodis executioni mandari non posse, aut id aliunde Consiliis regiis notum sit, placitum haud facile concedetur: solum enim scandalum, quod prævideturexoriturum ex literarum Apostolicarum executione, justam, & sufficientem causam esse negandi placitum, certum est.

52. Veteri exemplo S. Ludovicus nulli habenti beneficium indulsit alterum conferri, nisi priore dimissio. Si Principes sanctum hunc Regem æmularentur, vix dubium, quin in suis ditionibus magna ex parte hunc abusum eliminarent; præsertim, si super literis dispensationum in Curia Romana obtentis (*a*), literas placiti concedi vetarent, saltem super pluralitate majorum beneficiorum, vel nisi manifesta esset, aut rite probaretur sufficiens ratio dispensationis.

*53 Novit Deus, quam frequentes, & varias ineat hypocrisis vias, & artes, obtinendi dispensationes Pontificias. Queritur. S. Bernardus (*b*): *Malum in corde conceperunt, opere tamen ausi non sunt implere, nisi cum licentia. Conceperunt dolorem, sed non pepererunt iniquitatem, donec iniquo Papa conceptui præbuisset assensum — quod tamen SS. fecisse Pontificem nequaquam crediderim; nisi aut circumventum mendacio, aut importunitate victum.*

*54. Hinc in mortali doctrina degeneris Cleri hypocrisi quid exitiosius? Ait S. Augustinus (*c*): *Simulata innocentia non est innocentia: simulata æquitas non est æquitas, sed duplex iniquitas, quia & iniquitas est, & simulatio.* Juxta sententiam S. Chrysostomi (*d*): *Nulla res sic exterminat bonum, sicut bonum simulatum. Nam manifestum malum, quasi malum cavetur: malum autem sub specie boni celatum, quasi bonum suscipitur.* Ecce inquit S. Ambrosius (*e*)? *Bonis artibus, & sincero propositu nitendum ad honorem arbitror, maxime ecclesiasticum — ad omnia abundat animi directa simplici-*

(*a*) Supr. c. 2. §. 14. & 15. (*b*) S. Bern. ep 7. (*c*) S. Aug. in Ps. 61.
(*d*) S. Chrys. hom. 19. oper. imperf. (*e*) S. Ambr. de Offic. lib. 2. c. 24.

citas, satisque se ipsa commendat. Absit, ut hypocrisi locus sit supplicationibus, & excusationibus? Quid B. Laurentii Justiniani (*a*) querela gravius? *Sunt*, inquit, *viri subdoli, malitia pleni, dolo astuti, Ministri diaboli, iniquitatis Magistri, semper prava mendacia componentes, hypocrisin sub tegmine sanctitatis tegentes, quorum perditio festinat, & confusio prope est: Quæstum pietatem putant, hominibus placere anhelant. Honores, Dignitates, & ecclesiastica omni cum studio quæritant beneficia.* Quis ab hypocrisi excusaret artes, & mores eorum, qui dispensationes ad excusandus excusationes tam passim obtendunt? *Non satis*, inquit S. Bernardus (*b*), *de propria causa confidentes, remorsas, ac remordentes conscientias Apostolica conati estis delinire licentia: frivolum satis remedium, quod non est aliud, nisi more Protoplastorum, cauteriatis conscientiis texere perizomata, videlicet ad velamentum, non ad medicamentum. Apostolicam, inquiunt, licentiam quæsivimus, impetravimus. Utinam non licentiam quæsiissetis, sed consilium; id est, non ut liceret, sed an liceret? Unde tamen quærebatis licentiam; ut liceret, quod non licebat.*

TIT. IV.

De Ordinaria Beneficiorum Provisione.

CAP. I.

De Jure Episcopi.

1. Quousque Ordinationi collatio beneficii cohæsit, solus Episcopus per suam Diœcesin collator omnium beneficiorum fuit, quia Episcopus solus & collator omnium Ordinum fuit: atque in hac disciplina fere usque ad sæculum XI. stetimus.

2. Fuit tamen vetus mos, quod Episcopi, ut securius in electione Ministrorum procederent, consilium sui Cleri adhibere, populique testimonium de Ordinandorum moribus, & conversatione exquirere tenerentur. Juxta Decretum Concilii Carthaginensis IV (*c*). *Episcopus sine consilio Clericorum suorum Clericos non ordinet; ita, ut civium conniventiam, & testimonium quærat.*

No-

(*a*) B. Laur. Just. de cast. conn. c. 20. (*b*) S. Bern. supr.
(*c*) Conc. Carth. IV. c. 22.

3. Novo jure, quod ab Ordinatione collationem beneficiorum, titulo feudi disjunxit, veteris juris Episcopalis supersunt illa vestigia, quod Episcopi sit, eos examinare, & probare, qui ad beneficia ab aliis nominantur; ejus sit, eos & instituere, & curam animarum, si tale sit beneficium, committere. Rescripsit Alexander III. consuetudinem pravam esse, *quod Clerici ecclesiastica beneficia sine consensu Episcopi Diœcesani, vel Officialium suorum recipiunt; minus, quam decet, cogitantes, quommodo id à Patrum sanctorum est institutionibus alienum, & ecclesiasticæ contrarium honestati.* Refert. *c.* 3. *de Instit.*

4. Ad exemplum veteris Cleri successit, quod Episcopus & novo jure in institutione Ministrorum, collationeque beneficiorum aliquando consilium Capituli Cathedralis, quod Senatus Episcopi censetur, expetere teneatur. Est & Alexandri III. illud Decretum, quod Apostolica authoritate prohibet, ne Episcopus Abbates, vel Abbatissas, vel alias personas ecclesiasticas sine assensu, vel consilio Canonicorum suorum instituere, vel destituere præsumat. *c.* 4. *de his, quæ fiunt à Prælat.*

5. Quantum ad Præbendas Cathedrales hodie superest frequentius, quod eorum Canonicorum electio ad Episcopum, & Capitulum spectet. Sed non ubique eodem modo. In aliquibus Ecclesia Episcopi suffragium æquivalet votis totius Capituli, ut Episcopus singulariter. Capitulum vero collegialiter suffragium ferat. Hinc alibi usus invaluit, quod hujusmodi juris exercitium divideretur per alternativam, seu per menses, & tempora, ut quilibet nomine consortis totum jus absque hac discrepantia exerceat. Plerumque hæc electio communis est Episcopo, & Capitulo, soletque Episcopus tanquam caput Capituli proponere, & concludere, ut ei nonnisi in paritate votum decisivum sit; nisi aliunde ei & votum absolutum competat. Meminit Pontifex alterius consuetudinis, quod Episcopus Capitulo nonnunquam interveniat, ut Canonicus, ut ei proinde aliud votum non sit, quam alterius Canonici. *c.* 15. *de Concess. Præb.*

6. Exortis recentioribus exemptionibus Capitulorum Episcopus ab electione Canonicorum, quam totam Capitulum suam fecit, exclusus est. Innocentius III. & hanc consuetudinem allegat, probatque. *c.* 31. *de Elect.*

7. Econtra in nonnullis aliis Ecclesiis soli Episcopo jus est, conferendi Præbendas Cathedrales, ut in hac electione nec ad consensum, nec ad consilium Capituli adstringatur.

8. Quantum ad Ecclesias collegiatas jure communi eorum

Ca-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

citas, satisque se ipsa commendat. Absit, ut hypocrisi locus sit supplicationibus, & excusationibus? Quid B. Laurentii Justiniani (*a*) querela gravius? *Sunt*, inquit, *viri subdoli, malitia pleni, dolo astuti, Ministri diaboli, iniquitatis Magistri, semper prava mendacia componentes, hypocrisin sub tegmine sanctitatis tegentes, quorum perditio festinat, & confusio prope est: Quæstum pietatem putant, hominibus placere anhelant. Honores, Dignitates, & ecclesiastica omni cum studio quæritant beneficia.* Quis ab hypocrisi excusaret artes, & mores eorum, qui dispensationes ad excusandus excusationes tam passim obtendunt? *Non satis*, inquit S. Bernardus (*b*), *de propria causa confidentes, remorsas, ac remordentes conscientias Apostolica conati estis delinire licentia: frivolum satis remedium, quod non est aliud, nisi more Protoplastorum, cauteriatis conscientiis texere perizomata, videlicet ad velamentum, non ad medicamentum. Apostolicam, inquiunt, licentiam quæsivimus, impetravimus. Utinam non licentiam quæsiissetis, sed consilium; id est, non ut liceret, sed an liceret? Unde tamen quærebatis licentiam; ut liceret, quod non licebat.*

TIT. IV.

De Ordinaria Beneficiorum Provisione.

CAP. I.

De Jure Episcopi.

1. Quousque Ordinationi collatio beneficii cohæsit, solus Episcopus per suam Diœcesin collator omnium beneficiorum fuit, quia Episcopus solus & collator omnium Ordinum fuit: atque in hac disciplina fere usque ad sæculum XI. stetimus.

2. Fuit tamen vetus mos, quod Episcopi, ut securius in electione Ministrorum procederent, consilium sui Cleri adhibere, populique testimonium de Ordinandorum moribus, & conversatione exquirere tenerentur. Juxta Decretum Concilii Carthaginensis IV (*c*). *Episcopus sine consilio Clericorum suorum Clericos non ordinet; ita, ut civium conniventiam, & testimonium quærat.*

No-

(*a*) B. Laur. Just. de cast. conn. c. 20. (*b*) S. Bern. supr.
(*c*) Conc. Carth. IV. c. 22.

3. Novo jure, quod ab Ordinatione collationem beneficiorum, titulo feudi disjunxit, veteris juris Episcopalis supersunt illa vestigia, quod Episcopi sit, eos examinare, & probare, qui ad beneficia ab aliis nominantur; ejus sit, eos & instituere, & curam animarum, si tale sit beneficium, committere. Rescripsit Alexander III. consuetudinem pravam esse, *quod Clerici ecclesiastica beneficia sine consensu Episcopi Diœcesani, vel Officialium suorum recipiunt; minus, quam decet, cogitantes, quommodo id à Patrum sanctorum est institutionibus alienum, & ecclesiasticæ contrarium honestati.* Refert. *c.* 3. *de Instit.*

4. Ad exemplum veteris Cleri successit, quod Episcopus & novo jure in institutione Ministrorum, collationeque beneficiorum aliquando consilium Capituli Cathedralis, quod Senatus Episcopi censetur, expetere teneatur. Est & Alexandri III. illud Decretum, quod Apostolica authoritate prohibet, ne Episcopus Abbates, vel Abbatissas, vel alias personas ecclesiasticas sine assensu, vel consilio Canonicorum suorum instituere, vel destituere præsumat. *c.* 4. *de his, quæ fiunt à Prælat.*

5. Quantum ad Præbendas Cathedrales hodie superest frequentius, quod eorum Canonicorum electio ad Episcopum, & Capitulum spectet. Sed non ubique eodem modo. In aliquibus Ecclesia Episcopi suffragium æquivalet votis totius Capituli, ut Episcopus singulariter. Capitulum vero collegialiter suffragium ferat. Hinc alibi usus invaluit, quod hujusmodi juris exercitium divideretur per alternativam, seu per menses, & tempora, ut quilibet nomine consortis totum jus absque hac discrepantia exerceat. Plerumque hæc electio communis est Episcopo, & Capitulo, soletque Episcopus tanquam caput Capituli proponere, & concludere, ut ei nonnisi in paritate votum decisivum sit; nisi aliunde ei & votum absolutum competat. Meminit Pontifex alterius consuetudinis, quod Episcopus Capitulo nonnunquam interveniat, ut Canonicus, ut ei proinde aliud votum non sit, quam alterius Canonici. *c.* 15. *de Concess. Præb.*

6. Exortis recentioribus exemptionibus Capitulorum Episcopus ab electione Canonicorum, quam totam Capitulum suam fecit, exclusus est. Innocentius III. & hanc consuetudinem allegat, probatque. *c.* 31. *de Elect.*

7. Econtra in nonnullis aliis Ecclesiis soli Episcopo jus est, conferendi Præbendas Cathedrales, ut in hac electione nec ad consensum, nec ad consilium Capituli adstringatur.

8. Quantum ad Ecclesias collegiatas jure communi eorum

Ca-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Canonicorum electio spectare videtur ad Capitulum una cum Decano, aut illo, qui Capitulo presidet. Quum vero plures earum aliquando fuere regulares, electio Canonicorum in multis illarum mansit apud solum Præpositum, tanquam qui tempore regularitatis erat caput Congregationis, idque ad normam regulæ monasticæ S. Benedicti, & canonicæ S. Chrodegangi.

9. Dignitates tam in Ecclesiis Cathedralibus, quam Collegiatis, quæ ipsum Capituli regimen, ac disciplinam canonicam spectant, ad electionem Capituli ordinarie spectant, nisi quod hodie fere primæ Dignitates in Collegiatis, & majores post Pontificalem in Cathedralibus nominationi Regiæ, aut indulto Pontificio alicubi sint subjectæ. In Concordatis Germaniæ tamen & hæ illis accensentur, quibus jure ordinario providetur. Reliquæ Dignitates in Cathedralibus, quæ ad regimen Hierachichum referuntur; uti sunt Archidiaconatus, Archipresbyteratus, ad solius Episcopi collationem plerumque pertinent.

10. Collatio beneficiorum, quousque Ordinationi cohæsit, actus Ordinis videbatur. Novo jure vero, actus jurisdictionis censetur. Vetat tamen Bonifacius VIII. Sede vacante Capitulum, ne liberas collationes Episcopi sibi arroget. *c. un. Ne Sed. vacant. in 6.*

11. Refert Cabassutius (*a*), quoad curata beneficia posse Capitulum Sede vacante saltem in Francia providere Parochiis, conferendo eas potius in titulum, quam Commendam. In Belgio passim Capitula Cathedralia Sede vacante instituunt concursum ad replendas Ecclesias Parochiales, sive ad Episcopi, sive ad aliorum Patronorum, Collatorumque ecclesiasticorum dispositionem spectantes.

12. Collatio, proprie dicta (*b*), communiter definitur, quod sit assignatio, seu concessio beneficii vacantis facta ab eo, qui potestatem habet. Hæc quidem, si fit solo jure Collatoris, ut non restringatur ad aliquam personam nominatam, & præsentatam, proprie collatio, veluti libera dicitur. Quippe si fiat alicui personæ quasi ex necessitate præsentationis, institutio, aut collatio necessaria appellatur.

13. Collatio libera differt ab electione, & præsentatione, quod, postquam acceptata fuit, etiam ante adeptam possessionem jus in re tribuat. Quippe per electionem, & præsentationem etiam acceptatam nihil plus acquiritur, quam jus ad rem. *c. 17. de Præb. in 6.*

Col-

(*a*) Cabassut. Theor. & Prax. Jur. Can. lib. 2. c. 3. (*b*) Cap. 2. De Collat. Form.

14 Collatio alia est verbalis, alia realis: illa titulum, hæc possessionem spectat. Prior diversis nominibus in jure novarum Decretalium insignitur modo enim vocatio, alibi donatio, denique provisio appellatur. *c. 6. de Præb. & alibi.*

15 Juxta receptum stylum collatio fieri, aut probari nequit, nisi per litteras patentes in forma consueta expeditas (*a*). His testatur Collator, quod proprio motu, sola perspecta hominis habilitate, & merito processerit; nec mentio fit petitionis, vel intercessionis, quæ disciplinæ adversaretur, cujus externam speciem servare laboramus. Si vero collatio coacta sit, quia vel nominationi Patroni debita est, & hoc exprimendum est: cæterum Collator & hanc personam satis explorasse censetur.

16 In ipsis litteris oportet abhinc exprimi Ecclesiam, in qua beneficium est situm, ipsumque modum, quo illud beneficium est vacuum. His subjiciendæ sunt ad calcem subscriptiones duorum testium fide dignorum, quas insequitur subsignatio Notariorum duorum, aut Secretarii, & diei, qua facta collatio est, annotatio. Dies maximi momenti est in concessionibus, quæ non raro ex jure præventionis pendent. In provisionibus Romanis necesse est, ut dies illa conveniat cum regula Cancellariæ (*b*), quæ est *de verisimili notitia.*

17 Concurrentibus duabus collationibus, ex data (id est, die adscripta) de validitate subinde cognosci debet. Si ab eodem duæ collationes factæ; nec de prioritate constet, neutra valet. Si à duobus factæ sint collationes duobus, is prior est, qui possidet. Si neuter est in possessione, collatio Pontificia præfertur provisioni Ordinarii. *cap. 31. de Præb. in 6.*

18 Collatio sæpe restricta est ad electionem (*c*), quæ personam, cui conferendum est beneficium, Collatori designat. Electionis nomen dupliciter sumitur, utpote vel specialiter, prout à reliquis modis provisionum distinguitur, vel generaliter, prout & eos modos, veluti præsentationes, nominationes quatenus & ipsæ delectum personæ connotant, complectitur.

19 Electio propie dicta est designatio personæ ad certum beneficium plurium suffragiis collegialiter, capitulariterque facta. Est & hujus duplex species: alia enim est electio confirmativa, alia electio collativa. Est utriusque grandis differentia. In electione enim confirmativa oportet servare præscriptam formam. In Gallia regias nominationes admittit, præventionem autem Pontificiam ibi excludit &c.

20 Nihilominus utrique electioni multa supersunt communia?

(*a*) Fleur. Inst. cap. 21. (*b*) Reg. Cancell. 30. (*c*) Cap. 3. de Elect.

nia : imprimis , si electio ad Capitulum spectat , soli ii suffragium habere possunt , & vocandi sunt , qui Capitulum constituunt , seu vere de Capitulo sunt , nisi ex speciali consuetudine, fundatione, aut privilegio , vel præscriptione extranei , utpote non Capitulares , ad electionem vocandi forent. *cap.* 3. *de Caus. Poss. & Prop.*

21 Ad electionem nemo vel Capitularium , vel extraneorum admittendus est , tametsi id ab eis aliis esset concessum , nisi saltem , & ad minus in Ordine Subdiaconatus sit constitutus per *Clem.* 2. *de Ætat. & Qualit.*

22 Qui jure suffragiis gaudent , vocandi sunt per signa solita , sive campanæ , sive vivæ vocis , si præsentes sint ; absentes vero per literas , & Nuntios , si in Provincia sint. *cap.* 35. *de Elect.* Absentium citatio facienda est singulariter , si sciatur , ubi degant , & commode , & sine periculo fieri possit , per literas , aut Nuntium , nisi de consuetudine aliter servetur. Quod si nesciatur , ubi commorentur , citatio facienda est per edictum publicum in Ecclesia , vel ubi soliti sunt commorari &c.

23 Si vocati intra terminum præfixum , modo competens sit , non venerint , non sunt de cætero expectandi , poteritque iis absentibus ad electionem à præsentibus , tametsi pauciores sint , procedi , nisi absque periculo , & incommodo expectari possent absentes , qui aliqua causa necessaria , vel utili in vicinia detinentur. *cap.* 18. & 19. *de Elect.*

24 Concilium Lateranense IV. penitus interdixit , *nequis in electionis negotio Procuratorem constituat , nisi sit absens in loco , de quo debeat evocari justoque impedimento detentus venire non possit , super quo , si opus fuerit , fidem faciat juramento , & tunc , si voluerit , uni committat de ipso Capitulo vicem suam.* Refert. *c.* 42. §. 1. *de Elect.*

25 Juxta Constitutionem Bonifacii VIII. nedum uni , sed & pluribus vices suas absens , legitimo detentus impedimento, committere potest , ita tamen , ut cuique in solidum ea commissio fiat. Si nullus ipsorum in solidum fuerit constitutus , ipsorum aliquis non debet admitti. Mandatum absentis suscipere nullus Capitularium cogitur , nec extraneus Procurator invito Capitulo obtrudi potest. Ait Pontifex : *Cum unus est Procurator* ex Capitularibus *simpliciter constitutus , si is unum suo, alterum domini sui nomine , in scrutinio nominandum duxerit, nihil agit , nisi de certa eligenda persona sibi Dominus speciale dederit mandatum* ; tunc enim in illam ejus , & in aliam suo nomine licite poterit consentire. Hic est tenor. *cap.* 46. *de Elect. in 6.*

Non-

26 Nonnullibi tamen diversa consuetudo viget , ut absentes nec vocandi , nec expectandi sint. Ait Pontifex : *Cum in Ecclesiis Canonicorum Præbendarum , vel beneficiorum collatio* capitulariter *est facienda , absentes Canonici sunt vocandi ; nisi consuetudo habeat , eos ad talia non vocari.* Refert. *cap.* 33. *de Præb. in 6.*

27 Meminit Gregorius IX. veteris consuetudinis in Ecclesiis Galliæ , quod oporteret de toto regno Galliæ absentes vocari ; hæc ubique fere desiit , adeo , ut non vocentur , nisi qui sunt in civitate , vel oppido , ubi Capitulum congregatur. *c.* 55. *de Elect. & ibi Interpr.*

28 Si unus ex Electoribus sive præsentibus , sive absentibus , qui vocari debuit , præteritus est , de contemptu agere potest ad rescindendam electionem , tametsi unanimis fuisset , nisi postea amore pacis tacite , vel expresse consentire , aut acquiescere velit. *cap.* 28. *ibi.*

29 Vota ipsa electionis in communi Congregatione conferenda , & colligenda , ubi præsentes adsint omnes Electores, sunt , quia non valet , nisi sit communiter celebrata. Nam ea, quæ fiunt ab aliqua Universitate , nomine Universitatis debent fieri per congregatos in unum. *c.* 55. *de Elect.*

30 Abhinc collata vota numerantur , ut à pluralitate suffragiorum , si respectu totius Capituli majora sint , concludatur, tametsi alii sint , qui dissentiant , vel contradicant. *c.* 36. *d. tit.*

31 Passim invaluit consuetudo , quod , præterita veteri collatione zeli ad zelum , meriti ad meritum , sola ratio ineatur numeri ad numerum , ut plurimæ lites , & opositiones refecentur. Præscripsit Pontifex quondam hanc formam in electionibus Monialium. *c.* 43. *de Elect. in 6.*

32 Meminit alibi Bonifacius veteris statuti , aut consuetudinis , cujus vigore hodie passim in Cathedralibus Ecclesiis receptum est , ut Præbendæ , aliave inferiora beneficia , quæ ad electionem , collationemque spectant Capituli , per Hebdomadarium, seu Turnarium , ut vocant , conferantur ; seu quod is , in cujus hebdomada beneficium vacare contingit , unum præsentet Capitulo , cui tanquam à toto Capitulo electo , beneficium conferatur. *c.* 41. *de Præb. in 6. & ibi Gloss.*

33 In electionibus confirmativis (*a*), quæ spectant provisionem Ecclesiarum viduatarum , triplex forma præscripta est; utpote per compromissum , per inspirationem quasi divinam, & scrutinium. *c.* 42 *de Elect.*

34 Per compromissum dicitur fieri electio , quando eligendi

(*a*) Cap. 4. de Form. Elect.

potestas unanimi consensu Electorum committitur aliquibus viris idoneis, ut vice omnium provideant Ecclesiæ viduatæ de Pastore. Compromissarii nihil agunt, si terminus mandati expresse vel tacite: v. g. eligendo indignum, excesserint. *cap.* 37. *de Elect. in* 6.

35 Quot debeant esse Compromissarii, quasve qualitates habere, in jure expressum haud est. Etenim & in unum compromitti potest. *cap.* 8. *de Elect.* Potest & compromitti in plures tum Capitulares, tum extraneos. *cap.* 21. *ibi.*

36 Altera forma est per quasi inspirationem. In antiquitate celebrantur plures electiones, veluti S. Ambrosii, S. Nicolai, S. Severini per veram inspirationem Spiritus S. factæ, quia communi suffragio, & ab omnibus concorditer, quasi divini Spiritus motu, nullo discrepante, absque ullo prævio tractatu electi sunt. Dicitur electio quasi per inspirationem Spiritus sancti celebrari, si prævio tractatu præmisso, aliisque solemnitatibus servatis Electores unanimiter in unum consentiant. *cap.* 42. *de Elect.*

37 Tertia forma electionis per scrutinium his verbis exprimitur: *Præsentibus omnibus, qui debent, & volunt, & possunt commode interesse, assumantur tres de Collegio fide digni, qui secrete, & sigillatim vota cunctorum diligenter exquirant, & in scriptis redacta mox publicent in communi — ut is collatione habita eligatur, in quem omnes, vel major, & sanior pars Capituli consenserit.* Refert. *ibi.*

38 Quantum ad Scrutatores oportet, eos esse tres, & ex ipso Collegio, utpote ex iis, qui jus eligendi vel jure, vel privilegio, & consuetudine habent, quia & hi, in ordine ad actum electionis, de Capitulo censentur. In electionibus Regularibus & frequens est, quod illi Scrutatores ab Ordinario nominentur.

39 Scrutatorum est, vota electorum secrete, id est, seorsim ab aliis, exquirere, ut sic quisque liberius votum suum exprimere valeat, & vel per schedulam, vel per vivam vocem, ut aliquis Scrutatorum nomen electi scripto excipiat.

40 Enimvero & sigillatim quisque Electorum ad deponendum votum advocandus est, ut vitetur omnis confusio. Ergo bini, & terni simul admitti non possent, nec vel ultimus, vel unus præteriri, aut contemni.

41 Singulorum vota oportet esse certa, & absoluta. Rejiciuntur enim vota conditionalia, alternativa, & incerta, ut pro non adjectis habeantur. Si inter schedulas quædam appareat alba, tunc & ea abjecta, ac si non esset, cæteræ numerantur, *c.* 2. *de Elect. in* 6.

Vo-

42 Votis in scripturam à Notario, vel Tabellione redactis, ea publicantur in communi, non exprimendo, in quorum favorem data sunt, vel quot ex Electoribus in eam personam consenserint, sed tantum explicando numerum eorum, qui vota tulerunt. Nam abhinc nulli variare licet. *cap.* 58. *de Elect.*

43 Ait Pontifex: *Ut is collatione habita eligatur, in quem omnes, vel major, & sanior pars*, relative ad totum Capitulum, *consenserit.* Desit illa collatio zeli ad zelum, meritique ad meritum, ut hodie sola illa numeri ad numerum comparatio supersit, quia vota oportet esse secreta.

44 Hac collatione absoluta Præses ab Electoribus petit: *Placetne vobis electionem publicari?* Respondentibus illis: *Placet.* Nomine omnium dicit: talem *eligo, electumque pronuntio, & in communi coram vobis promulgo.* His formulis in Germania fere solus locus est, quia ex Concordato Germaniæ Capitulis electionis jus tum in Cathedralibus, tum in Regularibus Ecclesiis reservatur, quo aliæ nationes exciderunt.

45 Juxta Decretum Concilii Lateranensis IV. (*a*) *Ultra tres menses Cathedralis; vel regularis Ecclesia non vacet Prælato, intra quos* (*justo impedimento cessante*) *si electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerunt, eligendi potestate ea vice careant, ac ipsa eligendi potestas ad eum, qui proximo præesse dignoscitur, devolvatur.* Refert. *cap.* 41. *de Elect.*

46 In inferioribus beneficiis Concilium Lateranense III. semestre præscripsit. *Cum Præbendas ecclesiasticas, seu quælibet officia in aliqua Ecclesia vocare contigerit, — intra sex menses personis, quæ digne administrare valeant, conferantur: si autem Episcopus, ubi ad eum* (collatio independenter à Capitulo) spectat, *conferre distulerit, per Capitulum ordinetur: Quodsi ad Capitulum* privative *pertinuerit, & infra præscriptum terminum hoc non fecerit, Episcopus secundum Deum cum religiosorum virorum consilio hoc exequatur* (tametsi solus Turnarius in culpa fuerit) *vel si omnes forte* (quia communis est collatio Episcopi, Capitulique) *neglexerint, Metropolitanus de ipsis secundum Deum absque aliorum contradictione disponat.* Refert. *cap.* 2. *de Concess. Præb.*

47 Semestre autem hoc, intra quod provisio beneficiorum ex Decreto Concilii Lateranensis fieri debet, non simpliciter à die vacationis ipsorum beneficiorum, sed à die notitiæ computandum est. *cap.* 5. *ibi.*

48 Sicut justa ignorantia, ita & aliud quodvis impedimentum juris, factive jus devolutionis tollit. Sic Innocentius III. res-

(*a*) Cap. 5. de Jur. Devol.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

rescripsit, suspensionem Episcopi in sex illis mensibus nullatenus cumputari: *Cum illa Lateranensis Concilii Constitutio contra negligentes tantum fuerit promulgata.* Refert. *ibi.*

49 Sex mensibus à notitia vacationis elapsis, ni justum impedimentum probetur, Collatores & Electores ea vice jure providendi beneficio exciderunt; adeo quidem, ut inspecta juris dispositione, ipsa collatio, aut electio post lapsum sex mensium sit nulla. Non enim omnibus placet, Glossæ, aliorumque nonnullorum Interpretum sententia, qui asserunt, moram purgari in electionibus, nisi ultro Superior connivere velit. *cap. 5. de Suppl. Negl.*

50 Post lapsum sex mensium collatio ab inferiore devolvitur ad immediatum ejus Superiorem, utpote illum, in cujus diœcesi situm est beneficium, quod conferendum per jus devolutionis hic, & nunc est, quia neglectum fuerat. *c. 3. ibi.*

51 Si autem & ipse Episcopus negligens fuerit tanto tempore, devolvitur provisio ad Archiepiscopum, & ab hoc ad Primatem, si alicubi est, & hinc ad ipsum Pontificem. *cap. 5. dict. tit.*

52 Quoad Exemptos devolutio immediate fit ad Pontificem, utpote exemptorum immediatum Superiorem. Juxta Decretum Concilii Viennensis, si Prælati regulares Prioratus, Ecclesias, administrationes, aut quævis alia beneficia, ad eorum collationem spectantia, intra tempus, à Concilio Lateranensi præscriptum, conferre negligant — Diœcesani locorum in non exemptis sua, in exemptis vero Apostolica auctoritate negligentiam super hoc suppleant eorundem. *Clem. un. de Supplem. Negl. Præl.*

53 Præcipit tamen Concilium Diœcesanis locorum, ut, supplendo negligentiam Prælatorum, conferant beneficia, servata eorum conditione, & qualitate: illa videlicet, quæ consueverunt per sæculares Clericos gubernari, sæcularibus Clericis: alia vero, quæ duntaxat Religiosis committi sunt solita, vel conferri, Religiosis Monasteriorum, quorum Prælati negligentes fuerint, conferendo, quia juxta receptam regulam *devolutio fit cum qualitatibus, & Personis, quæ in prima erant collatione.* Nam ipse Superior, quantum supplendo negligentiam intrat in jus inferioris Collatoris, & eodem jure, iisdemque legibus uti debet. *ibi.*

54 Huic regulæ & justus locus est in devolutione ex electione indigni. Bonifacius VIII. provisiones Cathedralium S. Sedi reservavit, si Electores in hujusmodi Ecclesiis vel ipso jure cum eligunt scienter indignum, vel per sententiam, cum formam traditam in Concilio generali non observant, eligendi potestate privantur. *cap. 18. de Election. in 6.*

54 Querebatur ann. 1517. Universitas Parisiensis (*a*): *Quod sæpe Dignitates, ac beneficia nobilia, & opulentiora personis conferrentur incognitis, & indignis; quæ minime residebant.*

*56 Prævalente remissione disciplinæ, quid in morum doctrina consultius, quam SS. Patrum sententias contra electiones indignorum relegere? En sententiam B. Cælestini (*b*): *Qui non per singula stipendia*, merito virtutum creverit, ad emeritum stipendii ordinem non potest pervenire. Solum Sacerdotium inter ista, rogo, vilius est, quod facilius tribuitur, cum difficilius impleatur. Inquit S. Leo (*c*): *Si ad honores mundi sine suffragio temporis, sine merito laboris indignum est pervenire, & notari ambitus solent, quos exploratæ probitatis documenta non adjuvant; quam diligens, & quam prudens habenda est dispensatio divinorum munerum, & cælestium dignitatum? Ne in aliquo Apostolica, & Canonica Decreta violentur; & his Ecclesia Domini regenda credatur, qui legitimarum institutionum nescii, & totius humilitatis ignari, non ab infirmis sumere incrementum, sed à summis volunt habere principium.* Juxta S. Gregorium Naz. (*d*). *Quis est, qui veritatis propugnatorem unius dieculæ, veluti è luto statuam fingit? Illum inquam, qui cum Angelis stabit, cum Archangelis glorificabit, cum Christo sacerdotio fungetur, ut, quod majus est, dicam, qui Deus erit, aliosque deos efficiet.* Quid verbis S. Chrisostomi gravius (*e*)? *Per quam enim*, inquit, *ineptum, & absurdum est, si, cum emptitium servum introducimus domum, non prius illi aliquid domesticæ supellectilis tradimus, quam longo experimento sententiæ suæ, atque voluntatis plurima indicia dederit, in Ecclesia Dei non utatur eadem diligentia. Cæterum novitium adhuc in primo constituimus ordine, antequam fidei suæ, atque vitæ dederit documenta.*

TI-

(*a*) Univ. Paris. in Appel. (*b*) S. Cælest. I. ep. ad Episc. Gall. c. 3.
(*c*) S. Leo ep. 87. ad Episc. Afr. c. 3. (*d*) S. Greg. Naz. Orat. 1.
(*e*) S. Chrys. hom. 10. in Epist. 1. ad Timoth. c. 3.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

TIT. V.

De concursu ad Parochiales Ecclesias.

CAP. I.

Explicatio Tridentini Decreti.

1 Concilium Tridentinum (*a*), ut, missis incognitis, & indignis, justo delectui habiliorum, & probatiorum Ministrorum consuleres, alicubi statuit, *ut, cum Parochialis Ecclesiæ vacatio — quomodocumque contigerit, etiam Ecclesia Parochialis reservata, vel affecta fuerit generaliter, vel specialiter — debeat Episcopus statim habita notitia vacantis Ecclesiæ, si opus fuerit, idoneum Vicarium — constituere — Porro Episcopus, & qui jus Patronatus habet, intra decem dies, vel aliud tempus ab Episcopo præscribendum, idoneos aliquot Clericos ad regendam Ecclesiam, coram deputandis Examinatoribus nominet. Liberum sit autem & aliis, qui aliquos ad id aptos noverint, eorum nomina deferre, ut possit postea de cujuslibet etate, moribus, & sufficientia fieri diligens inquisitio. Et si Episcopo, aut Synodo Provinciali pro regionis more videbitur magis expedire, per edictum etiam publicum vocentur, qui volent examinari.*

2 Hinc patet, Concilium nonnisi in subsidium, *si Episcopo, aut Synodo Provinciali pro regionis more magis expedire videbitur*: concessisse, ut per edictum etiam publicum vocentur, qui volent examinari; ut pote quibus tum per externæ, tum internæ vocationis signa aliunde constat, se à Deo ad curam animarum vocatos.

3 Abhinc edictum ita affigendum est, ut finis illius obtineatur; id est, ut per illud vocentur omnes, qui examini se sistere volent. Unde arbitrio Episcoporum relictum est, locum, & tempus, quo comparendum sit ad examen, præfigere. Sic sæpe usus habet, quod Edictum Episcopi ad scholas publicas mittatur, ut hoc pacto ad notitiam Clericorum ibidem studentium pervenire queat, quoniam sæpe & multo securius à pio, docto, & zeloso Præside vocationem suam discere possunt, quam ab Episcopo ipso, cui plerumque eorum vita, & conversatio minus perspecta est.

4 S. Carolus in Concilio Mediolanensi I. statuit, *ut cum primum Episcopus Parochialem Ecclesiam vacare cognoverit, intra triduum ad Cathedralis, & vacantis Ecclesiæ januam publicum edictum per totos decem dies, vel aliud longius tempus, ejusdem Episcopi arbitrio, propositum esse jubeat.* Enimvero & ita Synodus Tridentina expressit, tametsi Pius V (*a*). singulari Constitutione vetuerit prorogationem ultra alios decem dies. Bulla enim Pii V. ubique recepta, saltem quoad hoc punctum, haud est, quia Concilii Decretum, prout sonat, præferre alibi placet.

(*a*) Trid. sess. 24. c. 18.

5 Concilii Decretum, prout sonat, amplissimum, in ordine ad Parochiales Ecclesias est (*b*). Ejus tenorem: *Cum Parochialis Ecclesiæ vocatio, etiamsi cura Ecclesiæ alteri, vel Episcopo incumbere dicatur, & per unum, vel plures administretur, etiam in Ecclesiis patrimonialibus, seu receptivis nuncupatis, in quibus consuevit Episcopus uni, vel pluribus curam animarum dare, quos omnes ad infra scriptum examen teneri mandat per obitum, vel resignationem, etiam in Curia, seu aliter, quomodocumque contigerit, etiamsi ipsa Parochialis Ecclesia reservata, vel affecta fuerit generaliter, vel specialiter, etiam vigore indulti in favorem S. R. E. Cardinalium, seu Abbatum, vel Capitulorum &c.*

6 Invaluit tamen alicubi sequiore interpretatione, quod à concursu eximantur Parochiæ, quarum cura spectat ad Ecclesiam collegiatam, ita, ut id officium exerceatur per Canonicos, aut Hebdomadarios, vel alias Clericos ad nutum amovibiles. Hoc exemplo & receptum est, concursum non habere locum, si cura sit penes Capitulum, aut Monasterium, aut aliquam Dignitatem, tametsi officium stet penes Vicarium ad nutum amovibilem. Recentior Constitutio Pii (*c*) à concursu absolvit & Vicarias perpetuas, quæ tamen alibi concursui subjiciuntur, quia Vicariæ perpetuæ instar beneficiorum censentur.

7 Si Ecclesia Parochialis annexa sit Dignitati accessorie, ita, ut ipse Dignitatem obtinens per se exerceat curam animarum, à concursu eximitur, quia tunc potius conferri Dignitas, quam Ecclesia Parochialis videtur: si autem Parochiæ ipsi sit Canonicatus, aut aliud beneficium via suppressionis, vel accessionis unitum, dubitari nequit, vacante Ecclesia Parochiali locum esse concursui, quia tunc Parochia superest in suo integro, ac naturali statu.

8 Quantum ad Ecclesias Patrimoniales concursui ita locus

(*a*) Pius V. Bull. 33. in Bull. Rom. (*b*) Cap. 2. de Paroch. á concursu exempt.
(*c*) Pius V. Bull. 46. in Bull. Rom.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cus est, ut tamen qualitati beneficiorum non derogetur. Hinc, si plures quidem se examini sistant, præferendus cæteris paribus ille est, qui præscriptam qualitatem v. g. cognationis habeat. Id ipsum & locum habet in Parochiis, quæ graduatis, ac nominatis Accademicis debentur.

9 Usu invaluit, quod & Parochiæ, quæ per resignationem in favorem, vel per permutationem conferuntur, à concursu excusentur, quia proprie vacare non censentur.

10 Quid de Ecclesiis juris Patronatus? Concursui locus est, si jus Patronatus sit ecclesiasticum: si vero id jus sit laicum, à concursu excusatur. Si alternativum sit, pro turno ecclesiastico concursui subjicitur, pro turno laicali à concursu eximitur. Quid, si mixtum sit, & simultaneum? Juxta declarationes Cardinalium concursu opus est, etsi pro duabus partibus pertineat ad laicum. Alibi tamen pro jure Patronatus mixti concursus exulat, quia Tridentinum Decretum nonnisi cum illa clausula admissum est: *Salvo jure Patronatus Regii, ejusque Vasallorum.*

11 Præcipit Concilium Tridentinum (*a*), *ut transacto constituto tempore* concursus, *omnes, qui descripti fuerunt, examinentur ab Episcopo, sive eo impedito, ab ejus Vicario Generali, atque ab aliis Examinatoribus, non paucioribus, quam tribus.*

12 Episcopi est, examini per seipsum adesse & præsidere, quia de causa summi momenti, ut pote cura animarum agitur. Absit, ut Episcopus ab ea præsentia, & assistentia obtentu cujusvis alterius negotii excusari posset. Quid enim illa querela S. Bernardi funestius (*b*)? *Optimi*, inquit, *videlicet æstimatores rerum, qui magnam de minimis, parvam, vel nullam de maximis curam gerunt. Sed, ut liquido datur intelligi, patientius ferimus Christi jacturam, quam nostram.*

13 Si legitime tamen per graviores causas impeditus est Episcopus, examen coram ejus Vicario Generali peragendum est, assistentibus aliis Examinatoribus, non paucioribus, quam tribus. Inquit S. Synodus: *Examinatores autem singulis annis in Diœcesana Synodo ab Episcopo, vel ejus Vicario ad minus sex proponantur, qui Synodo satisfaciant, & ab ea probentur. Adveniente que vacatione cujuslibet Ecclesiæ, tres ex illis eligat Episcopus, qui cum eo examen perficiant, indeque succedente alia vacatione, aut eosdem, aut alios tres, quos*

(*a*) Cap. 3. De Examin. & Examinat. Trid. supr. (*b*) S. Bern. lib. 4. de consid. c. 6.

quos maluerit, ex prædictis illis sex eligat. Enimvero quotannis Synodum diœcesanam haberi, S. Synodus præcepit.

14 Nostris moribus, quibus annuæ Synodi exoleverunt, superest, quod Episcopus illos Examinatores assignare, & nominare soleat. Juxta Tridentinum Decretum (*a*), *sint vero illi Examinatores Magistri, seu Doctores, aut Licentiati in Theologia: aut jure Canonico, vel alii Clerici seu Regulares, etiam ex Ordine Mendicantium, aut etiam sæculares, qui videbuntur magis idonei ad id.* Delectus ergo habiliorum Examinatorum præscriptus est.

15 Delectis Examinatoribus præcipitur, *ut omnes ad SS. Dei Evangelia jurent, se, quacunque humana affectione postposita, fideliter munus executuros.* Solet id juramentum hodie ab Examinatoribus semel, ut pote in ingressu officii, præstari. Utinam vero hujus juramenti semper data occasione meminerint illi.

16 Monet S. Synodus Examinatores (*b*): *Caveant, ne quidquam prorsus occasione hujus examinis, nec ante, nec post accipiant; alioquin simoniæ vitium tam ipsi, quam alii dantes incurrant; à qua absolvi nequeant, nisi dimissis beneficiis, quæ, quomodocunque etiam antea obtinebant, & ad alia imposterum inhabiles reddantur.* Nec excusantur, si vel minimum stipendium Examinatoribus pro concursu constituisset in ipsa Synodo etiam Ordinarius.

17 Examen dirigi debet in ætatem, in mores, reliquamque sufficientiam, ut possit postea de cujuslibet ætate, moribus, & sufficientia fieri diligens inquisitio. Inquit S. Synodus: *Peracto deinde examine renuntientur, quotquot ab his idonei judicati fuerint ætate, moribus, doctrina, prudentia, & aliis rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis.* Quantum aberrant ab hoc Decreto illi, qui omne examen pro concursu ad quæstiones quasdam, aut disputationes scholæ reducunt.

18 Statuit S. Carolus in Concilio Mediolanensi (*c*), *ut, cum initur examen illius, cui in curam certa Ecclesia Parochialis tradenda est, videant ante Examinatores, qui, qualis, & quam numerosus populus sit, cujus Parochialem curationem is suscipiet. Qua re sane diligenter explorata, in examine, quod inibunt, sibi proponant accurate perspicere, an ad eam curam gerendam suscipiendamve idoneus omnino ille sit.*

(*a*) Trid. sess. 24. c. 2. (*b*) Trid. sess. 24. c. 18. (*c*) S. Carol. in Conc. Mediol. p. 3. Tit. de Exam. tit.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Ergo non vacat corruptela, quod concursus ad vacantiam plurium Ecclesiarum reservetur.

19 En articulos, ad quos S. Carolus examen revocat. Sunt horum alii generales; qui Candidatorum totum vitæ statum, & genus spectant. Hinc inter alia quæri vult: an in orationis sanctæ studio, usuque versatus? Quibus meditationibus instructus? Qui orandi modus, quique illius fructus, & profectus? Quæ regulæ præparationis ad orationem &c.

20 Speciali examine quæri oportet. An sermones contexere, habereve sciant? An quos habuerint? Unde hos sumpserint? quam illis contexendis, conscribendisque rationem adhibuerint? Et vero, siquos apud se conscriptos tunc habeant, eos ostendant, ac tradant. An in eo genere aliquid ex tempore possint, & tunc brevi sermone periculum fiat, quantum concionando valeant? An alias unquam curam animarum gesserint, & ubi, & cur inde dicesserint? An intelligant, quanti illud sit, curam animarum gerere; quæ partes, & virtutes illæ sint, quibus bonum, ac vigilantem animarum Curatorem præditum esse oportet?

21 Ait Concilium Tridentinum (*a*): *Peracto examine renuntientur, quotcunque ab his* (Examinatoribus) *idonei judicati fuerint, ætate, moribus, doctrina, prudentia, & aliis rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis.* Si inter Examinatores non conveniat de idoneitate, inidoneitateque aliquorum, à pluralitate suffragiorum concluditur; aut, si vota sint paria, vel singularia, accedere poterit Episcopus, aut Vicarius Generalis, qui examini præest. Oportet enim accesionem fieri in ipsomet examine, & coram iisdem Examinatoribus simul congregatis. Sic S. Congregatio decidit, *examen esse faciendum coram Episcopo, vel ejus Vicario absque eorum voto decisivo; & tantum eos posse accedere, si vota sint paria, vel singularia.*

22 Præcipitur Examinatoribus referre non tantum de doctrina, sed & de cæteris dotibus, quod examinati sint absolute idonei ad regendam vacantem Ecclesiam. Inde resolvit S. Congregatio, *Decreto Trid. non esse satisfactum per relationes Examinatorum, quorum aliqui renuntiaverunt, examinatum idoneum esse quoad literaturam; quoad reliqua dicentes, onus esse Episcopi.*

23 Superest abhinc, quod *ex his* (ab Examinatoribus tanquam idoneis renuntiatis) *Episcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum judicaverit*, ut prælectioni dignioris locus sit. Quippe à peccato mortali excusari non posset Episcopus, nisi quem digniorem, & Ecclesiæ magis utilem, non quidem precibus, vel humano affectu, vel ambientium suggestionibus, sed eorum exigentibus meritis ipse judicaverit, præfici diligenter curaverit.

(*a*) Cap. 4. De Renunt. & Elect. Dign.

24 In Curia locus est appellationi, nisi Episcopus digniorem præfecerit. Declarat Pius V (*a*). *Volumus, & decernimus, quod si Episcopus minus habilem, posthabitis magis idoneis elegerit; possunt ii, qui rejecti fuerint, à mala electione hujusmodi ad Metropolitanum, vel si ipse Metropolitanus, aut exemptus fuerit eligens, ad viciniorem Ordinarium, uti nostrum, & Sedis hujusmodi delegatum, aut alias ad ipsam Sedem Apostolicam appellare*, ad effectum devolutivum, *ac prælectum ad novum examen coram ipso appellationis judice; & ejus Examinatoribus provocare &c.*

25 Refert tamen Fagnanus, novum examen non decerni nisi dato aliquo sumo irrationabilitatis, & malæ prælectionis. Hinc S. Congregatio censuit, *concursum novum in urbe instituendum, ubi Orator de veritate narratorum dederit fumum; id est, postquam per attestationes extrajudiciales, vel alia uniformia documenta, de hujusmodi suspicione, & gravamine aliqualem fecerit fidem, ut sit probabilis, & sufficiens causa eum excusandi à calumnia.* Alibi tamen omnis appellatio ea ocasione exulat, ut lites minuantur. Concilium enim Tridentinum simpliciter reliquit Episcopi judicio, ut eum eligat, quem cæteris magis idoneum ipse judicaverit. Restringitur tamen hæc Episcopi libertas ad eos, qui examine peracto idonei ab Examinatoribus ætate, moribus &c. renuntiati fuerint.

26 Ulterius statuit Concilium (*b*), *ut illi*, quem Episcopus cæteris, quos Examinatores idoneos ad regendam vacantem Ecclesiam renuntiaverint, digniorem judicaverit, *& non alteri collatio Ecclesiæ ab eo fiat, ad quem spectabit eam conferre.* Inde in beneficiis reservatis Pontifex ex stylo Curiæ provisionem sibi vindicat. Alibi tamen ipsa reservatio Romana sublata censetur, ut & collatio ad ipsum Episcopum pertineat.

27 Quantum ad reliquos Patronos ecclesiasticos observatur, ut, si institutio ad Episcopum, & non ad alium pertineat, is, quem Patronus digniorem inter probatos ab Examinatoribus judicabit, Episcopo præsentetur, ut ab eo instituti-

(*a*) S. Pius V. Bull. 33. §. 7. in Bull. Rom. (*b*) Trid. sess. 24. c. 18.

tituatur: dum vero institutio ab alio, quam ab Episcopo facienda erit, tum Episcopus solus ex dignis eligat digniorem, quem Patronus ei præsentet, ad quem institutio pertinet. Quippe institutio hoc loco accipitur pro collatione tituli.

28 Jure Decretalium soli Episcopo vindicatur institutio authorizabilis, quatenus curam animarum tribuit. Sic enim Rubrica refert: *Archidiaconus sine mandato Episcopi non committit curam animarum; id est, non habet institutionem authorizabilem.* Refertur hæc inscriptio *c.* 4. *de Offic. Archid.*

29 Quia tamen Concilium Tridentinum diserte supponit, institutionem ab alio, quam Episcopo aliquando esse faciendam; placet institutionem authorizabilem, quatenus titulum confert, distinguere à commissione curæ animarum, ut pro ista ad Episcopum remittendus sit, cui Archidiaconus, vel alius Patronus ecclesiasticus institutionem authorizabilem, id est, tituli, jure proprio contulit.

30 In tanta mora examinis, & provisionis consultum videbatur (*a*), ut *debeat Episcopus statim habita notitia vacationis Ecclesiæ, si opus fuerit, idoneum in ea Vicarium, cum congrua, ejus arbitrio, fructuum portionis assignatione constituere, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de Rectore provideatur.*

31 Hæc provisio, ut pote Vicarii, pertinet ad simplex arbitrium Episcopi, independenter à concursu, aut examine, aut jure Collatoris, siquis ab Episcopo alius est. Sede vacante succedit & in hoc jus Episcopi Capitulum, ut tamen non alteri, quam jam aliunde approbato Sacerdoti curam animarum committere possit per speciem quandam prorogationis. Si Capitulum alium delegat, nonnisi ad custodiam datus censetur, quia cura animarum reservatur Episcopo.

32 Competit hæc Vicarii deputatio Episcopo non tantum in Ecclesiis, quæ concursui sunt subjectæ, sed & aliis, quæ à concursu eximuntur: ne alias defectu Sacerdotis, & deservitoris, sive Vicarii populus Sacramentorum usu, aliisque salutis mediis destituatur.

33 Inde & Episcopi est, congruam ex fructibus beneficii portionem Vicario illi assignare, tametsi aliis jus sit, proventus vacantis beneficii percipiendi. Quippe illud jus non intelligitur, nisi deductis oneribus, inter quæ congrua portio, Vicario, vel Diservitori præstanda, juste computatur, quia, qui altari servit, & de altari alendus est.

Jux-

(*a*) Cap. 5. de Vicar. vacant. Eccl. Paroch.

34 Juxta Tridentinum Decretum Vicarius ita constitutus onera ipsius Ecclesiæ vacantis interim sustineat. Formula consueta hæc onera ita explicat: *Te Vicarium ipsius Ecclesiæ S. N. constituimus, & deputamus, cum authoritate Missas, & alia divina officia celebrandi, Sacramenta administrandi, & alias functiones ecclesiasticas obeundi, ad quæ tenetur, & quæ quelibet animarum Rector, & Administrator præstare, & obire solet.*

35 Hoc tenore transeunt in Vicarium, quem & Deservitorem dicunt, quæque onera Pastoralia, ut præst omnia, quæ ipse Parochus pro administranda cura animarum præstare deberet. Enimvero si illi beneficio alia jura aliis titulis cohæreant; ut pote, quod Parochus, vel Plebanus in Ecclesia Collegiata, vel Cathedrali habeat locum inter Canonicos, hæc in Vicarium non cadunt, quia inter functiones Pastorales recenseri haud solent.

*36 In morum doctrina ad calcem hujus tituli quid tam facit, quam inter currentes, & renuentes laudare obedientes? Ait B. Augustinus (*a*): *Siquam operam vestram mater Ecclesia desideraverit, nec elatione avida suscipiatis, nec blandienti desidia respuatis: sed miti corde obtemperetis Deo; nec vestrum otium necessitatibus Ecclesiæ præponatis: cui parturienti si nulli boni ministrare vellent, quomodo nascerentur, non inveniretis.* Juxta S. Gregorium (*b*): *Inter hæc quid sequendum, quid tenendum est, nisi, ut virtutibus pollens, coactus ad regimen veniat, virtutibus vacuus nec coactus accedat.* Refert S. Cyprianus de S. Cornelio (*c*): *Episcopatum nec postuluvit, nec voluit, sed pro pudore virginalis conscientiæ suæ, & pro humilitate ingenitæ sibi, & custoditæ verecundiæ, non, ut quidam, vim fecit, ut Episcopus fieret, sed ipse vim passus est, ut Episcopatum coactus reciperet.* En S. Gaudentii verba (*d*): *Imparem*, inquit, *me vestro desiderio per omnia sentient, onus istud totis viribus conatus sum declinare: sed B. Pater Ambrosius, cæterique Venerandi Antistites, tales ad me epistolas cum vestra legatione miserunt, ut sine damno animæ meæ ultra jam resistere non valerem.* Teste Paulino B. Ambrosius (*e*) *productus itaque, & adductus Mediolanum, cum intelligeret citra se Dei voluntatem, nec se diutius posse resistere &c.*

TI-

(*a*) S. Aug. ep. 81. (*b*) S. Greg. lib. 1. Past. c. 9. (*c*) S. Cypr. ep. 52. (*d*) S. Gaudent. Brix. ser. 16. (*e*) Paulin. in vit. S. Ambros. c. 3.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

TIT. VI.

De Reservationibus Apostolicis.

CAP. I.

Origo, & Progressus Mandatorum, & Reservationum.

1 Inter hæc sæcula invaluerunt provisiones Papales. Principio Papa Clericos Roma venientes, vel meritis graves solum commendavit Prælatis. Quum vero his religione quadam insita semel, atque iterum Episcopi gratificarentur, commendationes frequentari cœperant, & nonnunquam susque, deque habebantur. Hac occasione precibus addebantur mandata; Monitoriis enim (ita primas literas vocant) jungebantur præceptoriæ, quas excipiebant executoriales, in eum effectum, ut delegatus Judex Ordinarium censuris adigeret ad conferendum homini Roma misso beneficium à Papa concessum, aut ipse deputatus Executor, Ordinario tergiversante, id conferret.

2 Harum literarum monitoriarum, præceptoriarum, & executoriarum frequens mentio in Decretalibus novi juris occurrit. Quippe sæpe uno tenore jungebantur exemplo Juris civilis, quo aliquando Prætor pro conditione causæ, temporis, aut Personæ per compendium edicta ita moderabatur, ut statim *Peremptorum*, quod appellant unum pro omnibus daret. Vide *cap.* 30, 37, 38, 40, *& passim de Rescript.*

3 Auspicio his mandatis profitebantur Pontifices, se viris literatis, & aliunde non habentibus, unde viverent, providere velle. Rescripsit Lucius III.: quod si ille, pro quo scriptum est, beneficium ecclesiasticum, unde honeste valeat sustentari, habeat cujus in mandato mentio non fit. Ordinarius illi de beneficio providere non teneatur. *cap. 6. de Præb.*

4 Hinc hæc mandata dari *in forma pauperum*, vel in forma, prout incipit Decretalis Innocentii III. *Cum secundum Apostolum*, vel in *forma communi* dicebantur, quia defectui sustentationis consultum ibant, qui enim altari servit, de altari & vivere debet. Vide *cap.* 27. *de Rescript. cap.* 13. *de Ætat. & Qualit. Ordin.*

5 Spectabant hæc rescripta expectativas, quibus Papa spem dabat obtinendi beneficium, quandocunque in certa Ecclesia vacaverit. Dicebantur & mandata de providendo, quibus Papa quondam clausulam: *Nisi de mandato nostro eadem Ecclesia fo-*

foret in alterius receptione gravata, inferebat. Quia tunc temporis Pontifices plus, quam uno mandato, vita sua durante, eandem Ecclesiam gravare haud solebant. *c.* 2, 30, *&* 38. *de Rescript. integr. Lect.*

6 Recentius successere reservationes, per quas declarabant Pontifices, se quibusdam beneficiis providere velle, ut simul Capitulo electionem, vel Collatori collationem prohiberent. Hoc modo cœpit Clemens IV. reservare beneficia in curia vacantia; atque hæc reservatio dicitur in corpore juris clausa. Refertur enim *cap.* 2. *de Præbend. in* 6.

7 In Extravagantibus frequentior locus est Papalium reservationum, Bonifacius VIII. eandem reservationem instauravit *cap.* 1. Instauravit & Clemens V. *cap.* 3. Instauravit, ampliavitque eam Joannes XXII *cap.* 4. Atque inde Pontifex à speciali reservatione transiit ad generalem, quam ampliavit Benedictus VII. *cap.* 13. *de Præb. in Extrav. Com.*

8 Concilium Basileense (*a*) tandem omnes reservationes expunxit. *Ipsas omnes*, inquit, *tam generales, quam speciales* (*reservationes*) *de quibuscunque Ecclesiis, seu beneficiis, quibus tam per electionem, quam collationem, aut aliam dispositionem provideri solet, sive per Extravagantes, ad* regimen, *&* execravilis, *sive per Regulas Cancellariæ, aut alias Apostolicas constitutiones introductas, hæc Synodus abolet, statuens, ut de cætero nequaquam fiant, reservationibus in corpore Juris clausis, & his, quas in terris Romanæ Ecclesiæ ratione directi, aut utilis dominii mediate, vel immediate subjectis fieri contigerit, duntaxat exceptis.*

9 Adoptarunt tam Galli, quam Germani Decretum istud, illi quidem in Conventu Bituricensi: isti vero in Conventu Moguntino: ast non adeo diu ambo eidem inhæserunt. Successere utrimque concordata, quæ certis modificationibus illas, aliasque reservationes restituerunt.

10 Decretales (*b*), quæ Papam absolutam plenitudinem potestatis supra Canones attribuunt, etiam harum reservationum jus firmarunt. Hinc enim in scholis audiebatur veluti axioma, quod Papa per universum orbem omnium beneficiorum, utpote feudorum, Dominus esset. Sic Clemens V., reservaturus suæ dispositioni Ecclesiam Senonensem, præfatur, *quod imminente sive Ecclesiarum omnium sollicitudine generali circa illas salutaris providentiæ studium per* reservationes *adhibere ipsum conveniat.*

11 Per ejusmodi reservationes studebant Pontifices Principi-

(*a*) Conc. Basil, sess. 25. cap. 6. (*b*) Cap. 2. de Tit. Pap. Prætens.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

pibus nonnunquam gratificari, dum illorum familiares ad reservatas Ecclesias promoverent. Clemens V. Philippo Pulchro rescripsit, quod censuisset *hac vice* Ecclesiam Senonensem *dispositioni Sedis Apostolicæ reservandam*, ut per Pontificem illi Metropoli provideretur de persona, *quæ suis* (Regiis) *desideriis grata foret*, & de qua *fiduciam gereret pleniorem.*

12 Passim tamen & post Concordata increvit querelarum numerus, eo quod sæpe personæ minus dignæ in beneficia etiam majora intruderentur. Hac occasione Principes nonnunquam edictis publicis vetarunt: *ne* exequendis ullis literis expectativis, aut reservativis, processibus, sententiis executorialibus, aut ullis Bullis, aut provisionibus Apostolicis super beneficiis in his Provinciis sitis, locus esset, priusquam dictæ Bullæ, & provisiones Apostolicæ visæ essent in supremo Senatu Regio, atque literæ patentes consensu Regis pro earum executione expeditæ fuissent.

13 Tridentinis Patribus visum est, Expectativas, & reservationes esse expungendas (*a*). Narrat Pallavicinius, Bartholomæum de Martyribus, Antistitem Bracarensem præ cæteris adversus eas acrius perorasse. *Id*, inquit, *quod in dicenda sententia maxime notabile auditum est, acris responsio fuit, qua invectus est in mandata providendi in forma pauperum, sicut dicebantur. In proventibus ecclesiasticis distribuendis spectandam esse doctrinam & virtutem, non paupertatem, cum oporteat consulere muneribus, non hominibus; egentibus subveniendum esse per eleemosynas, non per sacerdotia.*

14 His, aliisque instantiis excitata S. Synodus decernit (*b*): *Mandata de providendo, & gratias, quæ expectativæ dicitur, nemini amplius, etiam Collegiis, Universitatibus, Senatibus, & aliis singularibus personis, etiam sub nomine Indulti, aut ad certam summam, vel alio quovis colore concedi, nec hactenus concessis cuiquam uti licere. Sed nec Reservationes mentales, nec aliæ quæcunque gratiæ ad vacatura, nec indulta ad alienas Ecclesias, vel Monasteria alicui, etiam ex S. R. E. Cardinalibus concedantur, & hactenus concessa abrogata esse censeantur.*

15 Hoc Decreto constat, omnia tolli mandata de providendo, Expectativas, & gratias quascunque ad vacatura, quæ olim à Pontifice impetrari solebant de beneficiis, quæ ad collationem, vel provisionem Episcoporum, Capitulorum, aut aliorum inferiorum Collatorum spectabant. Sublatæ sunt & Reservationes mentales, quibus Papa reservabat vel in genere, vel

(*a*) Cap. 1. Conc. Trid. Decret. adv. Expect. & Refer. Pallavic. Hist. Conc. Trid. L. 23. cap. 7. (*b*) Trid. sess. 24. cap. 19.

vel in specie per Bullam, vel Breve beneficium, ut Personæ gratæ, quam, utpote in mente, donec vacatura apparuisset, retentam non exprimebat, provideret. Ideo enim dicebatur mentalis, quasi, quoad provisionem Personæ, in mente retenta. Quando autem vacabat beneficium, mandabat fieri provisionem alicui sub data reservationis, vel antea, vel post, ut sibi placebat.

16 Ex punctis his, aliisque vagis gratiis, quibus Pontifices passim jus reliquorum Collatorum imminuisse, vel evertisse videbantur, Concilium Tridentinum intactas illas reservationes reliquisse censetur, quas Pontifices per Concordata, aut alia juris titulo legitime in diversis Ecclesiis nacti sunt.

17 Inter has prima occurrit, quæ spectat beneficia in Curia vacantia (*a*). Statuit Clemens IV. *ut Ecclesias, Dignitates, Personatus, & beneficia, quæ apud Sedem Apostolicam deinceps vacare contigerit, aliquis præter Romanum Pontificem, quacunque sit super hoc auctoritate munitus, sive jure ordinariæ potestatis ipsorum electio, provisio, seu collatio ad eum pertineat, sive literas super aliquorum provisione generales, vel etiam speciales, sub quacumque forma verborum receperit* (*nisi ei sit super conferendis eisdem in Curia Romana vacantibus specialis, ac expressa ab ipso SS. Pontifice auctoritas attributa*) *conferre alicui, vel aliquibus non præsumat.* Quum enim hactenus Papa per Ordinarios, qui Procuratores in Curia, ut mox vacantia ibi beneficia conferrent, habebant, sæpe præveniretur, consultius visum est Clementi IV. ea S. Sedi reservare, ut nemo alius, nisi expressam horum conferendorum auctoritatem ab ipso Papa nactus esset, eorum collationem arrogare posset. *cap. 2. de Præb. in 6.*

18 Declarat Bonifacius VIII. Decretum Clementis IV. locum habere in beneficiis, quæ Legati, aut Nuntii Sedis Apostolicæ, vel quivis alii ad Romanam Curiam venientes, vel etiam recedentes ab illa habere noscuntur: si eos in locis *vicinis ipsi Curiæ* mori *contigerit, quemadmodum si in loco, ubi eadem Curia residet, morerentur — loca vero intelliguntur vicina eidem Curiæ in præmissis, quæ remota ultra duas dietas legales — à loco, ubi moratur ipsa Curia, non existunt.* Restringitur ergo hæc reservatio ad beneficia per obitum vacantia, dummodo in illa distantia, etiamsi ad Curam erat reversurus, domicilium, seu domus propria non existat. Cessaret enim & tunc reservatio. *c. 34. ibi.*

19 De his autem beneficiis in Curia vacantibus spondet Pontifex intra mensem à die vacationis providere, ita, ut elap-

(*a*) Cap. 4. De Reservat. Benef. in cur. vacant.

so eo tempore, veluti sublata reservatione, collatio ad Ordinarium revertatur. *c. 3. de Præb. in 6.*

20 Hæc reservatio sola censetur in corpore Juris clausa, quam & Concilium Basileense, & Concordatum Galliæ integram reliquit, quia minus odiosa reliquis reservationibus habetur. Id illi tamen cum reliquis reservationibus commune est, quod ad beneficia juris Patronatus laici non porrigatur.

21 Ubi usus est Regularum Cancellariæ, distingui solet inter beneficia in Curia vacantia, & illa beneficia, quæ vacant apud Sedem Apostolicam. Vacatio enim in Curia est eorum, qui in Curia Romana, vel intra duas dietas decedunt; vacatio autem apud Sedem Apostolicam est omnium beneficiorum summo Pontifici reservatorum per regulas Cancellariæ, aut alias Apostolicas constitutiones. In Gallia autem, & Germania hæc distinctio exigui est momenti.

22 Jure novo jactat Bonifacius VIII omnes Ecclesias per orbem diffusas ad Romanam Ecclesiam pertinere (*a*). Inde enim ab Innocentio II. ann. 1139. in Concilio Lateranensi evulgatum est, *Romam esse Metropolin orbis: unde recipiuntur dignitates ecclesiasticæ per gratiam & licentiam Romani Pontificis, veluti jure feudi.* Proculdubio hanc sententiam ex Decretalibus, quæ Papam omnium graduum, & beneficiorum authorem proclamant, recipimus. *c. 10. de Privil. in 6.*

23 Hoc præjudicio juxta Clementem V. *Ecclesiarum, Personatuum, Dignitatum, aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum, plena, & libera dispositio, ex suæ potestatis plenitudine ad Papam noscitur pertinere.* Refert. *Clem. 1. Ut Lit. pend.*

24 His, aliisque rationibus successu temporis increvit numerus reservationum Papalium. Jactabant passim Pontifices, se per has personis benemeritis, & pauperibus providere intendere.

25 In Extravagantibus supersunt reservationes Joann. XXII. & Benedicti XII. quas inde nonnulli & clausas in corpore Juris censent. Alii vero eas à reservationibus in corpore Juris clausis distinguunt, tum, quia ex origine sua ad vitam istorum Pontificum ipsæ restringebantur, tum, quia Extravagantes, in quibus hæ exhibentur, ad corpus Juris communis, prout receptum est, haud pertinent.

26 Hæ tamen reservationes Extravagantium perpetuæ evasere, postquam in Regulas Cancellariæ (*b*), & in Concordata Germaniæ transierunt. Instaurat Regula Cancellariæ reservationes Benedicti XII. quibus Papæ provisioni vindicantur beneficia vacantia per assecutionem quorumcumque aliorum beneficiorum

(*a*) Cap. 5. De reliq. Reservat. (*b*) Reg. Cancel. 8.

rum à Sede Apostolica obtentam: item beneficia, quæ ad Episcopatus promoti auctoritate Apostolica suæ promotionis tempore obtinebant. Item beneficia Romanorum quorundam Officialium, qui in Extravagante exprimuntur. Innocentius VIII. reservationem extendit & ad illa beneficia, quæ dicti Officiales tempore sui officii obtinebant, etsi tempore mortis esse Officiales desiissent.

27 Nec tamen his vel additionibus, vel & aliis appendicibus alibi locus est, quia reservationes odiosæ censentur. Germani, qui & ipsi Extravagantem Benedicti XII. in sua Concordata receperunt, insistunt modificationibus in veteri pacto expressis.

28 Juxta Pragmaticos reservatio Extravagantis Joannis XXII. quæ S. Sedi vindicat provisionem beneficiorum, ob retentionem alterius beneficii incompatibilis vacantium, passim ab usu recessit; tametsi eam tum Regula Concellariæ, tum Concordatum Germaniæ instauret.

29. Regula altera Cancellariæ declarat omnes Ecclesias, etiam Patriarchales, Primatiales, Archiepiscopales, Episcopales, nec non Monasteria virorum, valorem 200. florenorum auri communi existimatione excedentia, *quotiescumque uti voluerit*, reservationi S. Sedis subjacere. Sed huic regulæ nec in Gallia, nec in Germania locus est. Quippe Concordatum Galliæ provisionem harum Ecclesiarum nominationi Regiæ, & Concordatum Germaniæ electioni Capitulorum vindicat.

30. Pius V. anno tertio sui regiminis huic Regulæ aliam reservationem adjecit, dignitatem, beneficiorumque omnium ad collationem, præsentationem, electionem, & quamcumque aliam dispositionem Patriarcharum, Primatum, Archiepiscoporum, Episcoporum, necnon Abbatum, ac aliorum quorumcumque Collatorum, & Collatricum, Sæcularium, & Regularium quomodolibet pertinentium, *quæ post illorum obitum, aut Ecclesiarum, seu Monasteriorum, vel aliarum Dignitatum suarum dimissionem seu amissionem, vel privationem, seu translationem, vel alias quomodocumque vacaverint, usque ad provisionem Successorum ad easdem Ecclesias &c.* Nec tamen in Gallia, nec in Germania locus est huic reservationi. Quin imo & in Belgio locus est juri communi, quod beneficia, ad liberam Episcoporum collationem spectantia, si Sede vacante contingat vacare, futuro Episcopo reserventur.

31 Superest in regulis Cancellariæ reservatio octo mensium (*a*), quæ

(*a*) Cap. 6. De octo mens. Reserv. Reg. Canc. 8.

quæ his verbis exprimitur: *Cupiens idem D. N. Papa pauperibus Clericis, & alias benemeritis personis providere, omnia beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura, sæcularia, & quorumvis Ordinum regularia, qualitercumque qualificata, & ubicumque existentia, in singulis Januarii, Februarii, Aprilis, Maji, Julii, Augusti, Octobris, & Novembris mensibus, usque ad suæ voluntatis beneplacitum extra Romanam Curiam alias, quam per resignationem, quocumque modo vacatura, ad collationem, provisionem, præsentationem, electionem, & quamvis aliam dispositionem quorumcumque Collatorum, & Collatricum sæcularium, & quorumvis Ordinum regularium (non tamen S. R. E. Cardinalium, aut aliorum, sub Concordatis inter Sedem Apostolicam, & alios initis, & per eos, qui illa acceptare, & observare debuerant, acceptatis, & observatis, quæ lædere non intendit, comprehensorum) quomodolibet pertinentia, dispositioni suæ generaliter reservavit &c.*

32 Menses, quorum meminit regula, computantur, prout jacent, per totum anni circuitum, sive quilibet mensis habeat 30 dies, sive plus, sive minus. Quo fit mensis Apostolicus incipiat, & desinat juxta computum civilem in dimidia nocte ultimi diei, & ex illa dimidia nocte imposterum incipiat mensis Ordinarii, duretque usque ad dimidiam noctem ultimi diei illius mensis. Proinde quando Episcopus confert beneficium vacans ad finem, vel initium sui mensis, in illa ultima nocte, quæ dat finem mensi Ordinarii, & initium Apostolico, vel è converso, consulte faciet, quod ante collationem faciat examinari testes de hora, & puncto obitus ultimi possessoris, & in ipso collationis instrumento annotet, ut sic evitentur, quantum possibile est, lites super tempore vacationis. Si dubium supersit, pro possessore præsumendum est: si neuter sit possessor, pro Ordinario pronuntiandum est, quia pro eo jus commune facit. Si agitur de probanda vacatione in certo mense ad effectum reservationis, tunc, sepositis particularibus circumstantiis, probatio debet esse plena, & concludens. Sic S. Rota decidit, quod semper impetrans teneatur plene, & concludente probare narrativam vacationis, in qua principaliter se fundat ad inducendam reservationem. Beneficium vacans per mortem beneficiati in mense Ordinarii, manet ad provisionem Ordinarii etiamsi vacatio duraverit usque ad mensem Apostolicum; quemadmodum beneficium, cujus vacatio contigit in mense Apostolico, manet reservatum, licet vacatio protrahatur ad mensem Ordinarii.

Quum

33 Quum Papa declarat, eam reservationem octo mensium *ad suæ voluntatis beneplacitum* restringi, recepta est sententia, eam mortuo Papa, Sedeque vacante expiare, tum ex natura Regularum Cancellariæ, quod defuncto Papa cessent, tum ex Jure communi, quod hanc clausulam ad dies vitæ, quibus Papa superest, revocat. *c. 5. de Reser. in 6.*

34 A reservatione excipit & Papa beneficia ad collationem *Cardinalium, aut aliorum sub Concordatis inter Sedem Apostolicam, & quoscumque alios initis, & per eos, qui ea acceptare, & observare debuerant, aceptatis, & observatis, quæ lædere non intendit, comprehensorum spectantia.* Inde in imperio Germaniæ nullus locus est reservationi octo mensium.

35 Supersunt alia beneficia, quæ alibi ab hac reservatione eximuntur. In Ecclesiis Parochialibus Concilium Tridentinum hanc reservationem expunxisse censetur. Dignitates præsertim electivas passim praxis ab hac reservatione absolvit, beneficia Patronatus laici, aut mixti, aut & ecclesiastici *ex titulo fundationis & donationis* à reservatione octo mensium consuetudo Hispaniæ excusat. Beneficia patrimonialia, aut certo generi hominum assignata plerumque reservationem recusant. Juxta nonnullos Interpretes beneficia simplicia, quolibet mense ab Ordinario conferri solent, & possunt; quod intelligendum est de beneficiis, quæ antonomastice simplicia vocantur; ut sunt Capellaniæ.

35 In reliquis comprehendit Regula beneficia, non tantum per mortem, sed quocunque modo vacantia, modo revera tamen vacent. Excipit tamen modum per resignationem: unde Interpretes ampliant illum modum per resignationem, ut non tantum resignatio in favorem, aut permutationis gratia: sed & simplex dimissio beneficii, veluti simplex resignatio, illo modo comprehendatur, quia reservationes odiose habentur, ut exceptionis favorabilis sit interpretatio.

36 Huic Regulæ subdit Papa (*a*): *Insuper Sanctitas sua ad gratificandum Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis intenta, & ipsis, quamdiu apud Ecclesias, aut diœceses suas vere, & personaliter* (nam fictæ residentiæ privilegium hoc haud indulgetur) *resederint duntaxat, de omnibus, & quibuscunque beneficiis ecclesiasticis cum cura, & sine cura, sæcularibus, & regularibus, ad liberam ipsorum duntaxat, non autem aliorum cum eis dispositionem, seu præsentationem, vel electionem, nec etiam cum consilio, vel consensu, vel interventu Capitulorum, vel aliorum, (vel alias pertinentibus) quæ*

(*a*) Cap. 7. De Alternat.

quæ antea in mensibus Februarii, Aprilis, Junii, Augusti, Octobris, & Decembris extra Curiam ipsam vacare contigerit (dummodo alias dispositioni Apostolicæ reservata, vel affecta non fuerint) libere disponendi facultatem concessit &c. Illi vero, qui gratiam alternative prædictæ acceptare voluerint, acceptationem hujusmodi per literas patentes, manu propria subscriptas, suoque sigillo munitas, & in sua quisque civitate, vel diœcesi datas, declarare, & literas ipsas ad Datarium Sanctitatis suæ huc transmittere teneantur, quibus ab eo receptis, & recognitis, ac in libro ad id deputatio registratis, tunc demum, & non antea, uti incipiant gratia supradicta.

37 Refert Gonzalez formulam acceptationis, eo tenore (*a*): *Nos N. Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus N., volentes observare regulam reservatoriam mensium Apostolicorum SS. Domini N., nec non frui beneficio, & gratia alternative Episcopis, apud Ecclesias, aut Diœceses suas vere, & personaliter residentibus per eandem regulam concessæ. Proinde humiliter, & debita cum reverentia, ac omni meliori modo, quo possumus, & debemus, libenter præfatam alternative gratiam acceptamus, ac ea uti velle declaramus, in cujus acceptationis, & declarationis fidem, præsentes patentes literas per nostrum Secretarium, & Notarium scriptas, nostra manu propria subsignatas, sigillique nostri impressione soliti muneri faciamus &c.* Stipat has Secretarius ea formula: *Et quia ego N. authoritate Apostolica Notarius, & Secretarius Præd. R. R. Domini mei Archiepiscopi dictas patentes literas manu propria scripsi, & omnibus supradictis, una cum dictis testibus interfui: Ideo hoc præsens publicum fidei, ac testimonii instrumentum signavi, & subscripsi meis solitis, & consuetis signo, & subscriptione, in præmissorum fidem.*

38 Rescribit, postquam supplices literas has recognovit, & probavit Datarius, in hæc verba: *Nos N. SS. D. N. Datarius, notum facimus omnibus, & singulis ad quos spectat, qualiter pro parte R. R. in Christo Patris D. N. Episcopi N. præsentatæ, & recognitæ fuerunt literæ acceptationis gratiæ alternativæ mensium, Præsulibus apud Ecclesias, aut Diœceses suas vere, & personaliter residentibus, ab eodem SS. D. N. Papa concessæ. In quorum fidem præsentes literas manu propria subscripsimus, & sigillo nostro munivimus, & in eodem libro registrari fecimus &c.*

39 Abhinc tenore regulæ alternativa restringitur ad Patriar-

(*b*) Gonzal. ad Reg. Cancell. Gloss. 62. num. 33.

triarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, ut inferiores Collatores sibi nullum jus vindicare queant. Episcopis suffragatur, quando, & quamdiu apud suas Ecclesias vere, & personaliter resident. In Britania tamen legitima absentia excusat. Denique alternativa complectitur beneficia, quæ ad liberam collationem Episcoporum, independenter à consensu, vel consilio Capituli, aut interventu alterius spectant. Hinc forsan contigit, quod Episcopi in provisione beneficiorum consilium Capituli adhibere desierint, ut alternativa gaudere possint. Oportet hanc veluti gratiam ab eis postulari, & acceptari. Quo facto eam repudiare non possunt, tametsi ad reservationem octo mensium redire vellent, nisi dispensationem impetraverint, quia acceptatio alternativæ est quædam mensium commutatio, quæ instar pacti, & concordati censetur.

40 In Concordatis Germaniæ (*a*) uberior est alternativæ interpretatio. Spondet Papa, quod *per quamcunque aliam reservationem, gratiam expectativam, aut quamvis aliam dispositionem, sub quacunque verborum forma, per eum, aut ejus authoritate factam, non impediat, quo minus de illis, cum vacabunt de mensibus Februarii, Aprilis, Junii, Augusti, Octobris, & Decembris, libere disponatur per illos, ad quos collatio, provisio, præsentatio, electio, aut alia quævis dispositio pertinebit. Reservationibus aliis, aut promissis, ac dispositionibus authoritate ejusdem D. N. Papæ factis, vel faciendis non obstantibus quibuscunque. Quoties vero aliquo vacante beneficio de mensibus Januarii, Martii, Maji, Junii, Septembris, & Novembris specialiter dispositioni Apostolicæ Sedis reservatis, non apparuit infra tres menses à die notæ vacationis* in loco beneficii, *quod alicui de illo Apostolica authoritate fuerit provisum, ex tunc, & non antea, Ordinarius, vel alius, ad quem illius dispositio pertinebit, de illo libere disponat.*

41 In Provinciis, ubi inter Sedem Apostolicam (*b*), & ordinarios menses divisi sunt, jus præventionis abolitum censetur. Quippe per illam mensium octo, aut sex divisionem Papa tacite veteri illi juri renuntiasse quoad reliquos menses existimatur. Inde juxta Pragmaticos, *hodie nunquam confert Papa* illis locis *per præventionem, debetque Datarius respondere: adeat Ordinarium.*

42 Juris præventionis primus meminit Clemens IV. eo Decreto, quo decidit, quod juxta antiquam consuetudinem Ec-

(*a*) Conc. Germ. §. 5. (*b*) Cap. 8. De Jur. præven. & Regul. de verisim. Not.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Ecclesiarum, Personatuum, Dignitatum, aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum, *veluti Feudorum*, plenaria dispositio ad Romanum Pontificem, *utpote Ordinarium Ordinariorum*, noscatur pertinere, ita quod ipsa, cum vacant, potest de jure conferre. *c.* 2. *de Præb. in* 6.

43 Hoc exemplo Bonifacius VIII. rescripsit, quod super beneficio, diversis personis eodem die à Sede Apostolica, ejusve Legato, & Ordinario collato, spectanda sit prior collatio: si de ea non constet, pro possessore standum: si neuter possidet, præferendus est, cui Sedes Apostolica, aut ejus Legatus contulit; utpote propter conferentis ampliorem prærogativam. *c.* 3. *ibi.*

44 Hac occasione gliscentibus fraudibus, quibus præventiones Papales obtinebantur, obtendebanturque, Joannes XXII. regulam *de verisimili notitia* evulgavit, quæ hodie eo tenore exprimitur (*a*): *Item voluit, & ordinavit, quod omnes gratiæ, quas de quibusvis beneficiis ecclesiasticis, cum cura, & sine cura, sæcularibus, & regularibus, per obitum quarumcunque personarum vacantibus, in antea* (quamvis motu proprio) *fecerit, nullus roboris, vel momenti sint; nisi post* (verum, & actualem) *obitum, & ante Datam gratiarum hujusmodi tantum temporis* (æquo arbitrio judicis) *effluxerit, quod interim vacationes* (pro diversa locorum distantia) *ipsæ de locis, in quibus prædictæ personæ decesserint, ad notitiam ejusdem D. N. verisimiliter potuerint pervenisse.* Hæc regula quidem juxta literam scripta est de provisione Papæ; ob naturalem tamen æquitatem, & honestatem in Gallia extenditur non tantum ad Legatum Papæ, sed & Ordinarios Collatores, ut præceps cursus, quem ambitiosum vocant, & pro his provisionibus cohibeatur.

45 Concilium Basileense (*b*), abrogatis Expectativis, & reservationibus Papalibus, jus præventionis Papæ servavit: *Neque etiam collationes*, inquit, *per præventionem fiendas, intendit impedire.*

46 Galli Germanique tunc Concilio supplicandum censuere, ut jus Præventionis post semestre protraheretur. Synodus Frisingensis (*c*) ann. 1440. statuit: *Supplicetur S. Concilio* (Basileensi) *ut declarare dignetur, quod vigore horum Decretorum non intenderit tollere inferioribus Collatoribus ordinariis tempus Concilii Lateranensis, quodque ante ipsius lapsum non habeat locum præventio.* Hæc, receptis Concordatis Ger-

(*a*) Reg. Canc. 30. (*b*) Conc. Basil. sess. 31. Decr. 2.
(*c*) Synod. Frising. c. 25

Germaniæ, per alternativam mensium in Imperio hodie penitus sublata censetur, & expuncta.

47 Concordatum Galliæ (*a*) diserte Pontifici Jus præventionis reservat, quod tamen hodie diversim limitant, ut haud admittatur in beneficiis Juris Patronatus laici; excludatur in dignitatibus electivis titulo fundationis, præsertim laicis; negligatur rebus non integris, utpote si supervenerit, postquam ordinarius Collator unes Canonicæ institutionis vel levissime attigerit; invertatur, si dubium sit, qui prius contulerit; an Papa, an Ordinarius? In Gallia enim præfertur collatio Ordinarii contra Decretum. *c.* 31. *de Præb. in* 6.

*48 In Concilio Tridentino suscitata est causa, ut præventiones, & reservationes, reliquæque provisiones Paparum abolerentur, aut minuerentur. Statuit jam olim Concilium Aurelianense I. (*b*): *Cuique Episcopo, cui totius diœcesis animæ committuntur, relinquendas esse beneficiorum collationes.* Ait S. Gregorius: *Si qua unicuique Episcopo jurisdictio non servatur, quid aliud agitur, nisi ut per nos, per quos ecclesiasticus custodiri ille ordo debuit, confundatur.* Refert. *c.* 39. *in fin. XI. q.* 1. Rescripsit inde S. Pontifex ad Clerum Mediolanensem (*c*): *Quia antiquæ deliberationis meæ intentio, ad suscipienda Pastoralis curæ onera, pro nullius unquam misceri persona, orationibus prosequor vestram electionem, ut Omnipotens Deus, qui futurorum actuum nostrorum semper est præscius, talem vobis Pastorem præbeat, in cujus lingua, & moribus exhortationis divinæ pascua valeatis invenire.* Quid elegantius crisi S. Bernardi (*d*)? *Si justitiæ est, jus cuique servare suum, auferre cuiquam sua justo quomodo poterit convenire? Erras, si, ut summam, ita & solam institutam à Deo vestram Apostolicam potestatem existimas.*

(*a*) Conc. Gall. de Mandat. Apost. (*b*) Conc. Aurel. c. 1.
(*c*) S. Greg. ep. ad Cler. Mediol. (*d*) S. Bern. declam. c. 11.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

TIT. VII.

De Provisionibus Apostolicis.

CAP. I.

De Provisione in forma dignum, & in forma gratiosa.

1 Supersunt nostris sæculis provisiones Papales, quæ juxta stylum Curiæ duplici formula expediri solent. Harum frequentior est, saltem quoad provisionem de beneficiis curatis, in forma *dignum*, ita dicta, quia Bulla his verbis incipit: Dignum *arbitramur*.

2 Hæ provisiones fere ad mandata de providendo recidunt. Papa enim remittit supplicantem ad Ordinarium, ut ei de beneficio provideat, si prævio examine eum idoneum reperit. *Mandamus*, inquit, *quatenus, si post diligentem examinationem dictum N. ob obtinendum beneficium N. idoneum esse repereris, super quo conscientiam tuam oneramus, eidem N. dictum beneficium authoritate Apostolica conferas.*

3 Evidens huic est, provisionem non haberi immediate à Papa, sed obtineri debere ab Ordinario, cui ea conditione committitur provisio, si justo examine eum idoneum repererit. Unde inferunt, supplicantem, ante obtentam collationem ab Ordinario, nec possessionem capere posse beneficii, nec beneficium resignare, quia nullum adhuc titulum beneficii nactus est.

4 Hæ literæ vulgo *visa* appellantur. In usu Galliæ, si has literas Ordinarius recuset, ad immediatos Superiores gradatim appellari potest. Hæc enim cognitio, quæ spectat habilitatem Precistæ, ad functiones Hierarchicas, maxime in curatis beneficiis, jurisdictionis ordinariæ censetur esse, ut Sede vacante ibi in Capitulum, & ejus Vicarium transeat. Hæc tamen consuetudo Galliæ adversatur stylo Romanæ Curiæ, quæ in executione hujus provisionis Ordinarium procedere authoritate delegata, ut diserte formula exprimit, prætendit. Hinc nec solet talis provisio Sede vacante ad Capitulum, aut ejus Vicarium dirigi, sed ad viciniorem Episcopum, ejusve Vicarium.

5 Hodie ex stylo Curiæ Romanæ duplex forma *dignum* distinguitur. Una vocatur *forma dignum antiqua*; altera forma *dignum novissima* dicitur, qua expediuntur provisiones de beneficiis Sedi Apostolicæ reservatis; præscribuntur Executori triginta dies, intra quos provisionem facere tenetur; alias ad viciniorem Suffraganeum recurrendi facultas conceditur.

6 Si Ordinarius examine facto, Precistam idoneum comperit, tunc, quasi conditione impleta, ad provisionem authoritate Apostolica procedit, beneficiumque confert ea formula: *Authoritate Apostolica conferimus, & de illo etiam providemus.*

7 Ordinarius hic reputandus est Episcopus, ejusve Vicarius generalis loci, in quo beneficium est situm, etiamsi esset unitum Monasterio, aut Capitulo exempto. In Gallia, si provisio in forma *dignum*, alteri, quam Ordinario committeretur, tanquam abusiva rejiceretur, nisi Ordinarius esset suspectus, aut legitima causa subesset, quod Ordinario non videretur commitenda: tunc enim, Ordinario neglecto, Metropolitæ committi posset.

8 Passim invaluit, quod Episcopus examen alteri committere possit, juxta *Clem. un. de testib.* Opus tamen est, ut talibus deleget examen, quorum judicio de identitate supplicantis juste acquiescere liceat, quia Papa super eo conscientiam Ordinarii expresse onerat. Absit, ut levius Examinatoribus fidem habere queat Ordinarius! quid salubrius, quam ut ipse Ordinarius, præsertim ubi de beneficiis curatis agitur, examini adesse vellet?

9 Si vero Papa prævie per testimonium Ordinarii de capacitate Oratoris sat sit instructus, literæ expediri solent in forma *Gratiosa*, quia Papa sine ulla commissione alterius examinis ipsum beneficium confert, cum expressione, *quod dictus Orator testimonio Ordinarii sui de vita, moribus, & idoneitate commendetur.*

10 Literæ provisionis in forma gratiosa diriguntur ad ipsum supplicantem, cui & inscribitur, titulusque beneficii, quod jam per provisionem Apostolicam adeptus Orator supponitur, exprimitur. Juxta Signaturam Papæ inde Bulla extenditur: *Vitæ, morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita nos inducunt, ut specialibus favoribus prosequamur: cum itaque beneficium &c.* Si Orator sit Doctor, aut Licentiatus in aliqua facultate, tunc incipit: *Literarum scientia, vitæ, & morum honestas &c.* Si nobilis: *Nobilitas generis*: si Regularis: *Religionis zelus, vitæ merita &c.* Abhinc narratur qualitas beneficii, modus vacationis aliæque adduntur clausulæ, quibus denique subjicitur provisio hac forma: *authoritate Apostolica tibi N. conferimus & providemus.*

11 Abhinc nominatur Executor, vel unus, vel plures, quatenus ipse, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, vel alios, ipsum Precistam per se, vel suum Procuratorem in corporalem possessionem authoritate Apostolica inducant, & defendant inductum juxta stylum Curiæ Executores oportet esse in dignitate constitutos, solentque esse Officiales Episcopi, modo sint principales, non foranei.

12 Quum tamen nonnulli ad evitandum examen Ordinarii, provisionem in forma gratiosa sollicitare, aut exhibitis falsis testimoniis, aut certe talibus, quæ intuitu aliorum beneficiorum, vel tempore, quo ejusmodi testimonium Orator merebatur, data fuerant, aut interdum aliorum Ordinandorum testimoniis, quam locorum, in quibus beneficia sita erant, impetrasse videbantur, idcirco ad querelas Episcoporum in Gallia Regiis edictis cautum fuit, nullum vigore provisionis in forma *Gratiora* admitti posse ad possessionem beneficii, cui cura animarum incumbit, nisi prævie examen Ordinarii subeat, sub pœna nullitatis. Neque in Belgio, vel alibi facile quisquam ad possessionem beneficii curati sine examine Ordinarii vigore provisionis in forma gratiosa admitti solet, quia exploratum est, quam multis modis Pontifici, in remotis agenti, imponi possit.

13 In beneficiis reliqnis simplicibus, quæ nullam curam animarum habent, non difficulter recipitur provisio informa *Gratiosa*, quia examen circa provisionem in beneficiis simplicibus de idoneitate, aliisque qualitatibus pene desiit, ut ad beneficia simplicia satis idonei credantur, qui saltem Ordine sunt initiati.

14 In provisionibus Romanis (*a*) frequentatur diversæ formulæ ad supplendos defectus, qui in prima provisione irrepserunt, ut priorem provisionem confirment, &, in quantum opus est, reformert. Dicitur inde forma *novæ provisionis*; atque si nova provisio petatur ad confirmandam priorem provisionem Papæ, oportet omnes defectus exprimere prioris, ob quos nova provisio petitur: quia, nisi nominatim referuntur, nova provisio non conceditur, supponitur enim prior provisio Papæ valida. Si autem prior provisio ab Ordinario fuerit facta, sufficit, quod in supplica generatim exponatur clausula: *Dum ex certis causis de primæ provisionis viribus hæsitetur*, quia Papæ est, defectus inferiorum Collatorum saltem ad cautelam supplere. Hæc nova provisio ad diem ipsius expeditionis restringitur. Nam si interim Jus aliquod tertio fue-

(*a*) Cap. 2. de recent. claus.

fuerit quæsitum, inutilis erit provisio. Rescribit expresse Papa: *Dummodo tempore datæ præsentium non sit in eo* (beneficio) *alicui specialiter jus quæsitum.*

15 Siquis metuat, aut suspicetur, primam Papæ provisionem ex aliqua causa impugnari posse, peti solet rescriptum: *Perinde valere*, ut scilicet perinde valeat, ac si tempore impetrationis valida fuisset. Oportet autem in supplica exprimere omnes defectus, quia gratia *perinde valere* ex stylo Curiæ non supplet præter id, quod est in supplica. Nec hæc Juri tertii præjudicat; atque eatenus effectus hujus rescripti non retrotrahitur ad datam primæ provisionis. Quid brevius? Hoc rescripto: *perinde valere* tolluntur impedimenta, in supplica expressa, quæ pendet ex nutu Papæ, aut Legati. Nam si collatio sit nulla defectu mandati ad resignandum, novo mandato opus est; si Juri tertii derogat, inutilis est clausula: si collatio sit contra bonos mores, publicam disciplinam, Concordata, Constitutiones Regias, Statuta, Consuetudines Ecclesiarum solemniter approbatas, literæ *perinde valere* nec in Gallia, nec in Germania admittuntur.

16 In stylo Curiæ gratia Papæ primo facta, si postea fuerit revocata, restituitur per rescriptum, quod vocant: *Perinde, & etiam valere*, ut gratia revocata ad pristinum vigorem reducatur, & restauratur. Hujus rescripti in Gallia, & alibi nullus est usus, quia pro regula receptum est, Papam non posse gratiam à se semel concessam revocare.

17 Superest rescriptum, quod vocant: *Rationi congruit.* Spectat hoc gratias ab Antecessoribus impetratas, quæ propter velociorem obitum expediri non poterant. Rescribit Papa: *Rationi congruit, & honestati, ut ea, quæ de Romani Pontificis gratia seu benignitati, in prosequendo justa desideria petentium, processerant, licet ejus superveniente obitu, Apostolicæ super illis literæ non fuerint confectæ, suum plenum consequantur effectum.* Regula Cancellariæ hoc rescripto medetur soli defectui expeditionis, & probationis gratiæ, non modo ab antecessore immediato, sed & mediato factæ. *Ne autem*, inquit rescriptum, *pro eo, quod super collatione, & provisione beneficii, superveniente obitu, Apostolicæ literæ confectæ non fuerint, collationis, & provisionis frustreris effectu, volumus, & auctoritate Apostolica decernimus, quod collatio, & provisio prædictæ perinde à dicta die valeant, &c.* Hujus gratiæ in Gallia, & alibi rarior est usus, quia beneficiorum saltem minorum possessio accipi solet vigore solius Signaturæ, sine literis, vel Bullis in forma expeditis.

18 In usu Galliæ hodie & ipsa clausula *motu pro prio* negligi-

tur

tur (*a*), quia compertum est, illam clausulam motu proprio transiisse in styli formulam. Meminit veteris formulæ Bonifacius VIII. *cap.* 23. *de Præb. in* 6.

19 Hodie ergo omnes provisiones Romanæ, præterita illa clausula motus proprii, censentur datæ ad petitionem partis: Ita enim & plerumque expediuntur, ut in ipsis literis exprimatur. Provisum pro tali beneficio supplicasse, Pontificemque annuisse.

20 Pontificis gratia refertur ad supplicam, seu illa, quæ Pontifici sunt exposita, unde hæc vera esse oportet, quia Jure Decretalium omnibus Pontificiis rescriptis tacita illa conditio: *Si preces veritate nitantur*, inest. *cap.* 2. *de Rescr. in* 6.

21 Postquam Papa supplicæ annuit, conficitur quædam minuta, veluti Protocollum ipsarum literarum, quæ ex stylo Curiæ *signatura* dicitur. Hæc est brevis scriptura, qua partis supplicatio, & Pontificis concessio refertur. Papæ consensus exprimitur, si ipse signat, per formulam: *Fiat, ut petitur.* Si per Delegatum signat, subscribitur: *Concessum, ut petitur, in præsentia D. N. Papæ* (*b*). Juxta regulam Cancellariæ, si duo harum formularum rescripta in eadem data concurrunt, prefertur signatura: *Fiat ut petitur*, alteri per formulam: *Concessum.*

22 Inde patet, quod per ipsam signaturam gratia completa sit, verumtamen de stylo Curiæ, quoad exercitium gratiæ, sive illius probationem, & canonizationem, opus est expeditione Bullarum, quia Executor non aliter gratiam effectui dare potest quam expeditis Bullis: cum demum ab illis potestas Executoris, & probatio gratiæ dependeat. In regulis Cancellariæ hæc leguntur (*c*): *Cum ante confectionem literarum* (Bullarum) *gratia Apostolica*, quoad effectum probationis, & executionis, *sit informis, voluit, statuit, & ordinavit idem Dominus noster, quod Judices in Romana Curia, & extra eam pro tempore existentes, etiamsi sint S. R. E. Cardinales, causarum Palatii Apostolici Auditores, vel quicunque alii; non juxta supplicationum signaturam super quibusvis impetrationibus (nisi in dicta Curia duntaxat sint comissiones, justitiam concernentes per placet, vel per S. R. E. Vicecellarium juxta facultatem super hoc sibi concessam signatæ) sed juxta literarum super eisdem interpretationibus, & concessionibus confectarum tenores, & formas judicare debeant. Decernens irritum &c.*

23 Juxta interpretes tamen superest signaturæ aliquoties plena fides; utpote si literæ à signatura tanquam sua minuta discrepent, aut causa circumstantias gratiæ spectet, aut signa-

(*a*) Cap. 3. de signat. (*b*) Reg. Cancell. 24. (*c*) Reg. Cancell. 27.

natura fuerit per librum registri probata, aut aliis adminiculis; v. g. fide, & testimonio mensulariorum expertorum fulcita. In Gallia, si Bullas obstante legitimo impedimento belli, aut alterius calamitatis, non licet obtinere, impetrari possunt literæ Regiæ, ut liceat approbare per experientes dictam signaturam, & verificari. Et vero, si impedimentum notorium est, nec his literis opus est.

24 Postquam Provisiones Pontificiæ factæ sunt frequentiores ob resignationes in favorem, pensiones, nec non prævenciones in omni genere vacationis, visæ sunt Bullæ expeditæ in pergameno, & plumbo sigillatæ nimis dispendiosæ respectu minorum beneficiorum, ideoque inducta est praxis accipiendi possessionem vigore simplicium signaturarum, quæ sunt ipsarum Bullarum minutæ, quia Bullarum necessitatem reservare ad provisionem Episcopatuum, Abbatiarum, aliorumque majorum beneficiorum, quibus quis caput fit cujusdam corporis ecclesiastici, libuit. Est hic usus Galliæ.

25 Ad evitandas reliquas fraudes edixit ann. 1607. Rex, ne ulla fides habeatur signaturis, Bullis, aliisque expeditionibus Romanis, nisi duorum Expeditionariorum, seu Bancquariorum certificatione ad calcem Originalis adscripta munitæ fuerint. En formulam! *Nos infra scripti Consiliarii Regii Bancquarii, expeditionarii Curiæ Romanæ, commorantes in hac civitate Parisiensi, notum facimus omnibus, quorum interest, hanc signaturam esse legitimam, veram, & originalem, &c.*

26 In Belgio, aliisque Provinciis locus est Regulæ Cancellariæ, ut sine literis, in forma expeditis, possessio beneficii vigore provisionis Romanæ obtineri non soleat. Quidquid tamen sit, id reliquum est, quod oporteat utrimque easdem clausulas verificari, quia signatura omnia breviter continet, quæ in Bullis, ex signatura tanquam minuta conficiendis, latius exponuntur.

27 Signatura cum illis clausulis (*a*) plerumque in tres partes dividitur, quarum prima ipsam supplicam, quæ inde *corpus signaturæ* dicitur, exhibet; altera Papæ annutum refert, tertia dispositionem, & concessionem Papæ explicat, exprimendo, singillatim, quæ Papa priore parte per formulam *fiat ut petitur*: simpliciter concessit.

28 Prima pars signaturæ, ut dictum est, exhibet supplicam. Oportet in ea tum nomen, tum diœcesim Precistæ, tum locum, qualitates, nomenque beneficii, modumque vacationis exprimere. Ei si aliud aliunde Orator habeat beneficium, oportet illud

(*a*) Cap. 4. De Part. signat.

lud exprimere. Provisio enim Apostolica foret nulla si beneficium, quantum exiguum, ante obtentum taceretur. Neque hic defectus suppleretur, etsi Provisus vellet illud beneficium statim dimittere. *cap.* 23. *de Præb. in* 6.

29 In beneficiis curatis, quæ spectant curam populi exprimenda est & peritia patrii idiomatis. Juxta regulam Cancellariæ (*a*): *Quod si contingat ipsum* (Papam) *alicui personæ de Parochiali Ecclesia, vel quovis alio beneficio*, v. g. succursus, *exercitium curæ animarum Parochianorum* (utpote populi) *quomodolibet habente, providere; nisi ipsa persona intelligat, & intelligibiliter loqui sciat idioma loci, ubi Ecclesia, vel beneficium hujusmodi consistit, provisio seu mandatum, & gratia desuper quoad Parochialem Ecclesiam, vel beneficium hujusmodi, nullius sint roboris, & momenti.* Quare hoc? quia Curati est, per patrium idioma populum instruere, confessiones ejus audire, aliaque subsidia spiritualia per se ministrare. Hinc in Francia, & alibi contra hanc regulam non admittitur dispensatio, quia Juris divini est, oves verbi divini prædicatione, sacramentorumque administratione pascere. *Trid. sess.* 23. *c.* 1.

30 In reliquis beneficiis singulorum qualitates oportet exprimere. Præcipit Regula Cancellariæ, *quod super beneficiis ecclesiasticis, de qualitatibus illorum, videlicet; an Dignitates, Personatus, vel officia sint, eisque immineat cura animarum, & ad illa consueverint qui per electionem assumi, mentio fiat; alias gratiæ desuper factæ sint nullæ. Et si qualitates hujusmodi affirmative, vel conditionaliter non exprimantur, negativa expresse desuper fiat in beneficiis, quæ tales qualitates, vel ex eis aliquas consueverint habere.*

31 De stylo Curiæ exprimendus est & valor beneficii. In Regulis Cancellariæ decernitur (*b*), *quod in gratiis, quas quibus personis de beneficiis vacantibus, seu certo modo vacaturis fieri contigerit, illorum, & aliorum quorumcumque beneficiorum, quæ dictæ personæ tunc obtinuerint, seu de quibus eis fuerit provisum; vel concessum, vel mandatum provideri, verus annuus valor per marchas argenti, aut Sterlingorum, vel libras Turonensium parvorum, seu florenos auri, aut ducatos, aut uncias auri, seu aliam monetam, secundum communem æstimationem exprimatur, nisi personæ prædictæ beneficia, quæ tunc obtinuerint, juxta ipsarum oblationes, aut alias dimittere teneantur. Alioquin gratiæ prædictæ sint nullæ &c.* Plerique existimant, hanc regulam ad acquirendas annatas natam esse. Hinc usu in-

(*a*) Reg. Cancell. 20. (*b*) Reg. Canc. de exprim. valor. benef.

invaluit, quod Provisio non expediatur, nisi his solutis, aut sufficienti cautione data.

32 Nomen Annatæ, quatenus spectat fructus primi anni vacantium beneficiorum, nomen est generis, quod in IV. species dividitur. Annata, veluti prima species proprie dicta, est dimidia pars veri valoris annui fructuum beneficiorum vacantium Episcopatibus, & Abbatiis Consistorialibus inferiorum. Hæc soli Pontifici relinquitur. Altera species commune servitium dicitur, quæ est certa quantitas pro quolibet Episcopatu, vel Abbatia Consistoriali secundum antiquam taxam solvenda. Hujus dimidium tribuitur Papæ: reliquum inter Cardinales præsentes dividitur. Tertia species consistit in minutis servitiis, quæ sunt quinque portiunculæ, eæque secundum portionem taxæ fructuum Episcopatus, vel Abbatiæ inter certos Papæ ministros, & officiales distribuuntur. Quarta species Quindennium appellatur, quia de quindecim in quindecim annos pro beneficiis perpetuo unitis exigitur ab iis, in quorum favorem talia beneficia sunt unita. Prælusit annatis Joannis XII. *Extrav.* 11. *de Præb. int. Com.* Durante schismate Bonifatius IX. ann. 1392. demum earum usum vulgarem, & perpetuum reddidit. Narrat Platina (*a*) de eodem Papa Bonifacio: *Annatarum usum beneficiis ecclesiasticis primus imposuit, hac conditione, ut, qui beneficium consequeretur* à Sede Apostolica, *dimidium annui proventus fisco Apostolico persolveret.*

33 Aliquando sat acerbe disputatum fuit, an Annatæ vitio simoniæ vacarent, quia veluti pretia provisionum prope spectabantur, eo quod Bullæ obtineri non possent, nisi illis solutis pecuniis, aut cautione exposita? Successu tempore deserbuit tam durum argumentum, quia Concordata Germaniæ diserte Annatas adoptarunt. Galli hodie eas per modum doni gratuiti, quod de consensu Regis ex libera Præsulum voluntate Pontifici conceditur, explicant. Quid brevius, quam quod eas à titulo, exemploque Laudemii, homagiique excusarent, illustrarentque nostri, quia beneficia ecclesiastica instar feudi novo jure censentur (*b*). Hinc enim & fit, quod Germani Protestantes Annatas, quas pro majoribus beneficiis Papæ negaverunt, Principibus sæcularibus solvant.

34 Concordata Germaniæ ab Annatis dispensant beneficia, quorum annui proventus valorem 24. florenorum aurei de Camera non excedunt. Hinc hodie pro omnibus inferioribus beneficiis, etsi pinguissimis, invaluit formula: *Quod illorum proventus valorem annuum* 24. *ducatorum auri de Camera non ex-*

(*a*) Plat. in vit. (*b*) Boehm. lib. 1. Tit. 11. § 40.

cedat. Nec unquam enim examen, aut inquisitio circa proventus beneficiorum in ordine ad veritatem hujus expressionis fit, ut vigore Concordatorum evitetur solutio Annatæ in Curia.

35 Quantum ad Episcopatus, & Abbatias Consistoriales vigore Concordatorum Germaniæ debentur Annatæ, nihilominus verus eorum valor, qui nunc secundum eorum communem æstimationem est, non exprimitur: sed secundum antiquam taxam Cancellariæ Romanæ, quæ semper retinetur, præstari solet.

36 In tenore literarum supplicam veluti secunda pars, signatura sequitur, quæ subinde ponitur ab ipso Pontifice sub formula: Fiat, ut petitur, cum appositione primæ literæ nominis baptismalis v. g. *fiat, ut petitur A.* Aliquando signatura ponitur per Commissarium Pontificis sub hac forma: *concessum, ut petitur in præsentia S. D. N. P.* cum appositione sui nominis. Bullæ eodem modo conficiuntur, sive sub hac, sive sub illa formula signatura fuerit posita. Hac occasione aliquando ad signaturam est recurrendum, ut sciatur, qua forma fuerit expressa.

37 Hodiernæ Bullæ provisionum Romanarum scatent clausulis, conditionibus, derogationibus, absolutionibusque, quibus fit, ut sæpe earum defectu rescripta Apostolica in periculum veniant, nisi novis provisionibus per clausulas: *Perinde valere*, vel *perinde etiam valere*, aliisque similibus cautelis restituantur, aut suffulciantur. Veteres Pontificum provisiones æque, ac Ordinariorum aliorum simplices fuere, ita, ut in Decretalibus Gregorii harum clausularum, aut formularum haud vestigium occurrat.

38 Tertia pars signaturæ, veluti conclusio Papalis rescripti incipere solet ab hac clausula: (a) *Et cum absolutione à censuris.* Hæc in Bulla ita explicatur: *Te à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure, vel homine, quavis occasione, vel causa latis, siquibus quomodolibet innodatus existis, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes ad effectum præsentium duntaxat consequendum.* Hæc clausula unice respicit impetrantem, qui aliqua censura esset innodatus, quæ ipsum ad beneficium obtinendum redderet incapacem. Hodie reputatur esse meri styli, ut ad graviora delicta, aut justam censuram haud porrigatur, aut duntaxat ad effectum provisionis restringatur, quin provisus vigore hujus absolutionis celebrare, aut & fructibus beneficii frui possit, nisi specialem absolutionem obtinuerit.

Sæ-

(a) Cap. 5. De claus. signat.

39 Sæpe signaturæ & illa clausula inscribitur: *Et quatenus litigiosum existit, litis status, & nomina judicum, & collitigantium, juraque, & tituli eorum exprimi, vel pro expressis haberi possint.* Jure Decretalium vetitum est, beneficia litigiosa, si collitigantium unus decesserit, per Ordinarios Collatores, lite indecisa, conferri. *c. 2. ut lit. pend. in* 6. Hac clausula declarat Papa, statum litis pro expresso haberi, ut, sublata illa juris communis exceptione, vel dispositione, provisus surrogari in locum defuncti collitigatoris possit. In Gallia, & alibi reputatur & hæc clausula esse meri styli, quia in his Provinciis ordinarii Collatores & beneficia litigiosa, si vacant, conferre possunt.

40 Sequitur in signatura: *Et literæ in forma simplici provisionis, gratiosæ surrogationis, etiam quoad possessionem* expediri possint. Permittit ergo Papa, ut literæ surrogationis in locum collitigatoris expediantur, sive lis sit super petitorio, sive possessorio. In Gallia, & Belgio surrogatio fit apud Judicem, coram quo litigatur, per simplicem libellum supplicem, quin opus sit literis Papæ in forma surrogationis.

41 Abhinc adduntur & hæ clausulæ: Et gratiæ, " si neu-
" tri, si nulli, si alteri perinde valere, etiam valere, cum gra-
" tificatione opportuna, simul, vel separatim" *expediri possint.* Cum enim provisiones beneficii litigiosi sint multiplicis formæ: intendit Papa per has clausulas provisionem expediri sub una è formis hic expressis, quæ Precistæ utilior, & opportunior esse potest. In formula, *si neutri*: supponit Papa, esse duntaxat duos collitigatores, quorum neutri jus aliquod competit, ut consequenter supplicans possit mereri literas: *si neutri*, quibus mandatur supplicanti provideri, si constiterit, neutri collitigantium jus aliquod esse. Si autem plures sint collitigatores, quam duo, tunc expediuntur literæ: *si nulli*: eadem in reliquis cum præcedentibus forma. Interdum autem ipse supplicans est unus collitigantium, petitque in locum surrogari collitigatoris; *si alteri jus non competat.* Clausula *cum gratificatione opportuna* supponit, plures esse concurrentes in data, ut hoc casu Papa velit Proviso gratificatum, quatenus aliis præferatur. Per clausulam *anteferri* consequitur Precista prærogativam, ut prioribus in data præferatur. Hæ clausulæ, veluti de stylo Curiæ in Gallia, alibique negliguntur, prætereunturque.

42 Subinde apponuntur clausulæ derogatoriæ Regularum Cancellariæ v. g. *de Infirmis resignantibus, de verisimili notitia.* Ac tum subditur: *Cum derogatione Juris Patronatus, siquod sit, citra tamen illius approbationem* (quia Papa per hanc

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

provisionem non intendit illud approbare, si non sit, aut aliunde coram Ordinario verificari nequeat) *videlicet si laicorum tantum, etiam nobilium, & illustrium* (Regum, & Ducum) *eisque ex dotatione, vel fundatione competat, pro medietate, alias, seu si litigiosum, vel devolutum sit, in totum.*

43 Hæc clausula necessario exprimenda est, si beneficium sit Juris Patronatus laici: si enim non exprimeretur, provisio censeretur subreptitia, eoquod Papa nunquam derogare soleat Juri Patronatus laicorum. Hinc in signatura ad finem clausulæ subjicitur. *Et de consensu Patroni, seu Patronorum.* Si plures sunt Patroni, petitur, concediturque derogatio saltem *pro medietate*, videlicet, ut gratia, si medietas Patronorum consentiat, habeat effectum, quia dissentientibus Patronis, neque in unam personam saltem pro majore parte consentientibus, Ordinarii, Papæque est decisio. Et hoc, si Jus Patronatus laicum sit ex *fundatione, vel dotatione.* Quippe, si Jus Patronatus laicum foret ex privilegio, vel alio titulo, vel non esset laicorum dumtaxat, vel sit litigiosum, vel per negligentiam Patronorum devolutum, prætendit Papa ei in totum derogare, ut gratia effectui detur. In Gallia tamen, & alibi nullus est usus harum clausularum.

44 In signatura post has clausulas ponitur: *Ac statutorum primo dictorum, cæterorumque omnium quomodolibet contrariorum latissime in literis extendendorum*: hæc clausula continet derogationem statutorum, consuetudinum, privilegiorum, aliorumque jurium, quæ possent provisionis effectum impedire. Quia tamen hæc clausula generalis est, haud porrigitur ad statuta, privilegia, aliaque jura solemniter approbata; & si porrigeretur, appellari in Gallia, alibique posset ab abusu. Quippe Principibus curæ est: hujusmodi jura, & statuta integra servare.

45 Si provisio sit expedienda *in forma dignum*, post prædictas clausulas ponitur: *committatur.* Hoc præcipitur Officialibus Curiæ, ut expediant litteras *vel in forma dignum antiqua; vel novissima*; prout materia exigit; ejusque executio Ordinario, vel alteri juxta stylum pro exigentia causæ committatur.

46 Hæc forma continet clausulam, quæ in ipsis literis, licet in signatura non appareat, exprimi debet: *Dummodo tempore datæ præsentium non sit specialiter alteri jus quæsitum.* Regulæ Cancellariæ (*a*): *De non tollendo jus quæsitum*, hic est tenor: *nec per varias, quæ pro commissionibus, mandatis, & declarationibus habendis in causis plerumque fiunt, suggestiones justitia postponatur, idem D. N. declaravit, & decrevit, suæ intentionis fore, quod deinceps per quamcumque signaturam, seu concessionem, aut gratiam vel literas Apostolicas pro commissionibus, seu mandatis, aut declarationibus hujusmodi, etiamsi motu proprio, ex certa scientia, ac etiam ante motam litem, à Sanctitate sua emanaverint, vel de hujus mandato faciendas, nulli jus sibi quæsitum quomodolibet tollatur.*

(*a*) Regul. Cancel. 28.

47 Cum igitur Papa non velit per suam provisionem tollere jus alteri quomodolibet quæsitum, sequitur altera clausula: *vocatis, qui fuerint vocandi*; ut nimirum cognoscat, an jus alteri quomodolibet sit quæsitum, directe, vel indirecte, quamvis minimum, antequam provisionem faciat, vel provisum in possessionem inducat. Verum hæ clausulæ, aliæque connexæ; v. g. *amoto quolibet illicito detentore*, quibus Commisario, vel Executori cognitio sive in possessorio, sive in petitorio tribuitur, in Gallia: & alibi prope sine effectu sunt, quia controversiæ super possessorio in causa beneficiali decidenda est coram Senatu Regio: idque semper in literis Placeti exprimitur; in petitorio autem coram Judice ordinario, aut Judicibus synodalibus delegatis in partibus; idque postquam possessorium plene fuerit evacuatum.

48 Hæ præcipuæ sunt clausulæ, quæ provisionibus Romanis inseri consueverunt, aut & pro appositis habentur, etsi non exprimantur. Signaturæ æque, ac literæ clauduntur per appositionem *Datæ*. Primo solet parva Data poni, quæ dein extenditur. Galli peculiare sibi privilegium circa parvam Datam vindicant.

49 Passim in regnis Galliæ (*a*), Hispaniæ, & alibi invaluit, quod literæ Papales cujuscunque argumenti executioni dari vetentur, nisi prius in tribunali Regio fuerint revisæ, approbatæque. In Belgio ann. 1574. promulgavit Philippus II. Rex Hispaniarum, nequis Bullas, gratias, provisiones, indulta, aliaque mandata ex urbe Roma, aut à Legatis Pontificiis profecta, per Belgium executioni mandare audeat, nisi prius comprobata fuerint, vel in sanctiori Consistorio, vel in Concilio Brabantiæ, sub pœna proscriptionis, & publicationis bonorum in contumaces.

50 Hæ Regiæ cautelæ necessariæ videbantur, postquam ex nonnullis Pontificum Legatorumque concessionibus turbæ in Provinciis subnatæ credebantur. Hinc inovelit, quod Bullæ

(*a*) Cap. 6. De Placet. Reg.

læ ac diplomata Pontificis revideri debeant ab iis, qui supremæ jurisdictioni vice Regia præsunt, ut cognoscant, an nihil contineant, aut admixtum habeant, quod Rempublicam lædere possit. Ea omnem usum Placeti Regii.

51 Hinc moris est, quod libelli supplices pro impetrandis literis Placeti super Bullis Romanis communicentur Procuratori Regio, seu Officio Fiscali; utpote cujus partes sunt, nomine Regis invigilare, ne quid admittatur, quod Rempublicam turbare, vel lædere posset. Audito hoc officio Fiscali tum Senatus examinat, an Placetum sit annuendum, an denegandum? si nihil sit, quod juribus Regiis deroget, aut consuetudines, & jura infringat, executionem decernit: si autem aliquid prædictorum merito suspicetur, Placetum denegat, aut differt, quousque proprius de sensu Bullæ, rerum circumstantiis, ac mente Pontificis constiterit.

52 Placetum Regium eo moderamine consulit integritati Jurium publicorum. Quippe statum tum Ecclesiarum, tum Provinciarum publicum spectat (*a*). In Germania explicat id genus Protectionis Regiæ latius Capitulatio Cæsarea.

53 Siquis privatorum per executionem Bullæ jus suum lædi existimat, huic Placetum Regium haud obstat, quin jus suum coram legitimo Superiore possit prosequi: solet enim ipsis literis Placeti Regii sæpe adjici illa finalis clausula: *Salvo jure partis, quæ opponere poterit, quidquid opponendum judicaverit.* Senatus Brabantiæ hanc cautelam Placeto Regio subjicit: quod si occasione hujus provisionis quæstio incidat, ea instituenda, & agitanda est in possessorio quidem coram ipso Senatu Brabantiæ, in petitorio autem coram judice ecclesiastico competente, in Brabantia residente. Et si quæstio per appellationem ad Curiam Romanam foret devoluta, tunc ea coram judicibus Delegatis, & competentibus, atque ibidem in Brabantia residentibus prosequenda erit.

54 Sæpe & literis Placeti Regii aliæ clausulæ per modum restrictionis, & modificationis inscribuntur: Edicto Caroli V. præceptum est, literas Placeti non concedi in Belgio super privilegio non residendi in beneficiis curatis, nec super dispensatione in ætate, aut imperitia idiomatis; vel concessione Coadjutoriæ Præbendarum, aliorumque simplicium beneficiorum.

* 55 Generaliter ergo concludere fas est, quod in faciendis provisionibus juxta moderatio sit adhibenda. Querebatur olim

(*a*) Capit. Cæs. Art. XIV. § 1.

olim S. Chrysostomus (*a*): *Id unum non spectant, quod solum spectandum foret, nempe animi virtutem; sed aliæ sunt causæ; quibus honores conciliantur;* v. g. *hic, quod genere claro natus sit: — Ille quod opibus abundet: — alius, quod ab adversariis ad nos confugerit: alius sibi genere propinquum necessarium, alius adulatorem cæteris anteponere mavult; non est, qui eum, qui idoneus sit, spectare velit, aut animi partes explorare curet.* Juxta S. Hieronymum (*b*): *Cernimus plurimos hanc rem beneficium* arbitrarium *facere, ut non quærant eos in Ecclesiæ columnas erigere, quos plus cognoscunt Ecclesiæ prodesse, sed quos vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequiis deliniti, vel pro quibus Majorum quis rogaverit:* Ait S. Bernardus (*c*): *Nunquid hac ille* Apostolus *servitute hominibus inserviebat in acquisitione turpis quæstus? Nunquid cum de toto orbe confluebant ambitiosi, avari, simoniaci, sacrilegi, concubinarii, incestuosi, & quæque hujusmodi monstra hominum, ut ipsius Apostolica authoritate vel obtinerent honores ecclesiasticos, vel retinerent.* Absit tanta indiscretio? Quid æquius reliquo monito S. Patris (*d*)? *Alius pro alio, alius & forte pro se rogat. Pro quo rogaris, sit suspectus. Qui ipse rogat pro se, jam judicatus est: nec interest per se, an per alium quis roget.*

TIT. VIII.

De Jure Patronatus.

CAP. I.

De Origine Juris Patronatus.

1 Superest plenior supplicationum usus in Ecclesiis Juris Patronatus, quod in Oriente per Oratoria privata cœpit. Urgebat S. Chrysostomus (*e*) Magnates, ut in prædiis suis Ecclesias, id est, Oratoria erigerent, adscituri Clericum ad Sacra quotidiana facienda. *Ideo oro*, inquit, *& supplico*, & *gratiam puto, immo & legem pono, ut nullus, qui habet villam, appareat carere Ecclesia.* En prima vestigia Patronatus laici in Oriente.

2 In Occidente Concilium Arausicanum (*f*) jus Patronatus ecclesiastici explicat. *Siquis*, ait, *Episcoporum in alienæ ci-*

(*a*) S. Chrys. de Sacerd. lib. 3. c. 1. (*b*) S. Hier. in Isai. c. 57.
(*c*) S. Bern. de Consid. lib. 1. c. 4. (*d*) Lib. IV. c. 4.
(*e*) S. Chrys. in act. hom. 18. (*f*) Conc. Araus. c. 10.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

læ ac diplomata Pontificis revideri debeant ab iis, qui supremæ jurisdictioni vice Regia præsunt, ut cognoscant, an nihil contineant, aut admixtum habeant, quod Rempublicam lædere possit. Ea omnem usum Placeti Regii.

51 Hinc moris est, quod libelli supplices pro impetrandis literis Placeti super Bullis Romanis communicentur Procuratori Regio, seu Officio Fiscali; utpote cujus partes sunt, nomine Regis invigilare, ne quid admittatur, quod Rempublicam turbare, vel lædere posset. Audito hoc officio Fiscali tum Senatus examinat, an Placetum sit annuendum, an denegandum? si nihil sit, quod juribus Regiis deroget, aut consuetudines, & jura infringat, executionem decernit: si autem aliquid prædictorum merito suspicetur, Placetum denegat, aut differt, quousque proprius de sensu Bullæ, rerum circumstantiis, ac mente Pontificis constiterit.

52 Placetum Regium eo moderamine consulit integritati Jurium publicorum. Quippe statum tum Ecclesiarum, tum Provinciarum publicum spectat (*a*). In Germania explicat id genus Protectionis Regiæ latius Capitulatio Cæsarea.

53 Siquis privatorum per executionem Bullæ jus suum lædi existimat, huic Placetum Regium haud obstat, quin jus suum coram legitimo Superiore possit prosequi: solet enim ipsis literis Placeti Regii sæpe adjici illa finalis clausula: *Salvo jure partis, quæ opponere poterit, quidquid opponendum judicaverit.* Senatus Brabantiæ hanc cautelam Placeto Regio subjicit: quod si occasione hujus provisionis quæstio incidat, ea instituenda, & agitanda est in possessorio quidem coram ipso Senatu Brabantiæ, in petitorio autem coram judice ecclesiastico competente, in Brabantia residente. Et si quæstio per appellationem ad Curiam Romanam foret devoluta, tunc ea coram judicibus Delegatis, & competentibus, atque ibidem in Brabantia residentibus prosequenda erit.

54 Sæpe & literis Placeti Regii aliæ clausulæ per modum restrictionis, & modificationis inscribuntur: Edicto Caroli V. præceptum est, literas Placeti non concedi in Belgio super privilegio non residendi in beneficiis curatis, nec super dispensatione in ætate, aut imperitia idiomatis; vel concessione Coadjutoriæ Præbendarum, aliorumque simplicium beneficiorum.

* 55 Generaliter ergo concludere fas est, quod in faciendis provisionibus juxta moderatio sit adhibenda. Querebatur olim

(*a*) Capit. Cæs. Art. XIV. § 1.

olim S. Chrysostomus (*a*): *Id unum non spectant, quod solum spectandum foret, nempe animi virtutem; sed aliæ sunt causæ; quibus honores conciliantur;* v. g. *hic, quod genere claro natus sit: — Ille quod opibus abundet: — alius, quod ab adversariis ad nos confugerit: alius sibi genere propinquum necessarium, alius adulatorem cæteris anteponere mavult; non est, qui eum, qui idoneus sit, spectare velit, aut animi partes explorare curet.* Juxta S. Hieronymum (*b*): *Cernimus plurimos hanc rem beneficium* arbitrarium *facere, ut non quærant eos in Ecclesiæ columnas erigere, quos plus cognoscunt Ecclesiæ prodesse, sed quos vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequiis deliniti, vel pro quibus Majorum quis rogaverit:* Ait S. Bernardus (*c*): *Nunquid hac ille* Apostolus *servitute hominibus inserviebat in acquisitione turpis quæstus? Nunquid cum de toto orbe confluebant ambitiosi, avari, simoniaci, sacrilegi, concubinarii, incestuosi, & quæque hujusmodi monstra hominum, ut ipsius Apostolica authoritate vel obtinerent honores ecclesiasticos, vel retinerent.* Absit tanta indiscretio? Quid æquius reliquo monito S. Patris (*d*)? *Alius pro alio, alius & forte pro se rogat. Pro quo rogaris, sit suspectus. Qui ipse rogat pro se, jam judicatus est: nec interest per se, an per alium quis roget.*

TIT. VIII.

De Jure Patronatus.

CAP. I.

De Origine Juris Patronatus.

1 Superest plenior supplicationum usus in Ecclesiis Juris Patronatus, quod in Oriente per Oratoria privata cœpit. Urgebat S. Chrysostomus (*e*) Magnates, ut in prædiis suis Ecclesias, id est, Oratoria erigerent, adscituri Clericum ad Sacra quotidiana facienda. *Ideo oro*, inquit, *& supplico*, & *gratiam puto, immo & legem pono, ut nullus, qui habet villam, appareat carere Ecclesia.* En prima vestigia Patronatus laici in Oriente.

2 In Occidente Concilium Arausicanum (*f*) jus Patronatus ecclesiastici explicat. *Siquis*, ait, *Episcoporum in alienæ ci-*

(*a*) S. Chrys. de Sacerd. lib. 3. c. 1. (*b*) S. Hier. in Isai. c. 57.
(*c*) S. Bern. de Consid. lib. 1. c. 4. (*d*) Lib. IV. c. 4.
(*e*) S. Chrys. in act. hom. 18. (*f*) Conc. Araus. c. 10.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

civitatis territorio Ecclesiam ædificare disponit, vel pro fundi sui negotio, vel ecclesiastica utilitate, vel pro quacunque sua opportunitate, præmissa licentia ædificandi, quia hoc prohibere votum nefas est, non præsumat dedicationem, quæ illi omnimodis reservatur, in cujus territorio Ecclesia assurgit, ædificatori Episcopo reservata hac gratia, ut, quos desiderat in re sua Clericos videre, ipsos ordinet is, cujus territorium est, vel, si ordinati jam sint, ipsos habere acquiescat. Et omnis Ecclesiæ ipsius ordinatio ad eum, in cujus civitatis territorio Ecclesia surrexerit, pertinebit.

3 Quum in Oriente nonnunquam Episcopi votis Patronorum deessent, aut & Patroni indebita jura sibi arrogarent; Justinianus Jus Patronatus laicum ita moderatus est, ut Fundatoribus, eorumque hæredibus jus præsentandi, nominandique Ministros, Administratores, & præfectos eorum locorum integrum esset, reservata Episcopi diœcesani authoritate, eos justo examine probandi, ordinandique. En hujus argumenti Decreta. *L.* 46. *C. de Episc. & Cler. Nov.* 57. *c.* 2. *Nov.* 153. *c.* 18.

4 Hoc exemplo & in Occidente Jus Patronatus laicum invaluit. Statuit Concilium Arelatense VI (*a*). *Ut laici Presbyteros absque judicio proprii Episcopi non ejiciant de Ecclesiis, nec alios immittere præsumant. Ut Laici omnino à Presbyteris non audeant munera exigere propter commendationem Ecclesiæ.* Rejectis his corruptelis decernit Synodus Parisiensis VI (*b*). *Si laicus idoneum, utilemque Clericum obtulerit, nulla qualibet occasione ab Episcopo sine certa ratione repellatur; &, si rejiciendus est, diligens examinatio, & evidens ratio, ne scandalum generetur, manifestum faciat.*

5 Juxta Decretum Concilii Toletani IX. *Quamdiu Fundatores Ecclesiarum*, utpote Patroni, *in hac vita superstites exiterint, pro eisdem locis curam permittantur habere sollicitam, & sollicitudinem ferre præcipuam; atque Rectores idoneos in iisdem Basilicis iidem ipsi offerant Episcopis ordinandos. Quod si tales forsan non inveniantur ab eis, tunc quos Episcopus loci probaverit Deo placitos, sacris cultibus instituat*, cum eorum conniventia servituros Refert. *c.* 32. *XVI. q.* 7.

6 Auctis bonis ecclesiasticis & aliæ Ecclesiæ aliis Patronis pro tutela piorum proventuum egere videbantur. Sub initium sæculi VI. Patres Africani in Concilio Carthaginensi nomine omnium Provinciarum à gloriosissimis Imperatoribus

(*a*) Conc. Arel. c. 4. & 5. (*b*) Conc. Paris. c. 22.

bus petendum censuere, *ut dent facultatem defensores constituendi scholasticos, qui in actu sunt, vel in munere defensionis causarum: ut, more Sacerdotum Provinciæ, iidem ipsi, qui defensionem Ecclesiarum susceperint, habeant facultatem pro negotiis Ecclesiarum, quoties necessitas postulaverit, vel ad obsistendum obrepentibus, vel ad necessaria suggerenda, ingredi judicum Secretaria.* En Patronos causarum, quia à Clericis, & Episcopis alienum existimabatur, pro rebus temporalibus in judicio stare. Superest fragmentum. *c.* 10. *XXIII. q.* 3.

7 Successu temporis hi Patroni causarum Advocati, Vicedomini, Defensores & Custodes dicti sunt. Quippe non amplius ex scholasticis, veluti Causidici, sed ex potentibus, & Optimatibus veluti Judices electi sunt. Juxta leges Longobardorum (*a*) *omnibus Episcopis, Abbatibus, cunctoque Clero omnino præcipitur, Vicedominos, Præpositos, Advocatos, sive Defensores bonos habere, non crudeles, nec cupidos, non perjuros, non falsitatem amantes, sed Deum timentes, & in omnibus justitiam facientes.*

8 Erat horum Advocatorum, tum infestationes & irreptiones extraneas armis repellere, tum Ecclesiis ipsis, earumque colonis, & subditis jus dicere; nec porro gratis hæc judicia, quæ placita dicebantur, tenere videbantur, sed certa jura assignata habebant. Refert Miræus chartam Conradi Imp. qua ann. 1145. tertia pars bannorum (*b*), seu mulctarum Advocato relinquitur: *Tertiam pecuniæ partem in talibus generalibus placitis acquisitæ recipiet Advocatus.*

9 Plerumque ipsi Fundatores Advocatum nominabant, aut ab Imperatore petebant. Hinc in illa charta Conradus hæc verba facit: *Nostræ discretionis est, legaliter providere tam legitimum Monachis Advocatum, qui potius prodesse noverit, quam obesse, potius allodium tueri, quam vastare.*

10 Inter hæc, quia Ecclesiarum aliquando banna, & territoria magis diffusa erant. Advocatis & jus fuit, advocatias illas aliis in beneficium, seu feudum concedendi. Superest apud Miræum in diplomatibus Belgicis exemplum Balduini Comitis Flandriæ (*c*), qui Advocatiam Abbatiæ Ethamensis sibi ita retinuit, ut tamen Subadvocatum fecerit Arnulphum de Aldenarda: *Cui*, inquit, *injungimus, suppl re vicem nostri, in parvis tantum negotiis, nobis majora reservantes.*

(*a*) LL. Longob. l. 2. tit. 42. cap. 5. (*b*) Miræ. Cod. Piar. Donat. c. 93. (*c*) Lib. 1. c. 35.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

11 Irruentibus hac occasione corruptelis, necessarium videbatur has Subadvocatias ad unam restringere, ejusque jura definire. Otho I. ea conditione Lambertum Comitem Lovaniensem (*a*), Monasterii Gemblacensis, Advocatum dedit, ut nunquam, in Advocatia Gemblacensi, præter unum Subadvocatum habeat. Tum præcepit, ut *Subadvocatus in villis, ad Abbatiam pertinentibus, nihil aliud juris habeat, nisi per singulos annos de unaquaque domo denarium unum, Gallinam unam, & avenæ sextarium unum.*

12 Novo jure meminit Lucius diversorum titulorum, quibus nonnulli in Advocatias, & Subadvocatias obrepserant, ut indebitas exactiones sibi arrogare possent. Quid æquius, quam quod Pontifex eos ad antiquos, & moderatos reditus, à locorum Episcopis institutos, per censuram ecclesiasticam restrinxerint? *c. 23. de Jur. Patr.*

13 Desperatis tam æquis remediis consultissimum superfuit (*b*), arbitrium eligendi Advocatum ipsis Ecclesiis adjicere. In notitia Ecclesiarum Belgicarum extat Instrumentum donationis, quo Gomes Boloniæ Collegio Canonicorum Lensensium in Arthesia *liberam potestatem concedit assumendi, quemcumque voluerint Advocatum, qui tamdiu, & non ulterius eorum rebus, vel eorum causis præsit, quamdiu eis placuerit.*

14 Missis abhinc qua pretio, qua precibus veteribus Advocatis, res ad supremos Principes, veluti Procuratores, & Defensores recidit. Godofredus Barbatus, Lotharingiæ, & Brabantiæ Dux montem S. Guilberti ann. 1123. eo immunitatis privilegio donat: *Uno*, inquit (*c*), *me excepto, nullus ibi quidquam juris haberet; Advocatum nullum, nisi me, susciperet. Per Abbatem, & me, si necessitas exigeret, componenda componerentur, corrigenda corrigerentur.*

15 Explicat Carolus V. vetus id privilegium Ducis Brabantiæ: *quod ab omni ævo Dux Brabantiæ fuit tutor, & protector omnium Monasteriorum, & locorum piorum, & bonorum eorum in Brabantia, & per dictum Venatorem* (utpote supremum Præfectum sylvarum) *ea defendit, ac protexit; & ideo idem Venator omnes injuriantes ejus punire potest, & de omnibus delictis in Monasteriis ab aliquibus eo venientibus commissis cognoscere, & punire, excluso loci ordinario Officiario, qui nequidem*, ad effectum mulctarum, *per prævention-nem punire potest.* Hæc jurisdictio Præfecto saltuum ea occasione olim obtigisse censetur, quod primi Monachi, & Regulares in sylvis, & ture habitare consuevissent, ut semoti à

(*a*) Oth. I. diplom. (*b*) Miræ. supr. c. 101.
(*c*) Cond. prior. Donat. cap. 78.

à strepitu sæculari divinis contemplationibus uberius vacarent.

16 His missis, Jus Patronatus vulgare distinguitur, in ecclesiasticum, & laicum. Statuit Concilium Constantinopolitanum IV. *Si Episcopus convictus fuerit construxisse Monasterium de reditibus ecclesiasticis, tradat ipsum eidem Ecclesiæ Monasterium. Si vero de propriis rebus, aut aliis quibusdam conventionibus, habeat id secundum propriam potestatem, & voluntatem, omni vita sua; & post finem vitæ dimittat, & conferat hoc, quibuscumque voluerit: non tamen sæculare diversorium fiat.* Cap. 2. De var. spec. jur. Pat. Conc. Const. c. 15.

17 Nostris moribus Jus Patronatus laicum censetur, quod ratione patrimonii tenetur, sive à laico, sive à Clerico. Ecclesiasticum enim titulo beneficii, sive Ecclesiæ competere debet. Neque refert, quod primitus ex patrimonio ortum, postea quovis modo, testamento, aut donatione in Ecclesiam, vel Capitulum regulare, sæculareque translatum fuerit, ut dignitati, vel beneficio, vel Ecclesiæ perpetuo cohæreat; abhinc enim ecclesiasticum esse incipit. *Arg. C. un. de Jur. Pat. in 6.*

18 Interdum contingit, ut idem beneficium sit Juris Patronatus laici, & ecclesiastici. Et siquidem id jus est divisum, seu alternativum, pro turno laico laicum, pro turno ecclesiastico ecclesiasticum reputatur: si vero id jus sit simultaneum, Jus Patronatus mixtum appellatur, tanquam ex duobus compositum. Recepta tunc est regula, quod jura utriusque invicem communicentur, ut spectetur unius, & alterius conditio, quæ favorabilior est, quia propter communionem non privilegiatus fortitur naturam privilegiati. Et huic prærogativa locus est, etsi inter Patronos ecclesiasticos vel unus foret laicus, & vice versa. *Arg. cit. cap. in 6.*

19 Sed quo refertur Jus Patronatus Confraternitatum laicorum, Ædituorum, Ecclesiarum, Universitatumque studiorum? Laicum esse plerique pronuntiant, tametsi hæc Collegia speciali cuidam Ecclesiæ adhæreant; spectantur enim hæc corpora magis ut laica, quam ut ecclesiastica.

20 Alibi Jus Patronatus in reale, & personale dividitur. Jus Patronatus reale cæpit ex Oratoriis, quæ Magnates in suis prædiis ad usum familiæ extruxerant. Successu temporis hæc Oratoria in Parochias, aliaque beneficia, & ipsa Capitula Canonicorum succreverunt, in quæ inde superest Jus veteris Patronatus.

21 Jus Patronatus personale à reali distinguitur, quod

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® BIBLIOTECA UNIVERSITARIA "ALFONSO REYES" MONTERREY, MÉXICO

hoc prædio, aut fundo ita inhæreat, ut in quemque possessorem illius rei transeat; personale vero in hæredes transmittatur. Personale enim instar crediti, reale ad exemplum servitutis æstimatur. *Arg. c. 7. de Jur. Patr.*

Cap. 3. De modo acquir. & prob. Jus Patron.

22 Jus Patronatus fundatione ipso jure constituitur si modo vera sit, utpote talis, quæ &c. sufficientem dotationem tribuit. Nam jure Canonum fundatio requirit justam dotem. Rescripsit Clemens III. *Quod si aliquis Ecclesiam cum assensu Diœcesani* (cujus est necessarias impensas prolumnaribus, pro custodia, & ministrorum stipendiis prævie à Fundatore exigere) *construxit, ex eo Jus Patronatus acquirit.* Refert. *c. 75. de Jur. Patr. integ. lect.*

23 Si ergo constet, aliquem esse Fundatorem, vel Fundatoris hæredem, ipsi Jus Patronatus adjudicabitur; eoquod fundatio secum trahat Jus Patronatus; ideoque Fundatori præsumatur reservatum, nisi contrarium quodammodo ostendatur, utpote, quod Fundator, ejusque hæredes Jure Patronatus hactenus usi non sint, ut successu temporis illud jus remisisse videri queant. *c. 41 de Testib.*

24 Statuit Concilium Tridentinum (*a*), *quod nemo, etiam cujusvis dignitatis ecclesiasticæ, vel sæcularis, quacunque ratione, nisi Ecclesiam, beneficium, aut Capellam de novo fundaverit* per assignationem justæ dotis, *& construxerit; seu jam erectam, quæ tamen sine sufficienti dote fuerit, de suis propriis, & patrimonialibus bonis competenter dotaverit, Jus Patronatus impetrare, aut obtinere possit, aut debeat.*

25 Absit inde, quod omnis constructio (*b*), vel dotatio titulum præbeat Juris Patronatus! Inquit S. Synodus: *Patronatus quicunque in Ecclesiis, & quibuscunque aliis beneficiis, etiam dignitatibus antea liberis, acquisiti à quadraginta annis citra, & in futurum acquirendi, seu ex augmento dotis, seu ex nova construc ione, vel alia simili causa, etiam authoritate Sedis Apostolicæ, ab iisdem Ordinariis, uti delegatis, ut supra, qui nullius in his facultatibus, aut privilegiis impediantur, diligenter cognoscantur, & quos non repererint ob maxime evidentem Ecclesiæ, vel beneficii, seu dignitatis necessitatem legitime constitutos esse, in totum revocent.*

26 Enimvero Patronos à reliquis benefactoribus, qui quidquam vel in structuram, vel in dotem contulerint, oportet distinguere. Absit, quod his benefactoribus Episcopus quoddam jus in præjudicium Patroni, nisi ejus accesserit consensus, con-

(*a*) Trid. sess. 14. c. 12.
(*b*) Sess. 25. c. 9.

concedere possit. Si tamen de dotanda Ecclesia interpellatus, officium recuset, non apparet, cur Episcopus Jus Patronatus alteri, qui dotem, vel augmentum dotis ea conditione offerre velit, spondere non posset, saltem ut una cum Fundatore concurrat, si necessitas, aut evidens Ecclesiæ utilitas dotem, aut ejus augmentum requirat, eaque haberi nequeat, nisi eam offerenti Jus Patronatus annuat. Quia enim fundatio dotem requirit, censetur dotans quodammodo in fundatione partem ferre. Constructio quippe sine dote ad exhibendum cultum divinum prope inutilis, aut exigui effectus est. Quid ergo? si unus aream, fundumque præbet, alter expensas structuræ confert: tertius dotem offert? omnes in solidum Jus Patronatus assequuntur.

27 Novi juris argumentis Jus Patronatus ex titulo præscriptionis obtineri potest. Si tamen agatur de præscriptione Juris Patronatus, præsertim laicalis adversus Ecclesiam liberam, exigitur tanti temporis possessio, cujus memoria in contrarium non existat, quia jus commune ei refragatur. *Argum. cap. 1. de Restr. in 6.*

28 Juxta Tridentinum Decretum (*a*): *Titulis Juris Patronatus sit ex fundatione, vel dotatione, qui ex authenticis documentis, aut aliis jure requisitis ostendatur: sive etiam ex multiplicatis præsentationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat.* Quia Concilium numerum multiplicatarum præsentationum non expressit, censent tres præsentationes requiri, sufficereque. *Argum. cap. 3. de caus. Possess. & Propr.*

29 Ait præterea Synodus Tridentina (*b*): *In iis personis, seu Communitatibus, vel Universitatibus, in quibus id jus plerumque ex usurpatione potius quæsitum præsumi solet, plenior, & exactior probatio ad docendum verum titulum requiratur: nec immemorialis temporis probatio aliter eis suffragetur, quam si, præter reliqua ad eam necessaria, præsentationes, etiam continuatæ non minori saltem, quam quadraginta annorum spatio, quarum omnes effectum sortitæ sint, authenticis scripturis probentur.*

30 En reliquum Decretum: *Reliqui Patronatus omnes in beneficiis, tam sæcularibus, quam Regularibus, seu Parochialibus; vel dignitatibus, aut quibuscunque aliis beneficiis, in Cathedrali, vel Collegiata Ecclesia: seu facultate, & privilegia concessa tam in vim Patronatus, quam alio quocunque jure nominandi, eligendi, præsentandi ad ea, cum vacant (exceptis Patro-*

(*a*) Trid. supr. (*b*) Ibi.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tronatibus super Cathedralibus Ecclesiis competentibus ; & exceptis aliis , quæ ad Imperatorem , & Reges, seu regna possidentes , aliosque sublimes , ac supremos Principes , jura imperii in dominiis suis habentes , pertinent , & quæ in favorem studiorum generalium concessa sunt) in totum prorsus abrogata , & irrita , cum quasi possessione inde secuta (tam ad possessorium quam petitorium) *intelligantur , beneficiaque hujusmodi , tanquam libera , à suis Collatoribus conferantur ; ac provisiones hujusmodi plenum effectum consequantur.*

31 In Gallia tamen , Belgio , aliisque Provinciis veteris juris usus superest pro Patronatu laico , quia Tridentinum Decretum receptum non est , nisi expressa illa clausula : *Salvo jure Patronatus laici.* Inde possessio immemorialis pro titulo ipso habetur , probatioque Juris Patronatus eadem forma , qua aliorum probatio jurium admittitur , atque possessorium adjudicatur possidenti , sive ei , qui in quasi possessione est. Consequenter præsentatus à Possessore præfertur ei , qui est à proprietario præsentatus juxta *cap.* 19. *de Jure Patr.*

32 Reliquo usu adversus Jus Patronatus laicum triginta annis præscribitur : desiderantur vero quadraginta anni , si de præscriptione Patronatus ecclesiastici agatur. Auctus est numerus Patronatuum ecclesiasticorum , postquam laici , qui inde à Sæculo IX. Ecclesias pleno arbitrio usurparunt , ut pro libitu Clericos instituerent , destituerentque , compulsi sunt , Clericos , quos præficere volebant , Episcopo præsentare. Enimvero ea occasione plerique Dynastarum eas Ecclesias , quas in feudum receperant, Canonicis, & Monachis relinquere eo jure, quo potiti sunt , voluerunt. Inde enim illud Jus Patronatus , quod origine sua laicum erat , ecclesiasticum esse cæpit Refert Gratianus vetus Concilii Cabillonensi Decretum. *c.* 38. *XVI. q.* 7.

33 Jus novum & Papæ privilegium vindicat concedendi Jus Patronatus , quia eum Ordinarium Ordinariorum ex Decretalibus esse probat. Verum his prætensionibus , quatenus præjudicio essent liberis collationibus Ordinariorum , refragantur Galli , & Germani , quibus persuasum est , Pontificis potestatem , juxta iterata Decreta Concilii Constantiensis , & Basileensis (*a*) , restringi ad Canonum observantiam.

Cap. 1. De transl. Patron.

34 Omne Jus Patronatus ecclesiasticum reale est ; officio enim , dignitati , beneficioque inhæret , ut ad quemcunque possessorem illius tituli transeat. Quippe separatim ab ipso beneficio transferri non potest , nisi adhibitis solemnitatibus, quæ ad

(*a*) Conc. Const. sess. IV. & V. Conc. Basil. sess. II. & III.

ad alienationem rerum , juriumque ecclesiasticorum requiruntur.

35 Jus Patronatus & laicum in quemque Possessorem illius fundi , cui Patronatus inhæret , transit. Hinc jure novo Hospitalarii , empto feudo , Jus Patronatus acquisiisse dicuntur, quia illi feudo adhæret. *c.* 13. *de Jure Patr.*

36 Declaravit Alexander III. præsentationem Clerici , vigore Juris Patronatus annexi cuidam villæ , competiisse militi, si constiterit , villam fuisse milliti illi à Monasterio , cui dominium illius fundi competebat , datam ad firmam , id est , ad longum tempus elocatam ; quia dominium utile consecutus censetur. Enimvero tum temporis sat frequenter Monasteria laicis prædia ad firmam , utpote ad longissimum tempus , elocabant, ut eorum , qui per tam diuturnam possessionem dominio utili frui permittebantur , gratiam , & patrocinium mererentur. *cap.* 7. *ibi.*

37 Bonæ fidei Possessor & ipse in jure præsentandi potior superveniente domino habetur , eoquod Possessor B. F. vi utilis dominii irrevocabiliter fructus consumptos suos facit , si ex eis factus non sit locupletior. *cap.* 19. *dict. tit.*

38 Sed quid ? An in creditorem , cui fundus pignori datus est , Jus Patronatus transit ? Decidit ann. 1420. Synodus Salisburgensis (*a*) : *Ad omnium quoque dubitationem , sive quæstionis materiam amputandam statuimus , ut , siquis prædium suum, cui Jus attinet Patronatus , cuiquam obligaverit indistincte , jus præsentandi apud ipsum obligantem resideat. Cum tale jus æstimari non possit ac in sortem nequeat computari.*

39 In reliquis jure decissum est , non posse Jus Patronatus separatim à fundo , cui veluti servitus inhæret , distrahi , aut pretium fundi , causa inhærentis Juris Patronatus , augeri. *cap.* 16. *de Jur. Patr.*

40 Jus Patronatus personale , quia veluti creditum censetur , transit ad hæredes , sive ex testamento , sive ab intestato. Itaque hæredes omnes in solidum ad præsentationem concurrunt ; ita tamen , ut ipsa præsentatio , veluti unica, nomine omnium fiat. *c.* 1. *ibi.*

41 Si plures fuerint Patroni , omnes hæredes unum tantum suffragium , quale & defunctus habuit , habebunt. Inquit Papa: *Ut ergo facilius provideatur Ecclesiis , non inconveniens reputamus , Patronos ipsos , & hæredes inter se libere posse convenire de Rectore ab eis alternis vicibus præsentando.* Refert. *Clem. 2. de Jur. Patr.*

Præ-

(*a*) Synod. Salisb. cap. 22.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

42 Præsentandi hic modus, utpote alternis vicibus, hodie turnus vocatur, qui duplex est. Aliquando enim nomine proprio competit, ita, ut in eo acru alter Patronus nullas partes habeat. Aliquando vero dividitur, ita quidem, ut unus nomine omnium nominet. In Anglia ann. 1227. convenit inter Abbatem S. Augustini Cantuariensis (*a*), & Barones regni, ut, quotiescunque Ecclesia N. vacaverit, *Abbas, & Conventus S. Augustini Cantuariensis una vice, libere pro sua voluntate conferrent Ecclesiam prænominatam, cui voluerint, & Barones alia vice pro voluntate sua. Præsentabunt autem Abbas, & Conventus per literas facientes mentionem de Jure Baronum S. & Barones similiter de S. præsentabunt per literas facientes mentionem de Jure Abbatis.*

43 In Gallia Jus Patronatus præsertim laicale, tanquam temporale, & patrimoniale habetur; ut receptum sit, quod sicut de temporalibus laici non sint coram Judice ecclesiastico conveniendi, ita nec de Jure Patronatus laico vel in petitorio, vel in possessorio Judex ecclesiasticus cognoscere possit, licet Decretum Alexandri III. diserte refragetur. *c. 3. de Judic.*

Cap. 5. De Præsent.

44 Juris Patronatus frequentior prærogativa in jure præsentandi elucet. Veteri more, quo Ordinationi titulus beneficii adhæsit, Patronus Clericum obtulit ordinandum, si idoneum Episcopus comprobasset. *c. 32. XVI. q. 7.*

45 Postquam invaluit, quod provisio beneficii ab ordinatione separetur, Jus Patroni ad præsentationem recidit, ut Episcopus eum in beneficio, velut Ministrum Ecclesiæ instituat. Inquit Gratianus: *Habet* Patronus *jus providendi, consulendi, & Sacerdotes inveniendi*, utpote ad præsentationis effectum. *Grat. ad c. 30. XVI. q. 7.*

46 Officium Episcopi est, oblatum, præsentatumque à Patrono Clericum, si idoneus appareat, admittere. Inquit Concilium Toletanum IX. *Quod si spretis ejusdem* (Ecclesiæ) *fundatoribus, Rectores ibidem præsumpserit Episcopus ordinare, & ordinationem suam irritam esse noverit, & ad verecundiam suam alios in eorum loco* (*quos iidem ipsi Fundatores condignos elegerint*) *ordinari.* Refert. *c. 32. XVI. q. 7.*

47 Novo jure inde hæc institutio necessaria dicitur, quia ei, quem Patronus nominavit, necessario beneficium conferri debet, nisi præsentatus absolute inidoneus appareat. *Arg. c. 1. de Præb. in 6. & alibi.*

Sy-

(*a*) Guil. Thron. in Chron.

48 Synodus Romana (*a*) tum sub Eugenio II. tum sub Leone IV. statuit: *Si sæcularium hominum sub jure* (utpote Patronorum laicorum) *sint constitutæ* (Ecclesiæ) *ab Episcopo illius diœcesis admoneantur. Et si admoniti* (illi Patroni) *Presbyteros intra trium mensium spatium ibidem neglexerint constituere, curam exinde habens Episcopus, absque neglectu*, id est mora, *Principi suggerat, quatenus ejus emendetur sententia.*

49 Alexander III. in Concilio Lateranensi III. (*b*) decernit, *ut ordinet Antistes*, utpote Episcopus, *Ecclesiam, sicut viderit melius secundum Deum ordinandam — si de Jure Patronatus quæstio emerserit inter aliquos, & cui competat, intra* tres menses *non fuerit definitum.*

50 Quum nonnulli Codices tribus illis mensibus quatuor substituissent, interpretatione recepimus, Patrono laico quatuor menses ad præsentationem esse relictos. Nam & in Decretalibus Gregorii IX. lectio quatuor mensium substituta apparet. *c. 3. de Jur. Patr.*

51 Hac interpretatione succrevit differentia inter Patronatum laicum, & ecclesiasticum, cui sex menses relinquere placuit, quia Patronatus ecclesiasticus jure cujusdam collatoris censetur; atque inde de Patronatu ecclesiastico explicare libuit Dectetum Alexandri III. *c. 22. ibi.*

52 Hanc differentiam alterutrius Patronatus posthac probavit Bonifacius VIII. eo Decreto, quo declaravit, quod semestre competat etiam Ecclesiæ, vel Monasterio; veluti Patrono ecclesiastico, cui à laico Juris Patronatus cessio facta est. *c. un. de Jur. Patr. in 6.*

53 Succrevit & alia differentia. Consultus est Lucius III. si Patronus Clericum idoneum Episcopo præsentaverit, & postmodum, priore non revocato, alium æque idoneum postulaverit in eadem Ecclesia admitti; quis eorum alteri præferendus sit? Rescripsit Pontifex: *Judicio Episcopi credimus relinquendum, si laicus fuerit, cui jus competit præsentandi. Verum si Collegium, vel ecclesiastica persona*, Jure Patronatus ecclesiastici, *habeat præsentationem; qui prior est tempore, jure potior esse videtur.* Refert. *c. 24. de Jure Patr.*

54 Hæc Pontificis distinctio axioma peperit, Patrono laico variationem per accumulationem præsentationum esse datam, ut ex præsentatis habiliorem eligat Episcopus; quippe præsentatio laici veluti supplicatio spectatur, quæ nullum jus præsentato ex suo genere tribuit. At vero præsen-

(*a*) Synod. Rom. sub Eug. c. 24. sub Leon. c. 24. (*b*) Conc. Later. c. 17.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tatio Patroni ecclesiastici instar collationis æstimatur, ut jure potior esse mereatur, qui prior est tempore.

55 Ex hac differentia nata est & alia, quod Patronus ecclesiasticus, si indignum præsentavit, ea vice jus præsentandi amittat; quod tamen Patronus laicus retinere dicitur, ut alium præsentare possit, quod probare contendunt per *c.* 4. *de Jur. Patr.* Ast olim & laicus, si indignum præsentasset, ea vice jure præsentandi excidit. *Nov.* 123. *c.* 18.

56 Si laicus infra quadrimestre, Ecclesiasticus infra semestre ab habita notitia vacationis neminem præsentaverit Episcopus illud beneficium jure ordinario, qui ea vice liberum apparet beneficium, confert. Sic censent, validam esse, & præterita præsentatione Patroni, collationem Episcopi, si Patronus acquiescere velit, quia collatio proprio jure, non jure devoluto, Episcopi est.

57 Patronus præsentare dicitur, quando Clericum Episcopo, vel alteri Collatori instituendum, vel ordinandum exhibet. Jure novo alicubi invaluit consuetudo, *quod ad Ecclesias, in quibus Collegia jus præsentationis habere noscuntur, eorum Abbates, aut per se, aut per literas personas idoneas Episcopo diœcesano præsentent.* Refert. *c.* 6. *de his, quæ fiunt à Præl.*

58 Hæc consuetudo hodie fere generalis est, quod nulla præsentatio, nisi per literas admittatur, debentque literæ præsentationis in forma authentica, non secus ac literæ collationis expedire. In Gallia Regio Edicto cautum est, ut literæ præsentationis expediantur à Notario Regio Apostolico.

59 Præsentatio, utcunque expedita, non censetur perfecta, nisi realiter exhibita fuerit Ordinario. Præsentationis enim nomen refertur ad alium. Hinc, quamdiu præsentationis literæ non fuerint exhibitæ Collatori, præsentatio informis adhuc est, ut possit non tantum Patronus laicus, & ecclesiasticus tum per accumulationem, tum per revocationem prioris præsentationis variare. *Arg.* 25. *de Jur. Patr. & ibi Interp.*

60 Si plures sunt Patroni, qui instar corporis habentur, præsentatio collegialiter, exemplo electionis, fieri debet. Si vero Jus Patronatus pluribus divisim sive ut singulis competit, tunc & separatim, & diverso tempore, & per diversa instrumenta præsentare possunt, ut præferatur is, qui majoribus suffragiis juvatur. *c.* 3. *de Jur. Patr.*

61 Si singuli Patroni plures præsentent, aut à pluribus præsentatus sine scandalo admitti non possit; Episcopo ea vice jus est, Ecclesiam, sicut melius secundum Deum vi-

derit, ordinandi. Consuluit Clemens V. ut ad evitanda incommoda Patroni plures eo modo præsentent, quod unus ex eis per Episcopum eligatur. *Clem.* 2. *d. t.*

62 Si controversia de ipso jure Patronatus hæreat, quæ infra quadrimestre definiri non potuit, ex tunc Collator non differat, Ecclesiæ de persona idonea providere, quia propter laicorum lites non debet Ecclesiis præjudicium generari. *c.* 27. *de Jur. Patr.*

63 Huic decisioni locus est, si neuter litigantium sit in possessione Juris Patronatus. Quippe si alteruter sit in possessione, hic indubie ad præsentandum admittendus est, quia pendente lite nemo spoliatur jure. *c.* 3. *de caus. Possess. & Propr.*

64 Et vero si constet, Ecclesiam esse patronatam: quæstio tamen sit, utri è duobus jus præsentandi competat; si uterque salvo suo jure in eamdem personam consentiat, institutio neganda non erit. Synodus Oxoniensis (*a*) ann. 1222. inde statuit: *Si ob pendentem litem post quatuor menses nullus fuerit præsentatus, Episcopus nulli Ecclesiam illam conferat pro hac vice, nisi de utriusque Patroni consensu, ne saltem aliquod præjudicium alteri Patronorum videatur generari, si postmodum evicerit Jus Patronatus.*

65 In Gallia & alibi usus viget, quod, Patronis dissentientibus, si à singulis diversi præsententur, omnibus institutio detur sine alterutrius præjudicio; quia, habita institutione, solent sibi in possessorio apud judices Regios providere.

66 Hinc plures præsentati apud Judices Regios agunt invicem vel interdicto, uti possidetis, vel unde vi, & celeriter, aut alteri ex iis adjudicatur *Recredentia*, ut vocant, possessorium momentaneum: vel Judices illi eum in pleno possessorio tuentur, vel sequestrant controversam Ecclesiam, vel ejus curam alteri extraneo Clerico committunt. *c.* 15. *de Judic.*

67 Quantum ad alimentationem Patroni statuit Concilium Toletanum IV. *Præbendum est à Sacerdotibus vitæ solatium indigentibus; & maxime his, quibus restituenda vicissitudo est gratitudinis — si enim Clericis, vel Monachis, seu peregrinis, aut quamlibet necessitatem sustinentibus, pro solo religionis intuitu, in usum res ecclesiasticæ largiuntur, quanto magis his* in egestate *consulendum est, quibus retributione justa* pro fundatione *debetur.* Superest fragmentum. *c.* 30. *XVI. q.* 7. Cap. 6. de Jur. alim. & Inspect.

(*a*) Synod. Oxon. c. 3.

68 Hoc exemplo & novo jure præcipit Pontifex: *Pro fundatione quoque Ecclesiæ honor processionis fundatori servatur; & si ad inopiam vergat, ab Ecclesia illi modeste* (utpote secundum facultates Ecclesiæ, & qualitatem personæ, amplitudinemque beneficii) *succurritur; sicut in sacris Canonibus est institutum.* Refert. *c.* 25. *de Jur. Patr.*

69 Exinde patet, fundatori, dotatorique Patrono deberi ipso jure, utpote titulo gratitudinis, justam alimentationem, independenter ab ulla reservatione facta in fundatione. Interim liberum est fundatori vel sibi, vel successoribus, & hæredibus, atque etiam & tertio pensionem, vel censum, vel jus quoddam aliud; v. g. fructus vacantis Ecclesiæ, in fundatione reservare, si modo authoritate Episcopi probetur. *c.* 16. *de Cens.*

70 Interest ergo Patroni, tum integritati bonorum oblatorum, tum observantiæ aliarum legum fundationis invigilare. Juxta Decretum Concilii Toletani IV. *Constitutum est à præsenti Concilio, Episcopos Diœceses suas ita regere, ut nihil ex earum jure præsumant auferre — quodsi amplius quippiam ab eis præsumptum extiterit, per Concilium restauretur, appellantibus, aut ipsis Conditoribus* (utpote Patronis) *aut certe propinquis eorum, si jam illi à sæculo discesserint.* Refert. *c.* 60. *XVI. q.* 1.

71 Ex sententia Concilii Toletani IX. *Filiis, vel nepotibus, honestioribusque propinquis ejus, qui construxit, vel ditavit Ecclesiam, licitum sit, hanc bonæ intentionis habere solertiam, ut, si sacerdotem, vel ministrum aliquid ex collatis rebus prævidesint defraudare, aut commonitionis honestæ conventione compescant, vel Episcopo, vel Judici corrigenda denuntient. Quodsi talia Episcopus agere tentet, Metropolitano ejus, hæc insinuare procurent. Si autem Metropolitanus talia gerat, Regiis auribus intimare non differant. c.* 31. *XVI. q.* 7.

72 In reliquis & Patronorum, hæredumque potestas restringenda fuerat, ut sibi nihil indebitum arrogarent. Ait Concilium Toletanum IV. *Noverint Conditores Basilicarum, in rebus, quas eidem Ecclesiæ conferunt, nullam se potestatem proprii* arbitrii *habere; sed juxta Canonum instituta, sicut Ecclesiam, ita & dotem ejus ad ordinationem Episcopi pertinere.* Refert. *c.* 6. *X. q.* 1.

73 His argumentis statuit Concilium Tridentinum (*a*): *Patroni vero in iis, quæ Sacramentorum administrationem spectant,*

(*a*) Trid. sess. 24. c. 3.

tant, nullatenus se præsumant propria authoritate *ingerere? Neque visitationi ornamentorum Ecclesiæ, aut bonorum stabilium, seu fabricarum proventibus,* veluti judices, *se immisceant; nisi quatenus eis ex institutione, aut fundatione competit.*

74 Supersunt Patronis, qui tales sunt ex fundatione, dotatioueque, diversa alia jura, quæ honorifica dicuntur: inter hæc vulgariter recensentur honor processionis, thuris, precum, sedis, aquæ benedictæ, & sepulturæ. Quippe hi honores fundatori debentur ipsi, etsi præsentationi renuntiaverit. Cap. 7. De Jur. honorif. Patr.

75 Meminit Gelasius I. processionis eo moderamine, quod, dedicatione noviter constructæ, & dotatæ Ecclesiæ peracta, Fundator in ea Basilica ad Missarum solemnia procedere possit, sicut fidelibus omnibus conceditur aditus ad Ecclesias publicas ab Episcopo dedicatas. *c.* 26. *&* 27. *XVI. q.* 7.

76 Jure novo honor processionis duplici modo Patrono exhibetur; utpote quod ei processionaliter, si ad Ecclesiam venerit, à Clero occurrendum sit, si Patronus talis, & tantus v. g. Princeps sit; atque quod ei honoratior locus in solemni, & publica processione cedatur. *c.* 25. *de Jur. Patr. & ibi Interp.*

77 Honor thuris, sive suffitus consistit in speciali, ac honorifica incensatione, quæ in signum eminentiæ, aut benevolentiæ cuiquam exhibetur. Jam pridem Episcopus, & Sacerdotes singillatim, ac separatim à reliquo Clero, & populo suffitum accepisse, sat indicat vetus Ordo Romanus. Jure novo meminit Honorius III. Monasterium S. Georgii Patriarchæ Gradensi honorem incensi exhibuisse. *c.* 8. *de Caus. Possess. & Propr.*

78 Aspersio aquæ benedictæ, quod ante alios, & separatim veluti ad notam reverentiæ, Patrono impendatur, inter prærogativas recensetur. Vetant tamen recentiores Constitutiones cuiquam vel sacerdotum, vel laicorum aspergillum porrigi, excepto solo Episcopo.

79 Honor precum in speciali recitatione, & commendatione nominum inter preces consistit. Inquit Synodus Emeritensis (*a*): *Salubri deliberatione censemus, & pro singulis quibusque Ecclesiis, in quibus Presbyter jussus fuerit per sui Episcopi ordinationem præesse, pro singulis diebus dominicis sacrificium Deo procuret offerre, & eorum nomina, à quibus eas Ecclesias constat esse constructas, vel qui aliquid his SS. Ec-*

(*a*) Synod. Emerit. c. 19.

Ecclesiis videntur, aut visi sunt contulisse, si viventes in corpore sunt, ante altare recitentur tempore Missæ. Quodsi ab hac decesserint luce, nomina eorum cum fidelibus defunctis recitentur in suo ordine.

80 Honor sedis refertur ad prærogativam honoratioris loci. Censetur enim in Ecclesia honoratior sedes, quæ altari, & sacrario, choroque Cleri propinquior est. Synodus Wigorniensis ann. 1240 vetat (*a*), *ne laici stent in cancellis, dum celebrantur divina, salva tamen reverentia Patronorum.*

81 Honor & sepulturæ spectat locum honorabiliorem inhumationis in Ecclesia, isque judicatur honorabilior, qui sacrario est propinquior. Unde sepulturam habere in choro maxime honorificum reputatur, quod nunc specialiter Patronis annuitur.

82 Hæc honorifica jura ipso jure Patronorum sunt, tum laicorum, tum ecclesiasticorum, qui tales sunt ex fundatione, vel dotatione. Rescripsit Alexander III. *quod, si nova Ecclesia* ex proventibus veteris Ecclesiæ construatur, & dotetur, provideri debeat, ut competens in ea honor pro facultate loci Ecclesiæ Matrici servetur. *c.* 3. *de Eccl. ædif.*

83 Nec tantum Patrono, sed & successoribus, hæredibusque prærogativa tribuitur. Et quousque in vivis superest, & liberi, & uxor distinguuntur. Sic judicatum fuit, in publica processione Patroni liberos, si masculi sint, immediate sequi patrem; uxorem quoque & filias prærogativa loci lætari, ita tamen, ut in publico congressu ipsæ in ordine mulierum primas teneant.

84 Si quæstiones incidant super his juribus honorificis, deferuntur terminandæ ad Judices Regios, non secus ac ipsæ controversiæ super jure Patronatus laico, cujus quidem plerumque accessiones sunt; præsertim quia similes causæ super possessione, haud quasi possessione; institui solent. Constat autem in Gallia, Possessiorum etiam in causis ecclesiasticis agitari coram Judicibus Regiis.

85 Absit vero, ut hæc jura honorifica Ecclesiæ Patronis ansam superbiendi relinquant. Inquit S. Augustinus (*b*): *Magnum est de honoribus, & laudibus hominum non lætari, sed & omnem pompam inanem præcidere, & siquid inde necessarium retinetur, id totum ad utilitatem, salutemque conferre.*

*86 Meminerint inde Sacerdotes, & Parochi, ut, dum Patronis exhibent jura honorifica, rationabile sit obsequium, alienum à turpi quæstu, à sordida adulatione, à sequiore personarum acceptione, aliove vitio, quia templum est domus Orationis, in qua nullus locus est ambitioni, vanæ gloriæ, negotiationi, aut aliis quibusvis sæcularibus contentionibus, & æmulationibus.

(*a*) Synod. Wigorn. c. 3. (*b*) S. Aug. Ep. 22.

*87 Quid hac, vel alia occasione salubrius, quam justa discretione sacerdotali fortitudinis regulas Ecclesiæ tueri? Ait S. Cyprianus (*a*): *Non idcirco relinquenda est nobis ecclesiastica disciplina, aut sacerdotalis solvenda censura, quoniam convitiis infestamur, aut terroribus quatimur — Sacerdos Dei Evangelium tenens, & Christi, Ecclesiæque præcepta custodiens occidi potest, nec potest vinci.* Justa S. Ambrosium (*b*): *Nihil etiam in Sacerdote tam periculosum apud Deum, tam turpe apud homines, quam, quod* pro libertate, & integritate disciplinæ *sentiat, non libere denuntiare.* Refert Theodoretus (*c*): *Cum divus Ambrosius, multa cum libertate Imperatorem alloquens, nonnulla reprehendisset, quæ à Magistratibus haud recte facta,* utpote adversus disciplinam, *esse videbantur. Respondit Imperator: hanc tuam libertatem jam pridem cognitam habebam: sed licet eam probe nossem, non solum non contradixi, imo assensum præbui Ordinationi tuæ.* Proinde *delictis animarum nostrarum medicinam adhibe, quemadmodum divina lex præcipit.* Ex sententia S. Augustini (*d*): *Qui pascit oves Christi, illius amor in tantum debet spiritualem crescere ardorem, ut vincat etiam mortis,* vel alterius periculi *naturalem timorem.*

SECTIO II.

CAP. VIII.

De Regalia.

1 Innocentius XI. anno. 1682. graviter succensebat Clero Gallicano, quod justæ defensioni libertatis ecclesiasticæ adversus recentiorem prætensionem, & extensionem Regaliæ, præterita discretione Pastoralis fortitudinis, defuisset. *Quis* inquit, *ausus est, invidiæ se offerre? Quis vel vocem unam emisit memorem pristinæ libertatis?*

2 Hodie Regalia jus Regium dicitur fruendi omnibus Epis-

(*a*) S. Cypr. L. 1. ep. 3. ad Cornel. (*b*) S. Ambr. ep. 42. ad Teod.
(*c*) Theodor. lib. 4. c. 6. Edit. Valef. (*d*) S. August. Tract. 123. in Joann.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Ecclesiis videntur, aut visi sunt contulisse, si viventes in corpore sunt, ante altare recitentur tempore Missæ. Quodsi ab hac decesserint luce, nomina eorum cum fidelibus defunctis recitentur in suo ordine.

80 Honor sedis refertur ad prærogativam honoratioris loci. Censetur enim in Ecclesia honoratior sedes, quæ altari, & sacrario, choroque Cleri propinquior est. Synodus Wigorniensis ann. 1240 vetat (*a*), *ne laici stent in cancellis, dum celebrantur divina, salva tamen reverentia Patronorum.*

81 Honor & sepulturæ spectat locum honorabiliorem inhumationis in Ecclesia, isque judicatur honorabilior, qui sacrario est propinquior. Unde sepulturam habere in choro maxime honorificum reputatur, quod nunc specialiter Patronis annuitur.

82 Hæc honorifica jura ipso jure Patronorum sunt, tum laicorum, tum ecclesiasticorum, qui tales sunt ex fundatione, vel dotatione. Rescripsit Alexander III. *quod, si nova Ecclesia* ex proventibus veteris Ecclesiæ construatur, & dotetur, provideri debeat, ut competens in ea honor pro facultate loci Ecclesiæ Matrici servetur. *c.* 3. *de Eccl. ædif.*

83 Nec tantum Patrono, sed & successoribus, hæredibusque prærogativa tribuitur. Et quousque in vivis superest, & liberi, & uxor distinguuntur. Sic judicatum fuit, in publica processione Patroni liberos, si masculi sint, immediate sequi patrem; uxorem quoque & filias prærogativa loci lætari, ita tamen, ut in publico congressu ipsæ in ordine mulierum primas teneant.

84 Si quæstiones incidant super his juribus honorificis, deferuntur terminandæ ad Judices Regios, non secus ac ipsæ controversiæ super jure Patronatus laico, cujus quidem plerumque accessiones sunt; præsertim quia similes causæ super possessione, haud quasi possessione; institui solent. Constat autem in Gallia, Possessiorum etiam in causis ecclesiasticis agitari coram Judicibus Regiis.

85 Absit vero, ut hæc jura honorifica Ecclesiæ Patronis ansam superbiendi relinquant. Inquit S. Augustinus (*b*): *Magnum est de honoribus, & laudibus hominum non lætari, sed & omnem pompam inanem præcidere, & siquid inde necessarium retinetur, id totum ad utilitatem, salutemque conferre.*

*86 Meminerint inde Sacerdotes, & Parochi, ut, dum Patronis exhibent jura honorifica, rationabile sit obsequium, alienum à turpi quæstu, à sordida adulatione, à sequiore personarum acceptione, aliove vitio, quia templum est domus Orationis, in qua nullus locus est ambitioni, vanæ gloriæ, negotiationi, aut aliis quibusvis sæcularibus contentionibus, & æmulationibus.

(*a*) Synod. Wigorn. c. 3. (*b*) S. Aug. Ep. 22.

*87 Quid hac, vel alia occasione salubrius, quam justa discretione sacerdotali fortitudinis regulas Ecclesiæ tueri? Ait S. Cyprianus (*a*): *Non idcirco relinquenda est nobis ecclesiastica disciplina, aut sacerdotalis solvenda censura, quoniam convitiis infestamur, aut terroribus quatimur — Sacerdos Dei Evangelium tenens, & Christi, Ecclesiæque præcepta custodiens occidi potest, nec potest vinci.* Justa S. Ambrosium (*b*): *Nihil etiam in Sacerdote tam periculosum apud Deum, tam turpe apud homines, quam, quod* pro libertate, & integritate disciplinæ *sentiat, non libere denuntiare.* Refert Theodoretus (*c*): *Cum divus Ambrosius, multa cum libertate Imperatorem alloquens, nonnulla reprehendisset, quæ à Magistratibus haud recte facta,* utpote adversus disciplinam, *esse videbantur. Respondit Imperator: hanc tuam libertatem jam pridem cognitam habebam: sed licet eam probe nossem, non solum non contradixi, imo assensum præbui Ordinationi tuæ.* Proinde *delictis animarum nostrarum medicinam adhibe, quemadmodum divina lex præcipit.* Ex sententia S. Augustini (*d*): *Qui pascit oves Christi, illius amor in tantum debet spiritualem crescere ardorem, ut vincat etiam mortis,* vel alterius periculi *naturalem timorem.*

SECTIO II.

CAP. VIII.

De Regalia.

1 Innocentius XI. anno. 1682. graviter succensebat Clero Gallicano, quod justæ defensioni libertatis ecclesiasticæ adversus recentiorem prætensionem, & extensionem Regaliæ, præterita discretione Pastoralis fortitudinis, defuisset. *Quis* inquit, *ausus est, invidiæ se offerre? Quis vel vocem unam emisit memorem pristinæ libertatis?*

2 Hodie Regalia jus Regium dicitur fruendi omnibus Epis-

(*a*) S. Cypr. L. 1. ep. 3. ad Cornel. (*b*) S. Ambr. ep. 42. ad Teod.
(*c*) Theodor. lib. 4. c. 6. Edit. Valef. (*d*) S. August. Tract. 123. in Joann.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Episcopatuum vacantium proventibus, quousque novus Episcopus præstiterit juramentum fidelitatis, & acceperit possessionem, aliaque absolverit, quæ ad clausuram Regaliæ requiruntur.

3 Inde duplicem Regaliam distinguere licet: unam temporalem, quæ complectitur proventus, temporales vacantis Episcopatus; alteram spiritualem, quæ continet collationem beneficiorum non curatorum.

4 Fuit vetus hæc conditio feudorum, ut nonnisi ad vitam (*a*), & jure usufructuario à Domino tenenda concederentur, mortuo vasallo ad Dominum directum pleno jure reversura. Quum sensim tacito usu invaluisset, ut illa ad hæredes transirent, reliquum fuit dominis, ut pretium certum exigerent, quo mediante hæredes feudum à Domino relevare dicebantur. Quippe quamdiu feudum à novo hærede non erat relevatum, manebat apud Dominum directum, ut interim vacantis feudi fructus percipere posset.

5 Hoc exemplo recentioribus sæculis cœperant Principes feudorum ad Ecclesias ex liberalitate Majorum suorum devolutorum usumfructum Sede vacante ad se recipere, donec novus Episcopus juramentum fidelitatis præstitisset; eorumdemque investituram à Rege accepisset; quasi Episcopo mortuo ipsum feudum caducum evasisset, ut juxta leges feudorum ad Dominum directum redisse videretur, donec à novo vasallo relevaretur.

6 Calixtus II. ann. 1122. (*b*) in pactis cum Imperatore Henrico V. quibus abusus investituræ Regiæ abolentur, convenit, ut Neo-electus Episcopus præstaret, quæ ratione feudorum deberentur. *Quæ ex regalibus debet, faciat.*

7 Tunc ergo Regalia, quatenus jus Regium percipiendi Sede vacante fructus temporales spectabat, ad feuda restringebatur. Philippus Pulcher in instructione, quam Archiepiscopo Senonensi, & Episcopo Antissiodorensi ad Pontificem dedit hæc verba facit: *Sicut feudum, vasallo vacans, interim cum suis reditibus à Domino licet occupatur, & propter defectum hominis, ut vulgari patriæ nostræ verbo utamur, de jure, & generali consuetudine Regni nostri per Dominum, quousque superveniat persona, quæ illi serviat, licite detinetur: sic nos, & nostri antecessores, vacante Ecclesia — & temporalem jurisdictionem, & bona temporalia accipimus, & nostros facimus omnes fructus, qui proveniunt eisdem.*

Hoc,

(*a*) De Marc. de Conc. lib. 8. cap. 22. (*b*) Calixt. II.

8 Hac occasione, cum feudis frequenter jus præsentationis, aut collationis cohæreret, consequens visum fuit, ut, revertente feudo ad Dominum, etiam jus præsentationis, collationisve, quod annexum erat, deberet ad Dominum recidere: atque hac ratione verisimile est, collationem præbendarum ad Regem jure Regaliæ primitus pervenisse.

9 Successu temporis Regalia ad omnes fructus Ecclesiæ vacantis protensa fuit. Quum tunc, præeunte Glossographo, & ab Interpretibus juris axioma receptum fuisset, collationem beneficiorum esse in fructu, sensim invaluit, quod, ubi Rex jure Regaliæ reciperet indistincte omnes fructus Episcopatus vacantis, etiam ipsam præbendarum collationem, veluti partem fructuum consequeretur.

10 Prævalentibus per titulum spolii corruptelis Concilium Lugdunensi II. Regaliam ad illas Ecclesias restrinxit, in quibus ab ipsa fundatione, vel ex antiqua consuetudine superesset. *Qui autem*, inquit, *ab ipsarum Ecclesiarum, cæterorumque locorum fundatione, vel ex antiqua consuetudine jura sibi hujusmodi vindicant, ab illorum usu sic prudenter abstineant, & suos ministros in eis sollicite faciant abstinere, quod ea, quæ non pertinent ad fructus, sive reditus provenientes vacationis tempore, non usurpent, nec bona cætera, quorum se asserunt habere custodiam, dilabi permittant, sed in bono statu conservent.* Refert. *cap.* 13. *de Elect. in* 6.

11 Quis dubitet, hoc Canone de jure Regaliæ agi? Durandus Mimatensis, qui & ipsi Concilio adfuit, ita explicat: *Regalia hic vocantur jura Regi in quibusdam Ecclesiis, & Monasteriis competentia: quia videlicet illis vacantibus Rex sub prætextu custodiæ facit fructus suos, & etiam in quibusdam Præbendas confert.*

12 Refert Goldastus veterum Imperatorum diplomata (*a*), quibus Otto IV. Fridericus II. & Rudolphus I. usum Regaliæ, cui plerumque plures abusus cohærebant, abdicarunt. *Dimittimus, & refutamus abusum, quem in occupandis bonis decedentium Prælatorum, aut etiam vacantium Ecclesiarum nostri consueverunt antecessores committere, pro motu propriæ voluntatis. Omnia spiritualia vobis, & aliarum Ecclesiarum Prælatis libere disponenda relinquimus, ut, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo recta attributione reddantur.*

13 Gallia, dimissis reliquis fructibus temporalibus, quos Rex plerumque novis Episcopis restituit, extensior usus Regaliæ in collatione beneficiorum, quæ cura animarum destituun-

(*a*) Goldast. Const. Imper. Tom. I. p. 289.

tur, elucet. Juxta Pragmaticos enim omnia sunt extraordinaria in Regalia. Quippe Rex jure Regaliæ dicitur succedere in jus primitivum Episcoporum, ut pleno jure conferat beneficia Juris Patronatus ecclesiastici; Papæ nullas partes relinquat circa beneficia vacantia in Regalia, beneficium semper revertatur ad Regem, quandiu collatio Regia non habuerit plenum, & integrum effectum: Rex à Papa nec præveniri possit, nec tempore à Canonibus definito arctetur; nec regulis Cancellariæ ligetur: admittat etiam permutationes, & resignationes in favorem.

14 Placuit tamen in nonnullis modificatio. Prima spectat beneficia, tempore aperturæ Regaliæ, litigiosa. Contigit non raro, quod imminente morte Episcopi, possessoribus beneficiorum moverentur lites, ut eventu mortis beneficia ipsorum jure Regaliæ impetrari possent. Hinc ann. 1673. declaravit Rex, litigium non facere locum Regaliæ, nisi lis inter sex menses ante obitum Episcopi contestata fuerit. Superet interim hoc privilegium Regaliæ, ut, si beneficia litigiosa, modo lis sex mensibus ante obitum Episcopi instituta, & formata fuerit, cadant sub Regalia, ipse Rex ea, tanquam vere vacantia, jure Regaliæ conferat; creditur enim, Regaliam habere locum, dum non constat, Ordinarium revera, & rite contulisse, ut ideo jure, & facto vacans beneficium videatur. Dicitur jure vacans, si verus titulus collationis non probetur; titulus enim coloratus non admittitur. Dicitur de facto vacans, si possessio corporalis à proviso capta per se ipsum non fuerit, quippe Procurator non suffragatur, quia Regalia fictionem respuit.

15 Altera modificatio spectat beneficia majora. Hinc ann. 1682. Rex edixit, quod nulli imposterum conferri possit in ulla Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata, per ipsum, aut successores suos Decanatus, Archidiaconatus, Præbenda theologalis, Pœnitentiaratus, aut aliud beneficium vacans in Regalia, cujus Titulares speciale jus habent nomine proprio exercendi aliquam jurisdictionem, aut functionem ecclesiasticam, nisi habeant ætatem gradum, aliasque conditiones per sacros Canones, & Ordinationes Regias requisitas. Si ergo cuiquam de similibus beneficii jure Regaliæ provisum fuerit oportet, ut is se sistat Vicariis Capitulorum, si Sedes vacat, aut Prælatis, si novi successerint, ad obtinendam approbationem, & missionem canonicam, antequam illam functionem exerceat.

16 Tertia modificatio spectat collationem beneficiorum, quæ Capitulo cum Episcopo communia quodam modo sunt. Eadem enim declaratione Rex expressit, quod Regalia jus Capituli prætereat; nisi quatenus ad partes Episcopi recidat. Sic, si

si Episcopus, & Capitulum conferant per turnum, aut per vices, aut Præbendas diviserint: ut collatio unius lateris spectet ad Episcopum, alterius vero ad Capitulum, Rex jure Regaliæ non succedit, nisi in locum Episcopi, illæso jure Capituli. Si collatio spectet conjunctim ad Episcopum, & Capitulum, Rex aperta Regalia mittit Comissarium, qui, loco Episcopi, una cum Canonicis eligat. Si Episcopus intret in Capitulum, ut, qua Canonicus, cum aliis Canonicis aliquem præsentet, quem posthac qua Episcopus ad præsentationem Capituli instituat, habet eo casu Commissarius suffragium Episcopi, ipsaque præsentatio exhibenda est Regi, ut provisio ejus nomine fiat, expediaturque; quemadmodum exhiberi debuisset in vivis Episcopo, ut ejus nomine collatio, & institutio fieret: ita, ut Rex jure Regaliæ in totum jus succedat Episcopi.

17 Quum autem Jus Regaliæ, & quæstiones ejus occasione incidentes, coram solis judicibus Regiis, imo solo Parlamento Parisiensi agitentur, & decidantur, mirum, quantum jus illud Regaliæ extensum, quotque privilegiis tandem cumulatum sit. Dicitur Jus Coronæ, inalienabile, impræscriptibile &c.

18 Habet & Rex Galliæ alias nominationes per indulta Papilia. Indultum tenore Bullæ nihil aliud est, quam sui Regi à Pontifice datum, quo cuilibet Collatori Consiliarium, vel alium Ministrum Senatus Parisiensis nominat, ut ei beneficium necessario conferat. Ministro illi semel tantum providetur, & collator semel tantum oneratur, vel si non moritur, ut, sunt Universitates, semel quoad Rex vivit. Si Minister est Clericus, quod tempore concessi indulti solemne fuit, ipse nominari potest; si laicus, aliam personam habilem laudat, à Rege nominandam. Cumque beneficia alia sint regularia, alia sæcularia: ad illa quidem Religiosi nominandi fuere: quod nonnunquam collusionibus ansam dedit. Hinc Clemens IX. ann. 1668. permissit, ut sæculares beneficia Regularia, ceu Commendas possiderent, eosque demum repletos esse censuit, siqui quot annis DC. libras meterent, cum antea CC. contenti essent. Simul, atque literæ, indulti indices. Collatori traditæ sunt Collator vinctus est, & indultarius infra sex menses beneficium petere potest; nec, ex quo tempore petiit, á Papa præveniri potest. Præfertur etiam Graduatis, cum indultum ad ejusdem generis beneficia extendatur. Si Collator tergiversatur, adeundi sunt executores mandati Apostolici; videlicet Abbas S. Magalorii, h. e. Parisiensis Archiepiscopus, & Abbas S. Victoris, seu Cancellarius Universitatis. Cap. 9. De Relig. Nom. Reg.

19 Supersunt Regi etiam alia jura nominandi ad beneficia

per rectam viam, scilicet Jus auspicati ingressus, quos ad regni gubernacula admotus, primam, quæ in singulis Cathedralibus vacat Præbendam libere conferre potest. Sunt, qui dicunt, quod ambitio, & adulatio Aulicorum jus istud introduxerit, *cui novæ introductioni* (ait Cabassutius) (*a*) *Senatus Parisiensis plerumque fortiter intercessit, existimans, satis detractum Ecclesiæ fuisse per regaliam, & indulta in favorem suorum Officialium constituta, nec paciens alios concurrentes, & rivales, per quos beneficia, ad quæ aspirant, sibi detrahi possint, ideoque novum istud Indultariorum genus frequentibus Senatus Consultis submovit, ac repulit, ut testatur Broudæus ad Lovetium* lit. P. titul. Præbenda felicis ad Coronam adventus. *Et ita non semel judicatum fuisse refertur.* Huic fere simile est & jus præstiti juramenti fidelitatis, quo Præbendam primam vacantem, quam novus Episcopus conferre posset, confert.

20 In Germania Imperator jus primarum precum inde à Rudolphi I. temporibus sibi vindicat, quarum vigore neo-coronatus Imperator nominat personas idoneas ad beneficium vacaturum, quod ipse nominatus infra mensem à die notæ vacationis duxerit acceptandum, facitque nominatum per Executores in literis nominationis designatos recipi. Formula primarum precum fere hæc est. *Cum ex antiqua, & approbata, ac à divis Imperatoribus & Regibus inclytæ recordationis nostris Antecessoribus, usque ad nos producta consuetudine, quælibet Ecclesia, in nostro Romanorum imperio constituta, ad quam beneficiorum ecclesiasticorum pertinet collatio, super unius collatione beneficii precum nostrarum primaris admittere teneatur, devotionem tuam rogamus; quatenus huic Clerico de ecclesiastico beneficio, quod ad tuam collationem spectat, ob reverentiam sacri imperii, & nostram, si quod vacat ad præsens, vel quamprimum vacaverit, studeas liberaliter providere, taliter id faciens, quod devotionem tuam nostra Serenitas merito debeat commendare, & ad tua justa desideria facilis inveniri.* Aliquamdiu placuit & hoc Jus Regium indultis Papalibus stipare. Exortis inde inter Clementem XI. & Josephum I. dissidiis, placuit Carolo VI. indultum generatim postulare, ut promptior executionii iocus esset.

21 In Gallia Bonifacius VIII. ægrius tulit, quod Reges non tantum præsentationes, sed & ipsas collationes Regiæ authoritati arrogassent, præterito consensu tacito, vel expreso S. Sedis. Declaravit Rex, *quod collatione beneficiorum usus est, utiturque, sicut ad eum pertinet, de jure, & bona consue-*

(*a*) Cabassut. in Theor. & Prax. J. C. l. 2. cap. 4.

suetudine, sicut S. Ludovicus, & alii Prædecessores ejus usi sunt à tempore, cujus memoria non existit, nec circa hoc fecit, nec intendit facere aliquam novitatem; nec credit, quod Papa sibi facere velit, qui longum usum suum, & Prædecessorum suorum in collatione novit plenissime ab experto.

22 In reliquis Regium jus collationis probant novi juris exempla. Quippe Honorius III. haud improbat, quod Comitissa Flandriæ beneficia ecclesiastica, in qua Jus Patronatus obtinet, absolute conferret. *cap. fin. de Conc. Præb. & ibi Interp.*

23 Meminit Innocentius III. consuetudinis Anglicanæ, qua Rex Decanatum, & Præbendas ipsius Ecclesiæ (S. Petri de Cura Cenomanensis) conferebat, diœcesano etiam Episcopo inconsulto. *cap. 6. de Consuet. in integr. lect. Anton. Augustin.*

24 Tametsi quorundam beneficiorum collatio pleno jure ad Principem pertineat; siquæ tamen Sacramentorum administratio, aut cura animarum annexa sit, eam ab Episcopo obtinere oportet. Rescripsit Imperatori Gregorius XI. *Esto, quod aliqua beneficia vacantia conferas; ut curam tamen animarum annexam committere valeas, jus spirituale, quod non cadit in laicum, non permittit.* Refert *Odor. Raynald* (*a*).

* 25 Quid inde superest, quam Patronos, & Collatores monere, ut meminerint regularum ecclesiasticarum, quod per præsentationes, & collationes oporteat digniores seligere? Juxta S. Augustinum (*b*): *Nec solum, quantum arbitror, leve putandum est esse peccatum, in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Jesu Christi, si illam distantiam sedendi, & standi ad honores ecclesiasticos referamus. Quis enim ferat eligi divitem ad sedem honoris ecclesiastici, contempto paupere instructiore, atque sanctiore.* Ex sententia S. Ambrosii (*c*). *Cum in omni actu, tum maxime in petitione — abesse debeat malignitas, in quo vita formatur omnium, ut placido, & pacifico judicio præferatur vir omnibus, qui eligatur,* veluti reliquis dignior, *ex omnibus, & medeatur omnibus.* Inquit S. Hieronimus (*d*): *Audiant, qui habent constituendi Presbyteros per urbes singulas potestatem, sub quali lege ecclesiasticæ constitutionis ordo teneatur. — Ex quo manifestum est, eos qui Apostoli lege contempta ecclesiasticum gradum non merito voluerint alicui deferre, sed gratia, contra Christum facere.* Tridentina S. Synodus: *Omnes vero, & singulos, qui ad promotionem præficiendorum quodcunque jus, quacunque ratione, à Sede Apostolica habent,*

(*a*) Odor. Raynald. ad ann. 1236. n. 21. (*b*) S. August. (*c*) S. Ambr. ep. 82.
(*d*) S. Hier. in ep. ad Tit. cap. 1.

bent, aut alioquin operam suam præstant, nihil in iis pro præsenti temporum ratione innovando, hortatur, & monet, ut in primis meminerint, nihil se ad Dei gloriam, & populorum salutem utilius posse facere, quam si bonos Pastores, & Ecclesiæ gubernandæ idoneos promoveri studeant, eosque alienis peccatis communicare, nisi, quos digniores; & Ecclesiæ magis utiles ipsi judicaverint, non quidem precibus — sed eorum exigentibus meritis præfici diligenter curaverint.

TIT. IX.

De Institutione, & Possessione Beneficiorum.

CAP. I.

De Institutione.

1 Novo jure ad exemplum Feudi duplex institutio distinguitur. Una spectat legitimam immissionem in possessionem beneficii: altera conferre dicitur titulum beneficii; hinc & institutio authorizabilis dicitur. Quippe à recentioribus Interpretibus plerumque in beneficiis curatis commissio curæ animarum peculiarius spectatur, ut ab institutione authorizabili, quatenus est tituli collativa, distinguatur.

2 Institutio, quatenus est tituli collativa, jure novo regulariter reservatur Episcopo, quia ea mediante Clericus Ecclesiæ ministro, tamquam ordinarius Sacrorum Minister adscribitur. *c. 4. de Jur. Archid.*

3 Alibi tamen præfert Rubrica, quod institutiones, utpote authorizabiles, possint de jure speciali, nimirum vel titulo privilegii, vel præscriptionis, ad inferiores Collatores spectare. Sic rescripsit Innocentius III., Archidiaconum Richemundiæ esse in jure instituendi tuendum; eoquod probasset, se, & Prædecessores suos in continua possessione fuisse. Admodum verisimile est, quod Episcopi soliti fuerint, institutiones Præsentatorum à Patronis committere Archidiaconis, donec sensim tam frequens delatio in jus ordinarium Archidiaconorum transisset. *c. 6. de Instit.*

4 His exemplis & Concilium Tridentinum (*a*) institutionem Episcopo reservat. *Si ex causa fundationis*, inquit, *aut dotationis Jus Petronatus impetretur, aut obtineatur, institutio Episcopo, & non alteri inferiori reservetur.* Et infra:

(*a*) Trid. sess. 14. c. 12.

fra: (*a*) *Non liceat præterea Patrono, cujusvis privilegii prætextu, aliquem ad beneficia sui Juris Patronatus, nisi Episcopo loci ordinario, ad quem provisio, sive institutio ipsius beneficii, cessante privilegio, jure pertineret, quoquomodo præsentare.*

5 Absit tamen, quod his Decretis jus inferiorum Collatorum expunctum censeas. Inquit Concilium (*b*): *Quodsi ad inferiores institutio pertineat, ab Episcopo tamen juxta alias statuta ab hac Synodo examinentur.*

6 Et supra (*c*): *Cum vero institutio ab alio, quam Episcopo erit facienda — si Jus Patronatus* Ecclesiæ Parochialis *laicorum fuerit, debeat, qui à Patrono præsentatus erit, ab iisdem deputatis, ut supra, examinari.*

7 Enimvero prævalente inferiorum Collatorum jure non raro eveniebat, quod passim in beneficia tum simplicia, tum curata, Clerici quique sine omni defectu, præterito quovis examine, aut scitu Episcoporum ad præsentationem Patronorum quamvis laicorum admitterentur (*d*). Inde S. Synodus statuit, ut *præsentati, seu electi, vel nominati — ad quævis ecclesiastica non instituantur, nec confirmentur, neque admittantur, etiam prætextu cujusvis privilegii, seu consuetudinis, etiam ab immemorabili tempore præscriptæ, nisi fuerint prius à locorum Ordinariis examinati, & idonei reperti — Præsentatis tamen, electis, seu nominatis ob Universitatibus, seu Collegiis generalium studiorum exceptis.*

8 Nostris moribus id genus examinis, & approbationis Episcopalis ad beneficia curata, utpote pro obtinenda cura animarum, quæ à collatione tituli distinguitur, restringere placuit; adeo tamen, ut & ab Universitatibus præsentati, si ad beneficia curata fuerint nominati, ad subeundum illud examen pro cura animarum teneantur.

9 Superest, ut, facta præsentatione, Collatores institutionem in longum tempus haud differant, aut ægre ferant, quod Præsentati ad Superiorem recurrant. Rescripsit Alexander III. Abbati S. Remigii, & Archidiacono Remensi: *Quia indecens est, & penitus obvium rationi, quod prænominato Subdiacono* (Præsentato per Abbatem (*e*) S. Petri Catalaunensis) *plebis cura, nisi pro rationabili, & manifestata causa, denegetur: Discretioni vestræ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus infra 40. dies post harum susceptionem prædictum Episcopum* Suessionensem *monere, ac pro-*

(*a*) c. 13. (*b*) Trid. sess. 25. c. 9. (*c*) Sess. 24. c. 18.
(*d*) Trid. sess. 7. c. 13. (*e*) Conc. Gen. Tom. X. col. 1274.

bent, aut alioquin operam suam præstant, nihil in iis pro præsenti temporum ratione innovando, hortatur, & monet, ut in primis meminerint, nihil se ad Dei gloriam, & populorum salutem utilius posse facere, quam si bonos Pastores, & Ecclesiæ gubernandæ idoneos promoveri studeant, eosque alienis peccatis communicare, nisi, quos digniores; & Ecclesiæ magis utiles ipsi judicaverint, non quidem precibus — sed eorum exigentibus meritis præfici diligenter curaverint.

TIT. IX.

De Institutione, & Possessione Beneficiorum.

CAP. I.

De Institutione.

1 Novo jure ad exemplum Feudi duplex institutio distinguitur. Una spectat legitimam immissionem in possessionem beneficii: altera conferre dicitur titulum beneficii; hinc & institutio authorizabilis dicitur. Quippe à recentioribus Interpretibus plerumque in beneficiis curatis commissio curæ animarum peculiarius spectatur, ut ab institutione authorizabili, quatenus est tituli collativa, distinguatur.

2 Institutio, quatenus est tituli collativa, jure novo regulariter reservatur Episcopo, quia ea mediante Clericus Ecclesiæ ministro, tamquam ordinarius Sacrorum Minister adscribitur. *c. 4. de Jur. Archid.*

3 Alibi tamen præfert Rubrica, quod institutiones, utpote authorizabiles, possint de jure speciali, nimirum vel titulo privilegii, vel præscriptionis, ad inferiores Collatores spectare. Sic rescripsit Innocentius III., Archidiaconum Richemundiæ esse in jure instituendi tuendum; eoquod probasset, se, & Prædecessores suos in continua possessione fuisse. Admodum verisimile est, quod Episcopi soliti fuerint, institutiones Præsentatorum à Patronis committere Archidiaconis, donec sensim tam frequens delatio in jus ordinarium Archidiaconorum transisset. *c. 6. de Instit.*

4 His exemplis & Concilium Tridentinum (*a*) institutionem Episcopo reservat. *Si ex causa fundationis*, inquit, *aut dotationis Jus Petronatus impetretur, aut obtineatur, institutio Episcopo, & non alteri inferiori reservetur.* Et infra:

(*a*) Trid. sess. 14. c. 12.

fra: (*a*) *Non liceat præterea Patrono, cujusvis privilegii prætextu, aliquem ad beneficia sui Juris Patronatus, nisi Episcopo loci ordinario, ad quem provisio, sive institutio ipsius beneficii, cessante privilegio, jure pertineret, quoquomodo præsentare.*

5 Absit tamen, quod his Decretis jus inferiorum Collatorum expunctum censeas. Inquit Concilium (*b*): *Quodsi ad inferiores institutio pertineat, ab Episcopo tamen juxta alias statuta ab hac Synodo examinentur.*

6 Et supra (*c*): *Cum vero institutio ab alio, quam Episcopo erit facienda — si Jus Patronatus* Ecclesiæ Parochialis *laicorum fuerit, debeat, qui à Patrono præsentatus erit, ab iisdem deputatis, ut supra, examinari.*

7 Enimvero prævalente inferiorum Collatorum jure non raro eveniebat, quod passim in beneficia tum simplicia, tum curata, Clerici quique sine omni defectu, præterito quovis examine, aut scitu Episcoporum ad præsentationem Patronorum quamvis laicorum admitterentur (*d*). Inde S. Synodus statuit, ut *præsentati, seu electi, vel nominati — ad quævis ecclesiastica non instituantur, nec confirmentur, neque admittantur, etiam prætextu cujusvis privilegii, seu consuetudinis, etiam ab immemorabili tempore præscriptæ, nisi fuerint prius à locorum Ordinariis examinati, & idonei reperti — Præsentatis tamen, electis, seu nominatis ob Universitatibus, seu Collegiis generalium studiorum exceptis.*

8 Nostris moribus id genus examinis, & approbationis Episcopalis ad beneficia curata, utpote pro obtinenda cura animarum, quæ à collatione tituli distinguitur, restringere placuit; adeo tamen, ut & ab Universitatibus præsentati, si ad beneficia curata fuerint nominati, ad subeundum illud examen pro cura animarum teneantur.

9 Superest, ut, facta præsentatione, Collatores institutionem in longum tempus haud differant, aut ægre ferant, quod Præsentati ad Superiorem recurrant. Rescripsit Alexander III. Abbati S. Remigii, & Archidiacono Remensi: *Quia indecens est, & penitus obvium rationi, quod prænominato Subdiacono* (Præsentato per Abbatem (*e*) S. Petri Catalaunensis) *plebis cura, nisi pro rationabili, & manifestata causa, denegetur: Discretioni vestræ per Apostolica scripta præcipiendo mandamus, quatenus infra 40. dies post harum susceptionem prædictum Episcopum* Suessionensem *monere, ac pro-*

(*a*) c. 13. (*b*) Trid. sess. 25. c. 9. (*c*) Sess. 24. c. 18.
(*d*) Trid. sess. 7. c. 13. (*e*) Conc. Gen. Tom. X. col. 1274.

propensius inducere studeatis, ut prædictum Subdiaconum de præscripta Ecclesia investiat, & animarum sibi curam committat; aut, quare id facere non debeat, coram vobis rationabilem causam ostendat. Quod si monitis vestris obtemperare contempserit, vos, nostra freti authoritate, sæpe dictum Subdiaconum, omni dilatione, & appellatione cessante, de prædicta Ecclesia investiatis &c.

10 Hoc exemplo præcipit ann. 1581. Synodus Rothomagensis (*a*), ut, si Præsentato, & petenti collationem sibi dari de quocunque beneficio, renuerit Episcopus dare, is cogatur recursu ad Superiorem suscepto causas recusationis suæ in scriptis exprimere; nec liceat Superiori collationem decernere, nisi prius discussis causis, & judicatis, propter quas Episcopus recusaverit collationem dare: si appareant causæ insufficientes, tum demum Superior institutionem decerneret, aut novum examen, si defectus scientiæ prætenderetur, instituet.

Cap. 2. De Possess.

11 Quum novo jure invaluisset, quod provisiones beneficiorum, utpote ab ordinationibus sejunctæ, exemplo Feudi oporteret obtinere per institutionem authorizabilem, veluti factam Feudi investituram, consequens fuit, quod & oporteret possessionem beneficii corporalem per realem institutionem, veluti investituram veram, & actualem, mereri. Rescripsit Innocentius III. *suo Episcopo inconsulto, in possessionem earum* Ecclesiarum *eis*, quibus vigore indulti Apostolici obtigit beneficium, *non est licitum introire.* Nimirum missio in possessionem sequela est collationis authorizabilis. *c.* 19. *de Privil.*

12 Postquam autem jure novo & aliis inferioribus Prælatis collationes veluti jure proprio obtigerunt; contigit, quod & aliis missiones in possessionem titulo juris ordinari relinquerentur. Jure novo officio Archidiaconi accensetur institutio corporalis, tam super beneficia: quam dignitates. *c.* 7. *de Offic. Archid.*

13 Collegia, & Capitula passim collegas in possessionem mittunt, ac titulum à Patronis forte datum, vice canonicæ institutionis, admittunt, nisi sic ubi forte in erectionibus Collegiorum Archidiaconi curarint sua jura institutionis præservari. Hodie sat frequens est, quod Decani Collegiorum, dum in possessionem earum Ecclesiarum, seu beneficiorum Collegas inducunt, protestentur, se id facere jure suo Archidiaconali.

Ve-

(*a*) Synod. Rothom. de Episc. offic.

14 Veteri jure Archidiaconali imminuto, vel suppresso, plerumque immissio in possessionem beneficiorum ruralium demandari cœpit Archipresbyteris, seu Decanis ruralibus per suum districtum.

15 Juxta stylum hodiernum & sat vulgare est, quod in collationibus Episcoporum, aliorumque soleat mandari quibuslibet personis, ac tabellionibus, vel Notariis, ut in possessionem provisum inducant. Scilicet Presbyter ponit in possessionem, & Notarius attestatur, cui inde ad minus duo testes debent adesse, ut una cum Notario legitimam captæ possessionis fidem faciant. Si vero Notario committitur immissio in possessionem, oportet eum esse Notarium ecclesiasticum. Formula immissionis fere hæc esse solet: *Ergo N. authoritate R. R. D. Episcopi N. & in vim literarum collationis ab eo factæ, induco te in possessionem talis beneficii N., & universorum jurium, & pertinentium dicti beneficii.*

16 Placuit hanc immissionem stipare nonnullis externis symbolis, ut appareat, quod provisus possessionem acceperit. In beneficiis curatis solet possessio dari per ingressum Ecclesiæ, per aspersionem aquæ benedictæ, per osculum majoris altaris: in beneficiis simplicibus per contactum Missalis, aut alterius libri Sacramentarii, aut Antiphonarii: in Canoniis per introductionem in Sedem Capituli, & in Stallum Chori. Nonnunquam & traditioni brevis manus locus est; utpote per tactum pessulii, vel ostii, aut & per conspectum turris, vel pinnaculi Ecclesiæ.

17 Clericus autem, vel Notarius, cui immissio hæc mandata est, censetur nudus minister, ut neutiquam sibi cognitionem de justitia tituli, aut collationis arrogare possit, aut eo obtentu differre institutionem. Si tamen notoria appareat vitia, aut repugnent evidenter Statuta Ecclesiæ, via supplicationis, & deprecationis oportet, suspenso negotio monere Superiorem, aut summum tribunal interpellare, ut, vocato illegitimo detentore, causa decidatur.

18 Possessio beneficii & per Procuratorem capi potest, si speciale mandatum habeat. Requiritur speciale mandatum, quia prævie solet præstari juramentum in animam constituentis. Statuunt Capitularia (*a*), ut, quando Presbyteri, aut Diaconi per Parochias constituuntur, professionem *obedientiæ* Episcopo suo faciant. Hæc professio obedientiæ, & reverentiæ in sacra Ordinatione à Presbyteris exigi solet.

(*a*) Capit. lib. 7. c. 466.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

19 Successit in beneficiorum ingressu exactio juramenti, quod Synodus Mechliniensis II. (*a*) ea formula præscribit. *Ego juro, & promitto obedientiam, reverentiam & honorem SS. Pontifici Romano, ac R. D. Episcopo N., eorumdemque successoribus. Item juro, promitto, Ecclesiæ meæ Parochiali de N. fideliter deservire secundum oneris illi annexi exigentiam, & in eo personaliter residere. Bona Pastoratus, vel Ecclesiæ meæ non alienabo*, & indebite *alienata, quantum in me erit, fideliter recuperare studebo &c.*

20 Præcipit Synodus Tridentina (*b*), *ut provisi de Canonicatibus, & Dignitatibus in Ecclesiis Cathedralibus, non solum coram Episcopo, aut ejus Officiali, sed etiam in Capitulo* orthodoxæ fidei publicam professionem *facere teneantur; alioquin prædicti omnes fructus non faciant suos: nec illis possessio suffragetur.*

21 Nonnullibi receptus est & usus, quod Canonici Collegiatæ Ecclesiæ teneantur edere professionem fidei in Capitulo, antequam residentiam auspicentur. Hic tamen usus universalis haud est, quia sufficere creditur, quod eam professionem in susceptione Ordinis sacri, vel adeptione gradus Academici præstiterint.

22 In Capitulis tum Cathedralibus, tum Collegiatis vulgatius est, ut Canonici ante ingressum possessionis ad juramentum adigantur, quod canonicum habeant ingressum, sintque statuta Capituli observaturi; bona quoque, ac jura, privilegia pro viribus defensuri, & conservaturi, neque secreta Capituli revelare velint. Querebatur Synodus Coloniensis (*c*) sæculo XVI.: *Fere, quotquot sunt Cathedrales, & Collegiatæ Ecclesiæ; suum habent volumen statutorum peculiarium &c. Et, quamvis pleraque inter hæc iniqua reperias, adiguntur tamen omnes, ut ad hujusmodi statutorum observationem, etiam penitus ignari, quid contineant illa, citra ullum delectum jurejurando se alligent: cum tamen juramentum nec debeat esse iniquitatis vinculum, nec ad ignorata extendi.*

23 Quid consultius, quam, ut indiscretiora juramenta, quæ tum in Collegiis, tum in Academiis, tum in judiciis passim sine ulla discussione, tamquam quædam formulæ exiguuntur, & emittuntur, abolerentur, aut minuerentur, salvis solis illis, quæ publica necessitas, aut utilitas extorquet, ut in veritate, judicio, & justitia juramenta præstari viderentur. Synodus Tridentina (*d*) Episcopis reliquit, ut cons-

(*a*) Syn. Mechl. p. II. tit. 17. (*b*) Trid. sess. 24. c. 12.
(*c*) Syn Colon. p. 3. c. 19. (*d*) Trid. sess. 24. c. 14.

constitutiones, & consuetudines Capitulorum justa discretione lustrent, rejectis illis, quæ simoniacæ labis, aut sordidæ avaritiæ, alteriusque vitii suspectæ apparent.

24 Jure Decretalium homagium, quod nonnulli Episcopi à Provisis titulo, & exemplo feudi ad ingressum beneficiorum exigebant, suspectum declaratur, quia, dum homagium ex suo genere spectat exhibitionem servitiorum temporalium, fidelitatemque in tuendis juribus, vitaque Domini directi defendenda, conservandam, vitio vacare non videbatur, quod pro spiritualibus hujusmodi professio exigeretur. *c.* 11. *de Reg. Jur.*

25 Reliquæ Decretales ex vitio simoniæ damnant passim & alias exactiones, quæ juxta consuetudines feudorum exemplo, & titulo Relivii cujusdam ad possessionem, & installationem beneficiorum à Provisis exigi solebant. *c.* 9. & 36. *de Simon.*

26 Quum Concilium Tridentinum (*a*) declarasset, quod illas exactiones, quæ in admissione ad possessionem beneficiorum pro propriis commodis exiguntur, detestaretur. Galli hoc Decretum utraque manu exceperunt, dicentes, iis verbis tolli solutionem annatarum. *Et sane*, ait Historicus, *qui ea considerate examinat, alium iis sensum non temere appinget, utcunque eventus ostenderit, Romæ caput illud longe aliter intellectum esse.*

27 Jura feudorum disponunt, vasallum per annum possidentem, sciente, & non contradicente Domino, investitum præsumi debere, adeo, ut ex tali possessione, sine titulo etiam contra Dominum se defendere possit. Can. 3. De Annal. Possess.

28 Hoc igitur exemplo Eugenius IV. regulam de annali Possessore in beneficiis Ecclesiasticis promulgavit (*b*), quæ ita habet: *Item SS. D. N., ut improbi lites exquirentium motus reprimantur, voluit, statuit, & ordinavit, quod, quicunque beneficium Ecclesiasticum, tunc per annum immediate præcedentem pacifice possessum, & quod certo modo vacare prætenditur, deinceps impetraverit* à Sede Romana, vel Legato Papæ; *nomen, gradum, & nobilitatem Possessoris ejusdem, & quot annis ipse illud possederit, ac specificam, & determinatam, ex qua clare poterit constare, quod nullum ipsi Possessori in dicto beneficio jus competat, causam hujusmodi impetrationis exprimere, & infra sex menses ipsum Possessorem ad judicium evocari facere, causamque ex tunc desuper infra annum usque ad sententiam definitivam inclusive*

(*a*) Ibi. (*b*) Reg. Cancell. 35.

prosequi debeat, & teneatur. Alioquin impetratio prædicta, & quæcunque inde sequuta nullius existant firmitatis, & idem impetrans de damnis; & interesse præfactum Possesorem propterea contingentibus ei satisfacere, & si Possessorem ipsum injuste, frivole, & indebite molestare repertus extiterit, 50. florenos auri persolvere Cameræ Apostolicæ sit adstrictus. Nec alius, quam præmissæ vacationis modus etiam per literas: motu proprio, *si neutri, aut subrogationis, aut alias sibi quoad hoc, ut beneficium hujusmodi ea vice consequi, aut obtinere valeat, quomodolibet suffragetur, illudque nullatenus in antea litigiosum censeatur*: *quod etiam extendi voluit ad impetrantes beneficia Ecclesiastica cujusque qualitatis per privationem, & amotionem, vel alias propter commissos excessus, & crimina, vacantia, vel vacatura, & similiter ad impetrantes beneficia vacantia per devolutionem.*

29 Suffragatur hæc regula annalis possessionis, utcumque sit titulo quocunque destituta, adversus Præcistas Romanos. Oportet tamen, eam esse annalem, continuam, immediate tempore impetrationis præcedentem, & quoad titulum tum de jure, tum de facto in possessorio, petitorioque pacificam.

30 Hæc regula non habet locum in provisionibus Ordinariorum, quibus ex officio incumbit intrusos, vel aliunde justo titulo destitutos inquirere, ut libere vacantia beneficia, quamvis de jure tantum vacent, idoneis personis conferant, licet Possessor deturbari nequeat, nisi causa cognita. *c.* 28. *de Præb. in* 6.

31 Siquis in Romana Curia impetrare vult beneficium annalis pacifici Possessoris, tanquam de jure vacans, debet juxta tenorem regulæ exprimere, nomen, gradum, & nobilitatem Possessoris. Verum hodie in quacunque impetratione, sive per obitum, sive per resignationem, sive certo modo, sive sint provisiones; *Perinde valere*: *si neutri*, & similes, quoad expressionem gradus, nobilitatis, & temporis, quo possedit is, cujus beneficium impetratur, primæ parti ragulæ derogari solet.

32 Præcipit regula, ut impetrans infra sex menses Possessorem ad judicium evocari faciat, causamque ex tunc infra annum usque ad sententiam definitivam inclusive prosequi debeat, & teneatur. Alibi sufficit, intra annum possessorio agere. Quoad prosecutionem causæ solent impetrantes aliquando à Papa prorogationem exorare. Alibi nullus est usus hujus regulæ, quatenus processum judicialem, ac futuræ instantiæ formam, mulctamque temerarii litigatoris definit. Ait

33 Ait Regula; quod si non sint expressa exprimenda, *impetratio, & quæcunque inde sequuta, sint nullius roboris*: nimirum ut annalis Possessor possit excludere impetrantem ob non expressionem requisitorum, non ratione *annalis Possessionis, sed subreptionis.* In reliquis Regula nullo modo fovet Possessorem, quin servata forma per impetrantem à Papa, vel Legato deturbari possit.

Cap. 4. De Triennal. Pos.

34 Statuit Concilium Basileense (*a*): *Quicunque non violentus, sed habens coloratum titulum, pacifice, & sine lite Prælaturam, dignitatem, beneficium, vel officium triennio* continuo, completo, *proximo, hactenus possedit, vel in futurum possidebit, non possit postea in petitorio, vel possessorio à quoquam etiam ratione juris noverit impetrati molestari.*

35 Regula Cancellariæ (*b*), præterita mentione Concilii Basileensis, Decretum ita explicat: *Item statuit, & ordinavit idem D. N. quod, siquis quæcunque beneficia Ecclesiastica, qualiacunque sint, absque simoniaco ingressu ex quovis titulo, Apostolica, vel ordinaria collatione, aut electione, & electionis hujusmodi confirmatione, seu præsentatione, & institutione illorum, ad quos beneficiorum hujusmodi collatio, provisio, electio, & præsentatio, seu quæcis alia dispositio pertinet, per triennium pacifice possederit* (*dummodo in beneficiis hujusmodi, si dispositioni Apostolicæ ex reservatione generali in corpore Juris reservata fuerint, se non intruserit*) *super beneficiis ejusdem taliter possessis molestari queat: nec non impetrationes quaslibet de beneficiis ipsis sic possessis factas, irritas, & inanes censeri debere decrevit, antiquas lites super illis motas penitus extinguendo.*

36 Suffragatur tum Regula, tum Decretum Possessori, qui per seipsum triennium continuum absque interruptione complevit. Nam tempus Antecessoris Successori haud prodest, quia in beneficiis Ecclesiasticis, procul ab hæreditario jure cujusque titulus, qui haberi à Superiore debet, spectatur.

37 Oportet autem possessionem illam triennalem esse pacificam, utpote sine lite, & controversia, sive in possessorio, sive in petitorio. Ait Concilium Basileense: *Lis autem hoc casu quoad futuras controversias intelligatur, si ad executionem citationis, jurisque sui in judicio exhibitionem, ac terminorum omnium observationem processum fuerit.* Hinc tria requiruntur, ut beneficium hoc loco censeatur litigiosum; primo, quod emanaverit citatio executata, & secundo titulus agen-

(*a*) Conc. Basil. de Pacif. Possess. (*b*) Reg. Cancell. 36.

agentis fuerit in judicio competenti parti adversæ exhibitus; denique tertio quod omnes dilationes ordinariæ juris, vel styli, quæ dantur ad litem contestandam, sint ante triennium elapsæ, vel per adversarium steterit, quo minus sint elapsæ.

38 Sed quid? Siquis ante completum triennium litem cœperit contra unum, an post triennalem Possessionem poterit molestari Possessor & ab aliis? Negant Interpretes Galli, quia respectu aliorum pacificus Possessor apparet. Vetat enim Decretum Concilii, quemquam post triennium venire posse, nisi alliget impedimentum, & protestetur intra triennium. Si autem possessio naturaliter interrupta fuerit, hæc turbatio prodesse omnibus censeretur.

39 Quantum ad triennalem pacificam possessionem spectat; requirit Decretum Basileense; ut Possessor sit non violentus, sed habens coloratum titulum, id est, juxta Regulam Cancellariæ, ut *beneficium sine simoniæ ingressu ex quovis titulo, Apostolica, vel ordinaria collatione, & electionis hujusmodi confirmatione, seu præsentatione & institutione illorum, ad quos hujusmodi beneficiorum collatio, & provisio, electio, & præsentatio, vel quævis alia dispositio pertinet, per triennium pacifice possederit.* Unde in ordine ad effectum hujus Regulæ, titulum coloratum habere censetur, qui non habet titulum in eo genere discoloratum, utpote vel per simoniam, vel de beneficio reservato per reservationem in corpore Juris clausam. Oportet ergo vitium hujus tituli probare actorem; nam pro Possessore præsumitur.

40 Quum in regula de triennali possessione excipiatur reservatio clausa in corpore Juris, quæ collationem ab Ordinario obtentam impedit, ut hæc vim tituli colorati obtinere nequeat; inferunt Interpretes, quod, licet beneficium concessum, sit generatim, aut speciatim in gratiam alterius Collatoris, Mandatarii, aut Indultarii reservatum, collatio ab Ordinario facta in gratiam alterius sit colorata, ita ut & in Regalia Provisus ab Ordinario post triennium pacificæ possessionis contra Regalistam sit securus; quia in beneficiis reservatis Ordinarius *habitu* retinet jus conferendi, initio inspecto.

41 Effectus ergo pacificæ triennalis possessionis, si titulo colorato fit subnixa, eo spectat, quod super eodem beneficio illo molestari à quoquam nequeat. Inquit Decretum: *Non possit postea in petitorio, vel possessorio à quoquam, etiam ratione juris noviter impetrati, molestari.*

42 Subdit tamen Concilium Basileense: *Excepto hostilitatis casu, vel alterius legitimi impedimenti, de quo protestari juxta Concilium Viennense intra triennium* (nisi tale subsit impedimentum, ut nec protestari potuisset; utpote si in carcere omni tempore fuisset) *tenetur.* Poterit ergo ille, qui legitimo impedimento fuit perstrictus, etiam post lapsum triennii agere, si infra triennium legitimam protestationem expossuerit, quam Concilium Viennense præscripsit. *Clem. 3. de Elect.*

43 Triennalis pacifica possessio, titulo colorato subnixa, ita firmat Possessoris jus, ut, si id beneficium alteri resignatarius ob defectum juris sui prædecessoris, qui triennio pacifice possedit, molestari queat; sed bene discuti potest novus titulus, aut habilitas surrogati.

44 Siquis molestetur post triennium, juxta praxim Galliæ literas Regias, quas de pacificis Possessoribus vocant, impetrare licet, per quas præcipitur, ut non habeat illum pacificum Possessorem molestare, si de narratis apparuit. Debet enim impetrans probare, & obtendere suum titulum, sub quo ipse possedit. Nam adversarium suum non potest cogere ad edendum titulum, nisi ipse prius suum exhibuerit.

45 Hoc intelligendum est de privatorum instantiis: nam Ordinariis reliquum est, ex officio inquirere, non obstante quocumque cursu temporis, aut tolerantia Superiorum, in titulos Possessorum triennalium. Præcipit Concilium Basileense: *Ordinarii autem inquirant diligenter, ne quis sine justo titulo beneficium possideat. Quodsi talem quandocumque repererint, declarent, jus illis non competere: Et huic, si sibi videatur* (*nisi sit intrusus vel violentus, vel alias indignus*) *vel alteri idoneo provideant.*

46 Enimvero jus triennalis Possessoris titulo colorato, præsumptioni juris innixum, non potest esse majoris authoritatis, quam jus in vero, & legitimo titulo fundatum. Ideo sicut jus hoc non obstat, quin ex nova causa possit suo vero titulo privari, & suo jure excidere; ita nec triennalis pacifica Possessio, titulo colorato nixa, efficere potest, quin ex justa causa & titulo colorato, & jure ad beneficium, vel in beneficio destitui possit, ut exinde beneficium, quamvis per triennium pacifice cum titulo colorato possessum, fiat impetrabile.

* 47 Inter hæc quid in morali doctrina frequentius Clero commendandum est, quam vulgares illas instantias concupiscendi, & obtinendi beneficia esse à sententiis Patrum alienas? Inquit S. Chrysostomus (*a*): *Sacerdotis animarum honoris illius desiderio undique vacare oportet.* Ex sententia Isidori Pelusio-

(*a*) S. Chrys. de Sacerdot. L. 3. cap. 10.

siotæ (a): *Nec probatissimos quidem viros hunc amorem in animo alere, verum pro viribus expellere oportet.* Ex sententia S. Gregorii (b), *qui vacat, hæc incaute non expetat* (*Pastoralis curæ pondere*), *& qui incaute hac expetiit, adeptum se esse pertimescat: appetitum timor temperet.* Quid præclarius sententia S. Augustini (c)? *Locus superior, sine quo regi populus non potest, etsi ita teneatur*, ac administretur, ut decet, tamen indecentes appetitur, quia desiderium non vacat ambitionis, aut avaritiæ vitio.

TIT. X.

De Resignatione, & Permutatione Beneficiorum.

CAP. I.

De Diversis Speciebus Resignationum.

1 Juxta Decretum Concilii Carthaginensis IV. (d) *Placuit, ut, quicunque Clerici, vel Diaconi pro necessitatibus Ecclesiarum non obtemperaverint Episcopis suis, volentibus eos ad ampliorem honorem in sua Ecclesia promovere; nec illic ministrent in gradu suo, unde recedere noluerunt.*

2 Quum enim veteri more ipsa Ordinatio vice provisionis beneficii esset, nulla Clerico, suscepta ordinatione, facultas superfuit, sui Episcopi imperium detrectandi aut eo inconsulto officium abdicandi, aut ad aliam Ecclesiam sponte sua transmigrandi. Supersunt veteres authoritates in Decreto Gratiani. *c. 23. & passim VII. q. 1.*

3 His exemplis & novo jure instaurata est Regula, ne quisquam Ecclesiam, quam titulo beneficii nactus est, absque assensu Episcopi diœcesani intrare audeat, aut detinere, aut eo inconsulto dimittere. *cap. 4. de Renunt.*

4 Si tamen è re Ecclesiæ videbatur, annuente Episcopo beneficium renuntiare licuit: atque renuntianti Collator aliud conferre, & si simul duo renuntient, alterum in alterius beneficium transferre potuit. Collatori commendata est Ecclesiæ utilitas: utpote si Episcopo persuasum sit, Parochum meliorem operam in alia Parochia navaturum. En fundamentum permutationis ex veterum instituto.

5 Novo jure rescripsit Alexander III. *Generaliter teneas, quod*

(a) S. Isid. Pelus. L. 3. epist. 216. (b) S. Greg. in Prol. Fast.
(c) S. Aug. de Civit. Dei L. 19. cap. 13. (d) Cod. Rom.

quod commutationes præbendarum, propria authoritate, *de jure fieri non possint, præsertim cum pactione præmissa, quæ circa spiritualia, vel connexa spiritualibus labem simoniæ semper continent.* "Si autem Episcopus causam inspexerit necessariam, „ licite poterit de uno loco ad alium transferre personas: ut, „ quæ uni minus sunt utiles, alibi se valeant utilius exercere." Refert. *cap. 5. de Rer. Permut.*

6 Occasione hujus clausulæ, usus recentior invaluit, quod hæc resignatio beneficiorum sub ea conditione intelligeretur, ut alter in alterius beneficium surrogaretur. Inde declaravit Bonifacius VII. Expectatarios, seu Mandatarios Apostolicos resignata talia beneficia occupare, vel acceptare non posse: quia resignantes, nisi credidissent, vi hujus resignationis se ad mutua beneficia transferendos, ea non resignassent. Quippe, etsi de rigore veteris, recentiorisque juris ea vacare videantur, æquum tamen non est, ea aliis conferre. Ait Pontifex: *æquitatem hac in parte rigori præferentes.* Superest rescriptum Bonifacii. *cap. un. de Rer. Permut. in 6.*

7 Hinc juxta Decretalem Clementis V. *Ne concessione juris utentibus præsertim circa spiritualia illudatur, si quæ beneficia, ex causa permutationis ab aliquibus resignata aliis, quam ipsis permutare volentibus, conferantur, nullius hoc esse volumus firmitatis.* Quis dubitet, exemplo, & titulo feudi, quo novo jure censentur beneficia, disciplinæ remissionem prævaluisse? Utinam vero absint aliæ clandestinæ artes, & pactiones, quas caro & sanguis frequentius alit? *Clem. un. dict. tit.*

8 Resignationes permutationis causa non vacant substitutione Successoris. Hoc exemplo Sæculo XVI. cœpere & resignationes in favorem. In stylo spectantur & hæ renuntiationes, veluti simplices, quia non apparet, esse illicitum, quod, qui resignat beneficium, commendet Collatori Successorem, de cujus capacitate persuasus est. *cap. 18. VII. q. 1.*

9 Quia tamen resignationis hujus recencior conditio esse cœpit, ut resignatum beneficium non alteri, quam illi, quem resignans nominavit, aut commendavit, conferri posset, ea Canonibus invisa videbatur; tum quod Successor aperte obtruderetur, tum quod hæreditariæ successioni locus dari videretur, tum quod electioni dignioris fieret præjudicium, quoniam acceptioni personarum lata via panderetur.

10 Neque tamen hæ, vel aliæ rationes, aut & querelæ, crisesque nonnullorum usum, vel abusum resignationum in favorem abrumpere poterant. Id unum successit, quod Pius V. (a) auc- Cap. 2. De cons. super.

(a) S. Pius V. Bull. 58. in Bull. Rom.

siotæ (a): *Nec probatissimos quidem viros hunc amorem in animo alere, verum pro viribus expellere oportet.* Ex sententia S. Gregorii (b), *qui vacat, hæc incaute non expetat* (*Pastoralis curæ pondere*), *& qui incaute hac expetiit, adeptum se esse pertimescat: appetitum timor temperet.* Quid præclarius sententia S. Augustini (c)? *Locus superior, sine quo regi populus non potest, etsi ita teneatur*, ac administretur, ut decet, tamen indecentes appetitur, quia desiderium non vacat ambitionis, aut avaritiæ vitio.

TIT. X.

De Resignatione, & Permutatione Beneficiorum.

CAP. I.

De Diversis Speciebus Resignationum.

1 Juxta Decretum Concilii Carthaginensis IV. (d) *Placuit, ut, quicunque Clerici, vel Diaconi pro necessitatibus Ecclesiarum non obtemperaverint Episcopis suis, volentibus eos ad ampliorem honorem in sua Ecclesia promovere; nec illic ministrent in gradu suo, unde recedere noluerunt.*

2 Quum enim veteri more ipsa Ordinatio vice provisionis beneficii esset, nulla Clerico, suscepta ordinatione, facultas superfuit, sui Episcopi imperium detrectandi aut eo inconsulto officium abdicandi, aut ad aliam Ecclesiam sponte sua transmigrandi. Supersunt veteres authoritates in Decreto Gratiani. *c. 23. & passim VII. q. 1.*

3 His exemplis & novo jure instaurata est Regula, ne quisquam Ecclesiam, quam titulo beneficii nactus est, absque assensu Episcopi diœcesani intrare audeat, aut detinere, aut eo inconsulto dimittere. *cap. 4. de Renunt.*

4 Si tamen è re Ecclesiæ videbatur, annuente Episcopo beneficium renuntiare licuit: atque renuntianti Collator aliud conferre, & si simul duo renuntient, alterum in alterius beneficium transferre potuit. Collatori commendata est Ecclesiæ utilitas: utpote si Episcopo persuasum sit, Parochum meliorem operam in alia Parochia navaturum. En fundamentum permutationis ex veterum instituto.

5 Novo jure rescripsit Alexander III. *Generaliter teneas, quod*

(a) S. Isid. Pelus. L. 3. epist. 216. (b) S. Greg. in Prol. Fast.
(c) S. Aug. de Civit. Dei L. 19. cap. 13. (d) Cod. Rom.

quod commutationes præbendarum, propria authoritate, *de jure fieri non possint, præsertim cum pactione præmissa, quæ circa spiritualia, vel connexa spiritualibus labem simoniæ semper continent.* "Si autem Episcopus causam inspexerit necessariam, „ licite poterit de uno loco ad alium transferre personas: ut, „ quæ uni minus sunt utiles, alibi se valeant utilius exercere." Refert. *cap. 5. de Rer. Permut.*

6 Occasione hujus clausulæ, usus recentior invaluit, quod hæc resignatio beneficiorum sub ea conditione intelligeretur, ut alter in alterius beneficium surrogaretur. Inde declaravit Bonifacius VII. Expectatarios, seu Mandatarios Apostolicos resignata talia beneficia occupare, vel acceptare non posse: quia resignantes, nisi credidissent, vi hujus resignationis se ad mutua beneficia transferendos, ea non resignassent. Quippe, etsi de rigore veteris, recentiorisque juris ea vacare videantur, æquum tamen non est, ea aliis conferre. Ait Pontifex: *æquitatem hac in parte rigori præferentes.* Superest rescriptum Bonifacii. *cap. un. de Rer. Permut. in 6.*

7 Hinc juxta Decretalem Clementis V. *Ne concessione juris utentibus præsertim circa spiritualia illudatur, si quæ beneficia, ex causa permutationis ab aliquibus resignata aliis, quam ipsis permutare volentibus, conferantur, nullius hoc esse volumus firmitatis.* Quis dubitet, exemplo, & titulo feudi, quo novo jure censentur beneficia, disciplinæ remissionem prævaluisse? Utinam vero absint aliæ clandestinæ artes, & pactiones, quas caro & sanguis frequentius alit? *Clem. un. dict. tit.*

8 Resignationes permutationis causa non vacant substitutione Successoris. Hoc exemplo Sæculo XVI. cœpere & resignationes in favorem. In stylo spectantur & hæ renuntiationes, veluti simplices, quia non apparet, esse illicitum, quod, qui resignat beneficium, commendet Collatori Successorem, de cujus capacitate persuasus est. *cap. 18. VII. q. 1.*

9 Quia tamen resignationis hujus recencior conditio esse cœpit, ut resignatum beneficium non alteri, quam illi, quem resignans nominavit, aut commendavit, conferri posset, ea Canonibus invisa videbatur; tum quod Successor aperte obtruderetur, tum quod hæreditariæ successioni locus dari videretur, tum quod electioni dignioris fieret præjudicium, quoniam acceptioni personarum lata via panderetur.

10 Neque tamen hæ, vel aliæ rationes, aut & querelæ, crisesque nonnullorum usum, vel abusum resignationum in favorem abrumpere poterant. Id unum successit, quod Pius V. (a) auc- Cap. 2. De cons. super.

(a) S. Pius V. Bull. 58. in Bull. Rom.

auctoritatem eas admittendi Apostolicæ Sedi reservarit, quia dubium non est, eas esse à Canonibus alienas, ut dispensatione, quæ Pontifici jure novo reservatur, egeant. Hinc nec Legati à latere eas sibi arrogare queunt, nisi desuper specialem facultatem obtinuerint.

11 Hodie duplex distinguitur resignatio in favorem. Vulgaris spectat favorem personæ. Altera refertur in favorem unionis, ut tenuiori cuidam Ecclesiæ per unionem dimissi beneficii consuli possit. Hæc enim nequaquam adversatur sacris Canonibus, ut proinde recte ab Ordinario, veluti simplex admitti queat.

12 Jure novo & permutationis causa resignationes Ordinariorum authoritati relinquuntur, aut & reservantur, tametsi collatio, aut confirmatio ad alios inferiores Collatores pertineat. In Gallia tamen & has resignationes fecerunt suas inferiores Collatores. Quod si agatur de Canonicorum Protestantium resignationibus, requirunt consensum Principis, in cujus territorio versatur Capitulum.

13 Quantum ad authoritatem Ordinariorum (*a*), & simplices resignationes, iis inconsultis, vetantur: sensim tamen invaluit libera facultas renuntiandi beneficiis ad manus Collatorum, eaque sine consensu Episcopi deferendi, & à vinculo, quo erat Ecclesiæ adstrictus, liberandi, nisi titulo beneficii ad sacros Ordines fuerit promotus; utpote quo casu vetat Concilium Tridentinum (*b*) resignationem, nisi facta mentione, quod ad titulum illius beneficii sit ordinatus, fieri, admittique, nisi constet, quod alias commode vivere possit.

14 Recentius Pius V. (*c*) rejectis indiscretioribus, & arbitrariis resignationibus, certas, & determinatas causas expressit, ex quibus Ordinarii resignationes admittere possent præcepitque, *ne ipsi Episcopi, aut alii Collatores de beneficiis, & officiis resignandis prædictis aut suis, aut dimittentium consanguineis, affinibus, & familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in extraneos collationum, audeant providere.* Refert. *Lib. VII. Decret. L. 1. Tit. XIV. cap. 3.*

15 Constat tamen in praxi, hanc constitutionem Papæ, quod expressas illas causas, & personas, nec in Gallia, nec in Hispania, nec in Belgio, & Germania esse undequaque receptam. Et vero in ipsa Curia quævis resignationes, etiam in favorem, tam indifferenter admittuntur, vel hinc patescat in Cu-

(*a*) Ord. Magd. Polit. cap. 6. §. 26. (*b*) Trid. sess. 21. cap. 2.
(*c*) S. Pius V. suprem.

Curia ipsa ad illam Pii V. constitutionem fieri reflexionem exiguam.

16 Cæterum in quantum hæc constitutio vetat, resignationes levibus, aut nullis ex causis fieri, aut beneficiorum resignatorum intuitu carnis, & sanguinis provisionem fieri, vel pactiones simoniacas, aut confidentiales interponi: eatenus dicta constitutio non tantum omnes Ordinarios, sed & ipsum Pontificem obstringit.

17 Hæc enim conditio tum resignationum, tum permutationum est, ut fiant, procul ab omni affectu carnis, aut quæstus, aut sequiore alia pactione, aut intentione, sed tantum pro causa spirituali, nimirum, ut Deo melius serviatur, aut ut tali loco possit quis Deo melius servire. Quid enim in argumentis novi juris his cautelis vulgatius? *cap. 9. de Rer. Permut. & alibi passim.*

18 Exemplum feudi, quo novo jure beneficia censentur, corruptis sæculis contemptum tam justarum cautelarum persuasit. Sub Paulo III. delecti Consultores querebantur: *alius item abusus in permutationibus beneficiorum, quæ fiunt cum pactionibus, quæ simoniacæ omnes sunt, nulloque respectu habito, nisi lucri.* Cap. 3. De Procur. ad Resign.

19 Successit inde, exemplo feudi, quod resignationes tum simplices, tum & in favorem, permutationisque causa sideri per Procuratorem solerent: Juxta Regulam Cancellariæ (*a*) *super resignatione cujuscunque beneficii Ecclesiastici, seu cessione juris in eo, quam in manibus suis* (Papæ) *vel in Cancellaria Apostolica fieri contigerit, Apostolicæ literæ nullatenus expediantur, nisi resignans, vel cedens, si præsens in Romana Curia fuerit, personaliter, alioquin per Procuratorem suum, ad hoc ab eo specialiter constitutum, expeditioni ejusdem in eadem Cancellaria, ut moris, expresse consenserit, & juraverit.* Hodie admittitur & in Curia Procurator præsentis.

20 Tum ergo coram Ordinario, tum coram Papa resignatio per Procuratorem fieri potest Clericum, laicumque. Atque Procurator constitui potest, tum per literas privatas, tum per instrumentum publicum. Juxta stylum tamen Curiæ hodie opus est exhibitione instrumenti publici, quia sæpius resolutum est, in Cancellaria Romana non posse aliquem vigore epistolæ missivæ præstare consensum renuntiationi. Hac occasione nata est sententia, ad renuntiandum mandatum requiri in forma publici instrumenti.

21 Requiritur ergo, ut instrumentum confectum sit à No-

(*a*) Reg. Cancell. 45.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tario, eoque Apostolico, præcipue, si de risignatione in Curia Romana facienda agatur. Si alibi patriæ leges requirunt duos Notarios pro forma publici instrumenti, tunc etiam in confectione Procuratorii duos intervenire oportet. In Camera, & Cancellaria præterea requiritur, ut instrumentum obsignatum sit sigillo publico Judicis ordinarii, & Communitatis, fiatque recognitio sigilli. In Gallia præcipiunt leges Regiæ, ut & resignans subscribat instrumento resignationis.

22 In illo mandato speciali oportet tum nomen, tum locum beneficii exprimere, dareque facultatem renuntiandi beneficio, quod quis actu, & pro tempore, quo instrumentum Procuratorii confectum est, habet. Reliqua mandata generalia, tum etiam illa *cum libera*, tum de jure communi, tum de stylo Curiæ rejiciuntur.

23 Speciale mandatum præprimis exigitur ob juramentum, quod à Procuratore in animam resignantis est præstandum, quod non interveniret fraus, dolus, simoniæ labes, seu quævis alia pactio illicita, aut etiam corruptela. Hac occasione monuit anno 1536. Sinodus Coloniensis (*a*): *Majore ergo cura, diligentiorique, quam antehac*, veluti ex formula styli, *fieri consuevit, pervestigatione prævia hæc juramenta recipi convenit.* Utinam his cautelis in omnibus juramentis locus esset?

24 Sæpe in Procuratorio ad resignandum solet dari Procuratori constituto potestas alium substituendi, cum eadem auctoritate, qua ipse constitutus est. Hinc substitutus non solum suum mandatum substitutionis, sed etiam mandatum Procuratoris, à quo fuit substitutus, exhibere debet.

25 Exhibito Procuratorio præstandus est consensus, qui in Camera, vel Cancellaria exprimendus est coram Notariis Cameræ, vel Cancellariæ. Juxta regulam Cancellariæ: *Etsi ipsum resignantem, seu cedentem pluries super uno, & eodem beneficio, in favorem diversarum personarum successive consentire contigerit, voluit Sanctitas sua, quod primus consensus tenere debeat, & alii posteriores consensus, ac literæ eorum prætextu, etiam sub priori data expeditæ, pro tempore nullius sint roboris, & momenti.*

26 Præstito formali consensu abdicatur jus à resignante, ut inde ab hoc momento tempus computetur, de quo in Regula de infirmis resignantibus uberior mentio recurret.

27 Procuratorium, seu mandatum semel legitime, & sine restrictione temporis datum, solo lapsu temporis, etiam plurium annorum, de jure communi non expirat, aut & renovatum præsumitur, quia voluntas semper durare censetur, donec de revocatione appareat. In Gallia tamen resignatio, vi Procuratori anno elapso facta, non valet, ut lege Regia cautum est.

(*a*) Syn. Colon. P. 1. cap. 34.

28 Mandatum morte mandantis *re integra* solvitur: idque etiam procedit, licet Procurator mortem resignantis ignoraverit: modo tamen ante exhibitam supplicationem resignans vere, & actu mortuus fuerit. Si tamen vivente resignante, supplicatio resignationis fuerit per Procuratorem exhibita, & illo vivo signata, poterit Procurator vi ejusdem mandati post mortem resignantis præstare consensum in Camera, vel Cancellaria pro expeditione literarum, ut Regulæ Cancellariæ satisfiat, quia ipse consensus, in Camera, vel Cancellaria præstandus, non tam exigitur ad perfectionem resignationis, quam ad expeditionem literarum, quæ ad probationem tantum requiruntur, unde consensus datus ad diem signatæ supplicationis retrotrahi meretur.

29 Juxta Interpretes id & procedit, etiamsi probaretur, quod constituens ante suam mortem mutasset voluntatem. Nam, si illa voluntas revocata non fuit intimata, potest Procurator eo mortuo præstare consensum formalem. Nam non sufficit, revocationem esse factam, nisi fuerit intimata. *Clem. un. de Renunt.*

30 Sufficit autem hanc intimationem esse factam vel ipsi Procuratori, vel ipsi Superiori, in cujus manibus resignatio facienda erat. Hinc si intimatio facta fuerit Cameræ, vel Cancellariæ, facta & Papæ censetur, quia, quæ fiunt in Camera, vel Cancellaria, in Consistorio Papæ fieri dicuntur.

31 Cæterum indubitatum est, resignantem quovis tempore usque ad consummationem actus posse libere mandatum revocare, etiam post porrectionem supplicationis, ejusque signaturam, eatenus nempe, ut Procurator vi istius mandati non possit postmodum præstare formalem consensum in Camera, vel Cancellaria.

32 Siquis Procuratorium dederit resignandi beneficium ad manus Papæ, non poterit illud, revocato mandato, resignare coram Ordinario, nisi prius actum revocationis in Curia Romana insinuaverit. *Arg. c. 2. de Postul. Prælat.*

33 Sensim invaluit, quod cuique beneficium maxime simplex, resignare integrum sit, qui non prohibetur: quasi vero beneficia Ecclesiastica patrimonii jure censeri possent. Cap. 4. De Resign.

34 Sic juxta Interpretes promotus ad Parochialem Ecclesiam posset resignare in favorem illud beneficium ultima die anni dati, ut se promoveri faceret ad Ordines sacros; sa-

tametsi jam certo constet, altera die se ipso jure esse illo beneficio privandum, quia intra annum haud amplius promoveri ad Sacerdotium potest. Hodie autem hujusmodi resignatio non admitteretur, quia stylus obtinuit, ut debeat exprimi tempus, quonam resignans Parochiam possedit. Quippe, si tempus est breve, cessio rejicitur; si autem hoc expresso, Papa admittit resignationem, nulli dubium est, valere.

35 Regula Cancellariæ vetat (*a*), Electos ad quascunque Prælaturas, aut Dignitates, quamdiu reipsa promoti non sunt, beneficia priora resignare. *Necnon*, inquit, *quæcunque collationes, provisiones, & dispositiones pro tempore faciendæ de præmissis, & quibusvis aliis beneficiis Ecclesiasticis sæcularibus & regularibus, quæ per promovendos, vel assumendos ad quascunque Prælaturas inter illarum vacationis, & hujusmodi promotionis, vel assumptionis tempora simpliciter, vel ex causa permutationis ubicunque resignari, vel dimitti contigerit, cum inde secutis pro tempore sint cassæ, & irritæ, nulliusque roboris vel momenti.* Hodie tamen hæc Regula passim exolevit.

36 Accusatus & de crimine, quod privationem beneficii meretur, resignare potest, quamdiu per sententiam judicis beneficio privatus non est, etsi probationes essent receptæ, & foret jam in causa conclusum. Quinimo, etsi sententia privationis lata sit, si ab ea appellatum fuerit, pendente appellatione, renuntiationi tum simplici, tum permutationis causa, & in favorem locus superest, nisi Papa beneficium illud alteri pro casu privationis sequuturæ contulerit. Solet enim beneficium alicujus de crimine accusati nonnumquam impetrari, cum clausula: *Ut, si accusatus beneficio privandus judicetur, illud cedat impetranti.* Quum tamen hæc clausula quamdam novellam reservationem redolere videatur, ea per Concordata Galliæ, & Germaniæ sublata censetur.

37 In stylo Curiæ præcipitur, ut, si resignans beneficium sit in sacro Ordine, in supplica exprimatur clausula: *aliunde commode vivere valens.* Orta est hæc clausula ex constitutione Pii V. quæ vetat, ullum sacro Ordini mancipatum, nisi religionem ingrediatur, resignare beneficium, vel officium, si aliunde ei non sit, quo in vita commode possit sustentari. Refert. *Lib. VII. Decret. Lib.* 1. *Tit. XIV. c.* 3. Quia tamen ei constitutioni nec in Gallia, nec alibi locus est, exulat à nostra praxi & illa clausula.

Ju-

(*a*) Reg. Cancel. 24.

38 Jure Decretalium minorennis, si pubes sit, in causis beneficialibus, aliisque spiritualibus pro majorenni habetur: Ergo libere tum simpliciter, tum in favorem, aut permutationis causa resignare potest, ut nulli rescissioni, vel restitutioni locus sit, nisi malis artibus, aut fraudibus extorta resignatio fuerit. *c.* 3. *de Judic. in* 6.

39 In Gallia inde ab anno 1554. vetatur omnibus Præceptoribus, Pædagogis, aliisque personis habentibus curam, administrationem, aut regimen puerorum, & scholarium extorquere, aut acceptare ab ipsis ullas resignationes in eorum favorem directe, vel indirecte, sub pœna nullitatis hujusmodi resignationum, quia malis artibus obtentæ præsumuntur.

40 Superest & de anno 1695. decretum Senatus Parisiensis, quo declaratur, Clericum ægrotum non potuisse suum beneficium resignare filio Medici, qui, durante morbo, eum curabat. Inquit Mr. de Hericourt (*a*): *Ainsi L' on à étendu aux benefices la disposition des ordonnances, & des coutumes, qui declarent nulles les donations, soit entre vifs, soit à cause de mort faites en faveur des administrateurs, au nombres des quelles les arrêts ont compris les Medecins.* Cap. 5. De Infirm. Resign.

41 In Romana Curia ampliori argumento restringuntur resignationes infirmorum. Hodie Regula his verbis exprimitur (*b*): *Quod si quis in infirmitate constitutus resignaverit aliquod beneficium, sive simpliciter, sive ex causa permutationis, vel alias dimiserit, seu ipsius beneficii Unionis dissolutioni consenserit, etiam vigore supplicationis, dum esset sanus, signatæ, & postea infra viginti dies*, exclusive *à die per ipsum resignantem præstandi consensus computandos, de ipsa infirmitate decesserit, & ipsum beneficium quavis auctoritate conferatur per resignationem sic factam, collatio hujusmodi sit nulla, ipsumque beneficium nihilominus per obitum censeatur vacare.*

42 Spectat hæc Regula resignationes infirmorum *corpore*, qui infra viginti dies ex eadem infirmitate decesserint. Hos dies oportet esse naturales, & completos, qui computantur à die præstandi consensus, tametsi supplicatio, dum esset sanus, signata jam fuisset, requiruntur que viginti dies, non computato die præstiti consensus, nec die mortis. Inde si resignans infra 20. dies decesserit, beneficium vacat per obitum, ac si nulla resignatio intervenisset.

43 Germani Protestantes in Capitulo Magdeburgensi idem tem-

(*a*) Hericourt de L. Eccles. p. 1. p. 342. (*b*) Reg. Cancell. 19.

tempus canonicum in resignationibus observant, quamquam viginti diebus alterum addiderunt. Hinc dubium non est, hanc Regulam non minus in Germania, quam in Gallia eshse ex recepto usu, ut & Sede Romana vacante ejus valor supersit, quamvis mortuo Papa Regulæ Cancellariæ extingui soleant.

Cap. 6. Not. in Regul.

44 Olim disceptatum fuit, an Regula hæc concerneret resignationes sive simplices, sive ex causa permutationis factas coram Ordinario; at postquam Paulus III. addidit huic Regulæ ista verba: *quavis auctoritate*, quæ subsequentes quoque Pontifices retinuerunt, communi pene calculo receptum fuit, Regulam etiam in renuntiatione facta coram Ordinario extra Curiam Romanam locum habere, idque certum esse in causa permutationis ostendit Flaminius Parisius (*a*). Non tamen obtinere videtur hæc Regula in resignatione *simplici* facta coram Ordinario, nisi interveniret titulus fraudis, aut ulli generaretur præjudicium.

45 In Curia Romana inde ab ævo Leonis X. invaluerunt derogationes hujus Regulæ, quando resignans est absens à Curia. Sic in Italia solet concedi derogatio, si locus resignationis distet à Curia, & beneficia, quæ sunt resignata, non sint reservata.

46 In Gallia clausula derogatoria velut ex stylo Curiæ spectatur, ut, si derogatio fuerit petita, & denegetur, Resignatarius appellare possit à negotiatione signaturæ, aut Bullæ tanquam ab abusu.

47 In Curia Romana derogatio hujus Regulæ admitti non solet, dum agitur de beneficiis reservatis, aut resignatis in locis Romæ vicinis indubie, ut vigore hujus Regulæ libera beneficiorum illorum provisio salva conservetur Pontifici. An non pro juribus Ordinariorum conservandis derogatio hujus Regulæ admittenda censeatur?

Cap. 7. De Public. Resignat.

48 Regula de infirmis resignantibus peperit & illam Regulam de publicandis resignationibus, ut inde obviaretur illorum artibus, qui, periculum mortis prævenientes, à sanis resignationes in favorem impetrarunt, ut eas, donec resignans viveret, occultas tenerent, post obitum vi resignationis successuri.

49 Hac occasione Innocentius VIII. Regulam promulgavit (*b*), *quod quæcunque Ecclesiastica beneficia, sive in Romana Curia, sive extra eam resignata, nisi de illis factæ resignationes, (si in Romana Curia infra sex menses: si extra dictam Cu-*

(*a*) Flamin. Paris. l. 22. §. 5. (*b*) Reg. Canc. 36.

Curiam, factæ sunt, infra mensem) *ex tunc* à die datæ supplicationis, non à die præstiti consensus, *ubi dicta beneficia consistunt*, formaliter, vel virtualiter *publicatæ*, & bona fide *possessio illorum ab eis, quos id contigit, petita fuerit: si resignantes ista postmodum in eorumdem resignatorum possessione decesserint, non per resignationem, sed per obitum hujusmodi vacare censeantur: collationes quoque*, & quævis aliæ dispositiones *de illis, tanquam per resignationem vacantibus factæ, & inde secuta nullius sint roboris, vel momenti.*

50 Hæc Regula non superest hodie in Regulis Cancellariæ, quia inde ab anno 1583. Gregorius XIII. novam formam publicationis præscripsit, quæ refertur. *Lib. VII. Decret. lib. I. Tit. XIV. c. 2. de Resignat.*

51 Alibi tamen, utpote in Gallia, Hispania, Belgio, præterita constitutione Gregorii XIII. veteris regulæ tenori ex recepto usu, veluti ex lege regni, locus est. Tria ergo conjunctim ad effectum hujus regulæ requiruntur; utpote, ut non sit facta publicatio in loco beneficii infra præscriptum tempus; tum, ut non sit petita possessio actualis, & realis: denique, ut resignans decesserit post præscriptum tempus in possessione resignati beneficii. Quippe, si vel unum horum desit, locus Regulæ haud est, ut beneficium per resignationem, non per obitum vacare censeatur.

52 In Gallia de anno 1646. declaravit Rex in favorem Graduatorum, & Patronorum ecclesiasticorum, ut nulla habeatur ratio provisionum in vim resignationis, aut permutationis factarum, quæ Graduatis, aut Patronis possent præjudicare, nisi mandata ad resignandum, aut permutandum sint admissa ante decessum resignantium, vel permutantium, & insuper ante decessum dictum insinuata in graffiariatu insinuationum.

53 In reliquis vi dictæ Regulæ *collationes quoque, & aliæ quævis dispositiones de illis, tanquam per resignationem vacantibus factæ, & inde sequuta nullius sint roboris, vel momenti*, adeo, ut si vi hujusmodi resignationis post mortem resignantis capta fuerit possessio, non possit manuteneri in possessione, in qua resignans ante publicatam resignationem mortuus fuerat, quia annullatur & titulus, & alia inde sequuta.

54 In Gallia tam constans est usus Regulæ, ut nec derogatio regulæ, nec prorogatio temporis, nisi de legitimo impedimento Resignatarius publice, utpote coram Judicibus Regiis protestatus fuerit, vel in possessorio, vel in petitorio admittatur. Quia hæc Regula, ut lex regni spectatur, qua

& Judices ecclesiastici tenentur: nam in Gallia Judices ecclesiastici jurisdictionem suam sub protectione Regis exercere dicuntur.

55 Resignatio perfecta haud censetur, nisi à Superiore admissa fuerit, tametsi resignatio in scripturam redacta, aut & à Notario, aliisque testibus signata fuisset. Eousque enim, donec Superior supplicationi annuat, potius propositio resignationis censetur, ut libero arbitrio mandatum revocare resignans possit, à resignatione destitutus.

56 Si resignatio fiat coram Pontifice, pœnitentiæ locus est non tantum, si supplicatio fuerit Papæ præsentata, sed etiam per ipsum admissa, signataque *per fiat*, aut & *per parvam datum* datata, & *parvus consensus* præstitus, quamdiu consensus solemnis præstitus non fuerit in Camera, vel Cancellaria (*a*). Eousque enim liberum est resignanti, pœnitentiam, & revocationem in Curia, vel Cancellaria intimare per Regulam Cancellariæ *de consensu in Resignationibus.*

57 Est & post admissam à Superiore resignationem regressui locus ex diversis causis, utpote ex causa recuperatæ valetudinis, siquis causa mortis resignasset, aut ex causa restitutionis, siquis metu, dolo, aut aliis malis artibus ad resignandum inductus fuisset. *c.* 4. *de his, quæ vi, metusve caus.*

58 Frequentior ex defectu conditionis regressui locus est in resignationibus in favorem, & permutationis causa. Quippe jus plenum remanet penes resignantem usque ad impletam conditionem, ut ante acceptatam Resignatorii, & capitam possessionem resignans in possessione remanere censeatur.

59 Hinc permutans non tenetur possessionem dimittere, antequam compermutans beneficium acceptet. Permutatio enim non censetur perfecta, nisi alter alterius beneficium sit assecutus, ita, ut uno permutantium præmoriente, ex neutra parte censeatur facta resignatio, etiamsi ab una parte sit facta permutati beneficii collatio, nisi ex circumstantiis appareat, quod alter compermutantium non curaverit de beneficio compermutato obtinendo; utpote si permutatio beneficii notabilis fiat cum beneficio tenuissimo, quia illa permutatio ea mente inita tunc intelligitur, ut notabile illud beneficium in compermutantem transferatur.

60 Si permutatum beneficium evincatur, resolvitur permu-

(*a*) Reg. Cancell. 44.

tatio, ut alter in suum beneficium redire possit ex veteri jure, quin nova collatione opus sit. In Gallia pasim impetrantur literæ Regiæ, ut in antiquum beneficium restituatur. Nam permutationes, non impleta conditione permutationis, resolvuntur, ut in prius beneficium sine nova provisione redire liceat; opus tamen est auctoritate Judicis, si alter illius beneficii possessionem fuerit adeptus.

61 Supersunt nonnulli & alii casus, ex quibus regressus in dimissum beneficium conceditur; eoquod resignatio ex quadam causa facta censetur, ita, ut ea non impleta, in resignatum beneficium restitui mereatur: veluti siquis obtinuerit secundum beneficium incompatibile, ut propterea primum resignaverit. Nam secundo evicto, æquum est, ad primum regressum dari: oportet tamen malas artes, & clandestinas fraudes abesse.

62 Concilium Tridentinum (*a*) sequiores illas causas accessus, & regressus, qui hæreditariæ successionis imaginem referre videbantur, damnavit. Sæpe enim resignantes expresse sibi, vel suis reservabant regressum in beneficia resignata, præmoriente Resignatorio, sæpius etiam, durante vita Resignatorii, proventus beneficiorum resignatorum sibi stipulabantur, ut fere res beneficiaria in feudale negotium abiisse videretur.

*63 In morali doctrina quid sequiores artes, vel affectus accessus, vel regressus Resignantium magis refellere posset, quam rationes, & exempla veterum deprecationum, & reluctationum, quibus SS. Patres à se amoliri nitebantur beneficia, & officia Ecclesiastica. Inquit S. Gregorius (*b*): *Timent, ne laborum suorum fructus percipiant. Timent, ne, quod divina justitia latens in eis vulnus aspiciat, exterioribus eos muneribus cumulans, ab intimo repellat.* En veterum lacrymarum fontem: *Altæ*, ait, *quietis meæ gaudia perdidi, & intus corruens, ascendere exterius videor.* — *Ex eis me esse video, de quibus scriptum est: Dejecisti eos, dum allevarentur.* Quid S. Augustini (*c*) gemittu humilius? *Vis mihi*, inquit, *facta est merito peccatorum meorum, nam quid aliud existimem, nescio ut secundus locus gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noveram: vires meas non noveram, & alicujus momenti arbitrabar.*

(*a*) Trid. sess. 25. c. 7. (*b*) S. Greg. M.
(*c*) S. Aug. ep. 21. al. 148.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

TIT. XI.

De Pensionibus Ecclesiasticis.

CAP. I.

De Veteri Usu Pensionum.

1 Inter recentiores corruptela & abusus pensionum invaluit. Inquit sub Paulo III. delectus Conventus Prælatorum: *alius abusus, cum beneficia conferuntur, seu ceduntur aliis, irreprit in constituendis super eorum fructibus pensionibus; imo quandoque cedens beneficium omnes sibi fructus reservat. Qua in re, illud est animadvertendum, nulla alia de causa, nulloque alio jure constitui pensiones posse, nisi ut quasdam elæmosynas, quæ in pios usus & indigentibus concedi debent.*

2 En vetera exempla! Quum in Concilio Chalcedonensi Basilianus (*a*), & Stephanus de Sede Ephesina contenderent, placuit utrumque abdicare, ita tamen, *ut ex reditibus memoratæ Ecclesiæ, nutrimenti gratia, & consolationis, annis singulis solidos aureos ducentos accipiant.* Apparet vel huic causa vetus assignandæ pensionis, scilicet, ut pax conservetur, & ut resignans habeat, unde vivat. Apparet & moderamen pensionum, cum Ephesino Episcopo totius Asiæ Metropolitæ solidos duntaxat ducentos legamus assignatos.

3 Alia vetera pensionum exempla spectabant Episcopos, Clericosque, senectute, vel morbo confectos, vel hostium incursione dejectos, vel alia calamitate pressos. Scripsit S. Gregorius ad Episcopos Illyrici (*b*), ut Episcopos sedibus suis ab hostibus expulsos benigne reciperent: *Non quidem, ut per communionem Episcopalis throni dignitas dividatur, sed ut ab Ecclesia juxta possibilitatem*, per viam pensionum *sufficientia debeant alimenta percipere.*

4 Inde à sæculo XII. (*c*) desuper corruptelæ gliscere cœperant. Sæpe Episcopi cum titulatis præbendam per reservationem pensionis partiebantur. Sæpe in conferendo beneficia partem fructuum reservabant; sæpe beneficia sub annuo censu elocabant, ut ipsi tantumdem, aut etiam plus meterent, quam Beneficiarius, qui, vix spiritum ducens, tum officium cultus divini, tum reparationes Ecclesiæ neglexit. Hinc novo jure pensiones restrictæ sunt (*a*), ut Beneficiario congrua sustentatio supersit. *c.* 30. *de Præb.*

(*a*) Conc. Chalc. Act 12. (*b*) S. Greg. lib. 2. ep. 43.
(*c*) Fleur. Inst. Jur. Eccles. p. 2. c. 25.

5 Schisma Avenionense turbavit omnia. Nonnulli Præsules, quibus tot beneficiorum cumulus ruborem excussit, partem eorum resignarunt, sed tanta pensione oneratam, ut titulatus instar conductoris esset. Fuere pensiones & assignatæ hominibus, qui nec serviebant, nec unquam servierant, nec servituri erant; & non raro laicis. In Concilio Tridentino instantiæ factæ sunt, ut pensiones novellæ abolerentur, aut ad veterem formam reducerentur. Tum tamen à Concilio aliud impetrari non potuit Decretum (*b*), quam, ut *imposterum omnes Cathedrales Ecclesiæ, quarum reditus summam ducatorum mille; & Parochiales, quæ summam ducatorum centum secundum verum annum valorem non excedunt, ab omnibus pensionibus, aut reservationibus fructuum absolverentur.*

6 Reliquit in reliquis S. Synodus auctoritati Episcoporum (*c*), ut uberiore falce pensiones novellas resecent. Refert Scriptor de S. Carolo: *Igitur neque pensionis vel minimum cuiquam Ecclesiæ onus imposuit unquam, & si quis forte per auctoritatem superiorem obtinere vellet, contra totis viribus pugnavit. Cum ex Præposituræ facultatibus ex suis quidam, quo plurimum utebatur, annuam pensionem sibi fere impetrasset, ea Carolus, ut auferretur, statim effecit. Neque alios postea unquam conari aliquid simile est ausus.*

7 Absit tamen, ut inde S. Carolus nullum locum justæ pensioni concessisset. Sacerdoti tantum pensionem concessam scio. *Is cum Ecclesiæ diu utilem sane operam pro doctrina, virtuteque sua navasset, demum multi laboris Parochiam habens, infirmaque valetudine confectus, cum eam relinquere cogeretur, neque aliunde haberet vitæ sumptum, moderatam pensionem ex Ecclesia sua, quæ erat ex locupletioribus, à Carolo accepit.*

8 In reliquis S. Carolus *fructus suos unicuique Ecclesiæ, Presbyterisque singulis integros relinqui curavit vehementer, & effecit. Eo namque primum Ecclesiam capescente, vel magna ex parte, vel toti aliennis hominibus erant reservati: ex quo fiebat, ut, qui essent aliquo numero Presbyteri, sacerdotia recusarent, quorum facultatibus pro dignitate vitæ cultum minime possent conservare. Qui vero accipiebant, pravi pretii homines, neque auctoritate satis muneri suo facere* Cap. 2. Ibi.

(*a*) Fleur. l. c. (*b*) Trid. sess. 24. c. 13. (*c*) In vit. S. Carol. lib. 7. c. 35.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

re valebant, ut præter Sacerdotis, ut tempora sunt, ex ea re contemptum, neque sacra suppellex pro decori parari, neque refici, vel ornari Ecclesiæ, neque sarta tecta haberi possent.

9 Inter corruptelas recentiorum pensionum referre oportet, quod multi viderentur beneficia, sine intentione eis deserviendi, captare, ut cum pensione permutarent; hinc & alii ea occasione palam illudebant Canonibus, qui pluralitatem beneficiorum vetant. Nonnunquam Pensionarii sunt similes illis, qui beneficia sub modico stipendio elocant. Plerumque per pensiones fit, ut unus stipendia plurium sibi vindicet. Faciunt & pensiones, ut non habeatur de meritis promovendorum justa discussio: occluditur enim fere semper pauperibus aditus ad beneficia quia nulli gratis ad beneficia superest accessus. Quis reliquas artes à vitio simoniæ excusare vellet? Concluditur ergo merito, postulari potuisse justissimæ integram abolitionem pensionum, quia usus in tantum obusum degenerasse videtur, ut vix alias remedium sperari possit.

Cap. 3. De caus. hodiern. pension.

10 En causas, ex quibus hodie pensiones concedi solent! Harum tres recensentur, scilicet pacis causa, quando beneficium est litigiosum, altera est causa resignationis, & tertio permutationis, ne resignantes, vel permutantes nimium dispendium patiantur.

11 Ast an hæ causæ omni exceptione majores sunt, ut excusandis vulgaribus pensionibus suffragari queant? Quantum ad causam compositionis rescripsit Alexander III. de beneficio Ecclesiastico in litigium deducto, *quod transigi suaper re sacra, & litigiosa*, utpote beneficio, *non potest. Etenim res sacræ, ut possideantur; aliquo dato, vel retento, seu promisso* in vim annuæ pensionis, *speciem credimus habere simoniæ.* Refert. *c. 7. de Transact.*

12 Quum ergo Innocentius III. alibi toleraret ex arbitrio judicum impositam pensionem pro compositione litigiosi beneficii, ea Decretali haud excusantur vulgares pensiones, quæ pacis causa mutua litigantium pactione ineuntur, etsi eas judex confirmaverit. Ait Fagnanus (*a*): *Oportet, ut hujusmodi compositiones, (qualis occurrit in hoc Decretali) superbeneficiis, ad hoc, ut valeant, & excusentur à simonia, capiant principium ab auctoritate Superioris, & non à pactione partium, ut probat hæc litera ibi:* "*non quidem ex pactione partium, ut probat hæc litera ibi: "non quidem ex pactione partium, sed exjussione judicum.*" *Quamobrem, qui prius faciunt inter se compositionem, & postea adeunt judices, ut interponant auctoritatem, non excusantur secundum bonam cons-*

(*a*) Fagn. ad c. 21. de Præb.

conscientiam, quominus incidant in vitium simoniæ. En dictæ Decretalis restrictionem. *c. 21. de Præb. & Dignit.*

13 Quantum ad causam resignationis, & permutationis passim invaluit, quod resignantes in favorem tertii, vel permutantes ad supplendam tenuioris beneficii æqualitatem sibi annuas pensiones reddendas, aut redimendas, sæpe sæpius reservent. Quid alienus est & à veteribus, & recentioribus Canonibus? Olim Synodus Chalcedonensis statuit: *Siquis translatus est ab alia in aliam Ecclesiam, prioris Ecclesiæ, vel Martyriorum, quæ sub ea sunt, aut Ptochodochiorum, aut Xenodochiorum rebus in nullo*, per reservationem pensionis *communicet*, quia dimisso officio illius Ecclesiæ, quæ resignata, vel permutata est, & titulus percipiendi, & participandi quodammodo fructus expirat, ut pensio sine titulo exigi videretur.

14 Novo jure declarat Urbanus III. honestati esse contrarium, & proculdubio simoniacam continere pravitatem, quod quidam Præbendæ suæ cedant, & juri renuntient, ut majorem Præbendam obtineant, vel ex hoc certam pecuniæ summam, *vigore pensionis*, consequantur. Sic enim gratis non reddunt, quod gratis acceperunt. *c. 5. de Rer. Perm.*

15 Quid inde salubrius, quam ut Pensionarii, si quidem tuti esse velint, meminerint, bona Ecclesiastica non superesse, nisi ad alimoniam ministrorum Ecclesiæ, & subsidium egenorum. Ait Concilium Aquisgranense ann. 816. (*a*) *Fideles nanque, fidei ardore, & Christi amore succensi, ob animarum suarum remedium, & cœlestis patriæ desiderium, suis propriis facultatibus sanctam locupletem fecerunt Ecclesiam, ut his & milites Christi alerentur, & Ecclesiæ exornarentur, pauperes recrearentur, & captivi pro temporum opportunitate redimerentur.*

Cap. 4. Leg. Pension.

16 Et vero ea est conditio piorum redituum, ut nec actuales ministri, multo minus Pensionarii ex iis vivere possint, si aliunde habeant, unde vitam transigere possint. Juxta S. Augustinum (*b*): *Si pauperum compauperes sumus, & nostra sunt, & illorum: si autem privatim, quæ nobis sufficiant, possidemus, non sunt illa nostra, sed pauperum.*

17 Et quia pensiones via dispensationis à suis titulis avelluntur, opus denique justa causa est dispensationis. Sic inter recentiores Interpretes pronuntiat Guilielmus Benedictus (*c*): *Causa imponendi pensionem semper injusta censetur, si non pertinat ad utilitatem Ecclesiæ, cui pensio imponitur*

(*a*) Conc. Aquisgr. c. 216. (*b*) S. Aug. ep. 50.
(*c*) Benedict. de fideic. p. 2. n. 36.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tur — sine ergo causa legitima, utilitatem Ecclesiæ pensionariæ concernente, non valet etiam à Papa imposita pensio.

18 Quid? Quod & sæpe causa, quamvis ex parte Superioris legitima videatur, tamen ex parte supplicantis insufficiens esse possit, utpote, si pensio ob redimendam vexam extorta fuerit. Meminit harum vexarum Innocentius III. *c. 31. de Rescr.*

Cap. 5. De Auctor. à qua impon. pens.

19 Novo jure pensiones veluti quædam divisiones, diminutionesque beneficiorum spectari cœperant, quia enim proventus singulis titulis inhærent, videbantur ipsa beneficia quodammodo dividi, aut diminui pensionibus subtractis. *Tit. un. ut Eccl. Benefic. sine diminut. cons.*

20 Supersunt in Decreto Gratiani veteres auctoritates, quæ vetant, divisiones Ecclesiarum, id est, Episcopatuum fieri, nisi ex justa causa eas comprobasset auctoritas Synodorum. *c. 6. 12. 39. & 41. VII. q. 1.*

21 Novo jure id jus & in reliquis beneficiis obtinuit. In Concilio Turonensi statuit Alexander III. *Majoribus Ecclesiæ beneficiis in sua integritate manentibus, indecorum nimis videtur, ut minorum Clericorum Præbendæ patiantur sectionem.* Refert. *c. 8. de Præb.*

22 Inde Innocentius III. rescripsit, à Decreto Concilii Turonensis esse alienum, quod aliquando ad unam Præbendam propter importunitatem petentium duo Clerici, divisis proventibus, eligerentur. *c. 20. ibi.*

23 Quippe, invalescente nova disciplina beneficiorum, jus proventuum veluti individuum cum titulo in illis Ecclessiis, quæ numeratum habent Clerum, censetur, ut dividi non possit. *c. 25. d. t.*

24 Haud ergo dubium est, eas divisiones, & diminutiones esse à Canonibus alienas. In Concilio Lateranensi III. prohibuit Alexander III. ne ab Abbatibus, Episcopis aliisque Prælatis novi census imponantur Ecclesiis, aut veteres augeantur, aut partem redituum suis usibus appropiare præsumant. *c. 7. de Censib.*

25 Hæc omnia Decreta successive ad pensiones per justam interpretationem prorogare placuit, quia per eas quasi quidam novi census Ecclesiis impositi, aut veteres aucti, aut pars quædam redituum in alienum commodum subtracta videbantur.

26 Successit inde, quod pensionum impositio auctoritati Papæ reservaretur, quia dispensatione Canonum opus est. Refert Choppinus (*a*), jam pridem Senatum regium decrevisse,

(*a*) Choppin. de sac. Polit. l. 3. tit. 2. n. 17.

se, *nullam beneficiariæ pensionis rationem haberi, nec pactitiæ constitutionis ejusdem, nisi Romanus Pontifex consignatis ipsam tabulis sanxisset, ac stabilisset.* Synodus quoque Remensis ann. 1583. declarat omnes pensiones (*a*), & pactiones super beneficiis, in quibus non intervenit Sedis Apostolicæ approbatio, illicitas, & simoniacas.

27 Prævaluit jam præjudicium reservationis, ut locorum Ordinariis non aliæ relinquantur pensionum assignationes, quam quas Vicariis præbere oportet, ut vicibus fungantur Præbendatorum, aut Curatorum, qui sive ob delictum, sive ob imperitiam, sive ob ingruentem morbum, vel ob irregularitatem, vel dementiam suspensi sint ab exercitio ecclesiastico. *Trid. sess. 21. c. 6.*

28 Si alicubi major superest Episcopis auctoritas, ea restringitur ad pensiones personales & temporales, quæ vitam Beneficiati haud excedunt. Papæ enim esse ajunt, dare pensiones reales, & perpetuas, ut & in Successorem beneficii prorogentur.

29 Porro talis Successor, ad solutionem ejusmodi pensionis ideo tantum tenetur, quia ipsos proventus, quibus pensio imposita est, percipit, non autem vi alicujus consensus personalis, unde & facilius vel annullationem, vel reductionem pensionis postulare potest.

30 In Gallia tamen pensiones reales in beneficiis curatis ægrius admittuntur. Hinc sæpe judicatum est, Successorem per obitum in beneficium curatum non teneri ad solutionem pensionis: etsi legitime imposita fuerit, si ipse Provisus nullum huic impositioni consensum præbuerit.

Cap. 6. De benefic. quæ pens. Onerat. poss.

31 Prævalente indiscretiore usu pensionum ecclesiasticarum beneficia curata ab illa personali, realique servitute dispensare placuit, in quantum summam ducatorum centum secundum verum annuum valorem non excedunt. Hinc stylus Curiæ inolevit, ut in signatura pensionis super beneficiis Parochialibus subjiciatur clausula: *dummodo ex fructibus dictæ Ecclesiæ centum ducati liberi pro illius Rectore, pro tempore existente*, ad justam sustentationem, *annuatim remaneant.* Per hanc clausulam apparet, provissionem esse conditionatam, in tantum ut ipse Pensionarius, vel resignans probare debeat, quod, deducta pensione, maneant centum ducati usualis monetæ, in valore regionis, ac Provinciæ, in qua situm est beneficium, ex certis fructibus, præter domum Parochialem, ad justam sustentationem Rectoris liberi, & integri.

(*a*) Synod. Rem. t. 12.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

32 Hæc summa à Concilio Tridentino definita est, ut congruæ portioni Rectoris consuleretur. In Gallia æstimatur hæc portio competens Parochorum, & Vicariorum ad trecentas libras gallicas. Hinc in actis Cleri Gallicani refertur edictum Ludovici XIV. quo declaratur (*a*), pensiones super beneficiis curatis non esse admittendas, nisi sine imminutione, aut restrictione summæ trecentarum librarum, quæ annuatim Titularium sustentationi libera, & ab omni onere immunis deputabitur, utpote ex certis fructibus, *non comprehensis casualibus, & adventitiis Ecclesiæ oblationibus, quæ Parochis cedent, perinde, ac manuales distributiones Canonicis.* Hoc exemplo oportet ergo & alibi, secundum mores cujuscunque regionis, justæ sustentationi Rectorum liberaliter providere, ne alias defectu competentis sustentationis cura animarum negligatur, aliaque incommoda suboriantur.

33 Sæpe beneficiis curatis & Præbendæ theologales, præceptorialesque æquiparantur, quia his nonnunquam incumbit; non tantum instructioni Clericorum, aut puerorum vacare, sed nec prædicationi verbi Dei operam navare. Sic in Gallia, Hispaniaque obtinet, quod nullæ pensiones admittantur in Canonicatibus, qui ex veteri instituto Magistris, & Doctoribus conferri debent.

34 Dicuntur nonnullæ Ecclesiæ & eo jure, vel privilegio gaudere, quod nulla earum beneficia pensionibus onerari queant. Et quid æquius? Alienum enim est ab omni ratione, quod fructus cedant sæpe uberiori proventu illis, qui nullum servitium præstant, ac ipsis, qui pondus diei, & æstus in beneficio ferunt.

35 In Gallia, & Hispania satis vulgare est, quod à pensionibus excusentur beneficia Patronatus regii, nisi ipsiusmet Regis consensus accesserit. Atque hoc exemplo & reliqua beneficia Patronatus laici, etsi mixti, á pensionibus liberantur, nisi Patronatus consensum præbuerit. Si Jus Patronatus laici per turnum à Patronatu ecclesiastico divisum appareat, pensio, quæ in turno ecclesiastico imposita fuerat, expirat morte resignatarii, si vacantia in turnum laicum incidat.

Cap. 7. De port. Pension.

36 Veteri jure pensiones, quæ subinde Episcopis, Pastoribus, aliisque Clericis indigentibus ex bonis Ecclesiæ, cui actualiter non deserviebant, miserationis causa assignabantur, simplicem frugalis vitæ alimoniam spectabant, ut nihil fere minuere viderentur proventus Ministrorum, qui Ecclesiæ servitio vacabant. Scripsit S. Gregorius Etherio Episcopo (*a*), *quod si verum sit, eum ita capitis passionem incurrisse, ut, quod mente alienata agere solet; gemitus, & fletus audire sit — alter in locum ejus ordinetur, sic tamen, ut quousque eundem in hoc sæculo vita tenuerit, sumptus ei debiti* ad frugalem sustentationem vitæ *de eadem Ecclesia ministrentur.*

(*a*) Act. Cler. Gal. t. 2. p. 2. t. 13. art. 16.

37 Recentior corruptela invaluit, quod propter acceptionem personarum aliquando vel omnes, vel præcipui fructus beneficii resignanti, vel Pensionario reservarentur. *Quid turpius*, inquit auctorum quidam, *pensionarium, nec laborantem, nec seminantem manducare; beneficiarium, egenum, nudum, & pauperem mendicare?* En vetus querelæ argumentum? *c.* 23. §. 3. *D.* 93.

38 Superest & hodie in stylo Curiæ, quod in beneficiis simplicibus nonnunquam pensiones vel ad omnes fructus, vel ad dimidietatem porrigerentur, in usu tamen Galliæ, alibique hæ pensiones restringuntur ad tertiam partem proventum, ut competentiæ Beneficiati consultum sit. Sic anno 1571. præcepit Rex, ut ob publicum Ecclesiæ bonum, cunctæ, quæ etiam præcesserunt de beneficiaris pensionibus conventiones, vel constitutiones ad tertiam fructuum portionem reducantur. Atque hodie hæc pensionum portio potius per quantitatem pecuniæ, quam per quotam fructuum definiri solet, ut tolleretur occasio discordiarum, quæ ex communione, & divisione fructuum oriri possent.

39 Absolvuntur & ab hac quantitate pensionum per pecuniam numeratam præstanda distributiones quotidianæ, aliæque fortuitæ oblationes ecclesiasticæ, quia non sunt de corpore beneficii, aut in fructibus Præbendæ non computantur, licet ex consuetudine Ecclesiæ, in cujus Præbenda pensio erat creata, distributiones non darentur ad manum, neque quotidie, sed singulis mensibus tantum, & earum loco daretur singulis Canonicis certa quantitas numeratæ pecuniæ.

40 In stylo Curiæ aliquando ex gratia etiam super distributionibus pensio conceditur, sed tum additur clausula: *distributionibus quotidianis, & nonnisi præsentibus, & divinis officiis interessentibus dari, & per eos lucrari solitis, & consuetis.*

41 Reliquum est, quod in Gallia, & alibi pensio neque ad tertiam partem proventuum admittatur, nisi, detracta pensione, maneat congrua portio pro titulari (*b*). Prima enim

(*b*) 1. Cor. cap. 9.

lex est, ut, *qui altari deserviunt, de altari etiam participent.*

Cap. 8. De Claus. Pens.

42 In stylo Curiæ supersunt diversæ clausulæ, quibus pensiones concedi solent. Sic in resignatione pensio reservatur ea clausulæ: *ne ex sua resignatione nimium dispendium patiatur, de alicujus subventionis auxilio provideri, &c.* Patet inde causam finalem pensionum esse alimentationem Pensionarii. Absit enim, ut Pontifex eam assignare velit aliis, qui alimonia non indigent. Finis ergo est providendi egenis de alimentis.

43 Post clausulam exprimentem quantitatem fructuum beneficii pensione gravandi sequi solet: *etiamsi super illis* (fructibus) *aliæ pensiones, quas, illarumque summas &c. placeat habere pro expressis, & quæ exprimi possint in literis, aliis forsam assignatæ existant.* Hæc clausula opus, quia secunda pensio, nisi prima exprimatur, nulla de jure foret. Si tamen hæc pensio una cum priore, tertiam partem fructuum excederet, haud facile, etiam cum hac clausula in Gallia, vel Belgio, vel alibi admitteretur.

44 Vulgaris etiam clausula est: *ut Pensio sit libera ab omni decima, quarta, media, & quavis alia fructuum parte, nec non subsidio etiam charitativo, & quovis alio ordinario, & extraordinario onere, quomodolibet nuncupato &c. & quavis alia, etiam urgenti, urgentissima, & necessario exprimenda causa, etiam ad supplicationem Imperatorum, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principum instantiam, canonice vel de facto, nunc, & pro tempore impositis, & quomodolibet imponendis; etiamsi in impositionibus hujusmodi caveatur expresse, quod Pensionarii quicunque pro rata pensionum suarum, quantumvis exemptarum, præmissis contribuere tenentur.* Quid clarius exprimere posset, solam causam alimentationis in pensionibus spectari? Si tamen tanta esset onerum impositio, ut, si hæc à solo titulari ferri deberent, proventus beneficii nimium diminuerentur, indubie, non obstante hac clausula, Pensionarius ad partem onerum ferendam merito vocaretur; vel saltem ob hæc onera, diminutio, vel moderatio quædam pensionis, ut minus durantibus his oneribus, peti posset; præsertim, si pensio sit realis solvenda ab eo, qui pensioni non consensit, neque beneficium sub conditione solvendæ pensionis acceperit, ipsaque onera sint extraordinaria.

45 Additur in literis pensionis, *ut solvatur mediatim in Nativitate Jesu Christi, & Nativitate Joannis Baptistæ.* Hæc clausula apponi solet, quando termini solutionis non fuerunt in supplicatione expressi. In reliquis enim liberum est, resignanti & resignatario pro libitu plures, vel alios terminos solutionis definire.

46 Inde sequitur: *quod ille, vel quicunque alius Successor, qui in dictis festivitatibus, vel saltem intra 30. dies illarum singulas immediate sequentes pensionem prædictam per eum tunc debitam non persolverit, cum effectu lapsis diebus eisdem sententiam excommunicationis incurrat &c.* Benigna tamen interpretatione hæc censura non incurritur, donec declaratoria sit data per judicem, & Pensionarius ea utatur, intimando illam adversario, vel Parocho, aut ponendo cedulones, quinimo in Gallia, & alibi censura mere styli censetur esse.

47 His subditur: *si vero per sex menses, dictos 30. dies immediate sequentes, sententiam ipsam animo, quod absit, sustinuerit indurato, ex tunc effluxis mensibus eisdem dicto beneficio perpetuo privatus existat, illudque vacare censeatur eo ipso, tibique* (Pensionario) *liceat ad idem beneficium liberum habere regressum, & liceat tibi vigore tui prioris tituli etiam possessionem propria auctoritate apprehendere, ac si illud minime resignasses.* Opus tamen & hic est declaratoria sententia judicis. In Gallia hæc clausula, quantum spectat liberum regressum, nulla censetur. Ne tamen detur locus perfidiæ, Resignatarius per sententiam judicis condemnatur aut ad solvendum, aut ad cedendum, si justæ solutioni pensionum deest.

48 Apponitur & clausula: quod pensio *annullari, reduci, aut minui non possit.* Si tamen adeo sint diminuti proventus, ut, deducta pensione, alendo titulari non sufficiant, reductio peti, non obstante indulto, potest, maxime ab eo, qui impositioni pensionis non consensit. Sic & in Curia Romana reductio solet dari, præsertim Successori.

49 Juxta Regulam Cancellariæ (*a*) nec literæ assignationis etiam motu proprio cujusvis pensionis annuæ super alicujus beneficii fructibus expediri possunt, nisi de consensu illius, qui dictam pensionem persolvere tunc debebit. Hinc & hodierno stylo subjicitur clausula, pensionem solvendam per N. *cujus ad hoc accedit assensus, & Successores suos.* Exigitur ergo consensus, qui pensionem persolvere » tunc, « utpote tempore impositionis, debebit: nam Successorum consensus non requiritur.

50 Juxta modernum stylum Curiæ Romanæ plerumque huic Regulæ derogatur, quoties beneficium confertur absenti cum reservatione pensionis, præsertim, si resignans sit pacificus beneficii Possessor. Hoc casu expeditur signatura pensionis

(*a*) Reg. Canc. de Resign. & Pens.

nis cum hac clausula: *Et cum derogatione regulæ de præstando consensu in pensionibus, attento, quod resignatio sit in favorem, & Orator, qui vere, realiter, & pacifice possidet, aliter resignare non intendit.*

51 Ajunt vix non omnes Interpretes, Papam proprio motu posse sine consensu resignatarii alicui beneficio pensionem imponere. In Gallia tamen hujusmodi impositio pensionis, aut derogatio ægrius admitteretur.

52 Subinde apponitur clausula, quod pensio debeatur, *licet nullum jus cedenti competat*; idque ad tollendas lites. In Gallia tamen pensio abusiva censetur, si Papa, etiam de consensu partis eam ad commodum ejus, qui nullum habet, aut prætendit jus in beneficio, concederet.

53 Dataria Apostolica observat, ut, quoties resignatur beneficium, quod personalem residentiam exigit, non admittatur resignatio cum reservatione pensionis, nisi in supplicatione exprimatur tempus, per quod Orator illud possedit: si enim hoc breve est, rejicitur supplicatio, aut in calce ipsius respondetur: *Resignet absque pensione.* Idipsum practicatur & in permutationibus similium beneficiorum cum aliis nullam residentiam requirentibus.

54 Moderno stylo requiritur in resignatione, præsertim cum pensione, beneficii Parochialis, aut alterius residentiam requirentis ad minus trium annorum possessio; quavis ante requirerentur septem, aut sex anni.

55 In Gallia anno 1671. vetat Rex titularibus in beneficio curato, aut in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata resignare reservata pensione, nisi actualiter quindecim annorum expleto tempore inservierint, aut ratione morbi, vel infirmitatis notæ, & per Ordinarium agnitæ, quæ ad vitæ residuum inhabiles illos reddit, ut functiones suas continuent, aut beneficiis suis serviant, excusentur.

56 Nonnumquam succreverant fraudes, quod eo colore incompatibilitas beneficiorum tegeretur, quia, dum utrumque simul retineri nequit quoad titulum, placuit, uno retento, partem proventuum saltem per pensionis reservationem ex dimisso beneficio decerpere. In Gallia injungitur iis, qui plures possident Canonicatus, ut unum optent, nec alios possint pensionibus gravare. In stylo Curiæ pro quocunque beneficio, seu curato, seu simplici, cujus collatio spectat ad Papam, & Orator sit præsens: si velit literas expediri in forma gratiosa, coram examinatoribus, & Notario præstandum est juramentum, quod ipse Orator tale beneficium non assequatur animo illud resignandi.

Cen-

Cap. 9. De Extinct. translat. & Red. Pension.

57 Censentur recentiores pensiones jure, & exemplo cujusdam beneficii, quia ex causa permutationis, vel resignationis loco beneficii reservari solent. Quemadmodum ergo beneficium ultra vitam non porrigitur, ita & pensio morte pensionarii expirat.

58 Sic & instar beneficii pensio alteri constitui non potest, nisi Clerico. Hinc & exemplo beneficii extinguitur pensio per contractum matrimonium, aut per professionem religiosam, nisi data, aut reservata sit pensio cum potestate transferendi.

59 Inde à Leonis X. tempore magis innotuerunt Papales facultates transferendi pensionem in aliam personam, quod tribus modis fieri solet, utpote aut obtenta clausula, cum Pontifex pensionem reservat, simulque facultatem concedit, eam in aliam personam transcribendi: *aut* vigore novellæ supplicationis, si scilicet postea partes Papæ supplicant, ut pensio, quam Cajus Titio solvit, extinguatur, & Sejo reservetur: aut denique jure privilegiorum nonnullis concessorum. Talia privilegia ajunt nonnullis Ordinibus esse concessa. In stylo Curiæ rarissimus hodie est usus earum translationum, quia hæ facultates fere nulli conceduntur, nisi Cardinalibus, aut aliis viris de Sede Apostolica peculiariter meritis, ut possint suos familiares in articulo mortis remunerare: & nec tunc solent concedi, ut totam transferre possint, sed vel tertiam, vel dimidiam tantum partem. Alibi ergo earum facultatum aut nullus est usus, aut & rarissimus.

60 In Gallia non potest pensio reservari ex causa permutationis, nisi in beneficio permutato. Secus est de stylo Curiæ Romanæ. Nam si beneficium permutatum sit incapax pensionis, vel totam ferre non possit, sæpe pensio reservatur super fructibus alterius beneficii, quod obtinet Resignatarius, vel saltem una pars super beneficio resignato, & altera super alio beneficio, & aliquando super beneficio tertii.

61 Corruptis sæculis invaluit & reservatio pensionis, quæ dicitur de consensu, seu ex causa lucrativa, quæ ita vocatur, quia pensio ex consensu titularis reservatur Apostolica auctoritate consanguineo, affini, vel amico &c. super fructibus beneficii. Dataria Apostolica plerumque has reservationes censet esse fraudulentas, quia constat, eas supplicationes, in favorem consanguineorum titularis, sive aliorum quorumcunque porrectas, fere semper rejici. In Gallia, & aliis Provinciis nullus est earum reservationum usus, quandoquidem pro regula invaluit, pensionem nec per Papam de consensu titu-

la-

laris constitui posse ad commodum ejus, qui nullum jus habet, vel prætendit in beneficio.

62 Extinguitur & pensio libera, & absoluta pensionarii remissione, quia cuique liberum est, suo favori renuntiare. Potest hæc remissio fieri & propria auctoritate, licet pensio per Papam esset reservata, aut esset reservata pro alimentis ad commodiorem sustentationem.

63 Frequentissima hodie est pensionis redemptio per anticipatas quorumdam annorum solutiones. Hæc remissio fieri consuevit auctoritate Papæ. In supplicatione exponit Orator, quod sibi certa pensio auctoritate Apostolica super fructibus beneficii N. reservata fuerit, ac tum subjungit: *quod ex certis causis animum suum moventibus, cessationi, extinctioni, & annullationi dictæ pensionis annuæ, illiusque reservationi hujusmodi in S. V. manibus sponte, & libere nonnullis tamen anticipatis, seu anticipandis solutionibus, & non alias, nec alio modo consentire proponat, & nunc etiam consentiat. Supplicat igitur &c.* Annos anticipatarum solutionum non exprimunt, quia eorum numerus, sicut & pretium de consensu partium dependet. Nec tamen in chyrographo, aut Procuratorio ulla fit conventionis de pretio mentio, quia simoniam proderet.

64 Anticipatæ solutiones ita constitui solent, ut justum pretium, seu Capitale annuæ pensionis reddatur, ad eum pene modum, quo similis quantitatis annui reditus vitalitii redemptio fieret: atque ex hoc pacto fit, ut ipse pensionarius, mediante hac redemptione per quatuor, quinque, sex aut septem annos, æque ex beneficio resignato notabilem pecuniæ summam consequatur, quam si de una determinata summa conventum fuisset. Quantum periculum simoniæ, nisi simoniam non in re, sed in verbis sitam esse dicamus?

65 In signatura super extinctione, aut cessatione pensionis solet apponi hæc clausula: *quod sola præsentis supplicationis signatura sufficiat, & ubique fidem faciat in judicio, & extra, regula contraria non obstante.* Ratio hujus styli est, quia extinctio pensionum favorabilis censetur. Pensiones enim odiosæ sunt. Et inde dolendum est, quod tam frequenter concedantur. In Canonibus enim, & Patribus recentiorum pensionum, & redemptionum nullum vestigium relucet, quia vix ab avaritia, aut alio vitio excusari queunt.

* 66 In morali doctrina quid salubrius, quam ex sententiis Patrum Clero paupertatis studium paucis commendare. Ex sententia S. Cypriani (*a*), *Pauperes electi, superbi neglecti. Nec fastus, nec altus circa Christi discipulatum aliquem obtinet locum. Christus pauper discipulos divites aspernatur.* Ait S. Hieronymus (*a*): *Clericum ex inope divitem factum, quasi quamdam pestem fuge.* Juxta S. Ambrosium (*b*): *Petrus gloriatur, quod non habeat argentum, neque aurum: vobis pudor est, minus adhuc habere, quam cupitis; est ergo & pauperies gloriosa, quia est & beata — tamen non tam hoc gloriatur Petrus, quod argentum, & aurum non habeat, quam quod servet mandatum Domini, qui præcepit: nolite possidere aurum &c.* quid brevius verbis S. Augustini (*c*)? *Pauperes*, inquit, *esse debemus, quia ministri Dei sumus.* Audi Tertullianum (*d*): *Nec major ad pecuniæ contemptum exhortatio subjacet, quam quod ipse Dominus in nullis divitiis invenitur. Semper pauperes justificat, divites prædamnat.* Ecce, inquit Pontificale (*e*): *Si Deo contenti estis, salubriter ad Clericatum accessistis, quia vita vestra concordat cum nomine, & vita apparet in opere.*

(*a*) S. Cypr. Tract. de Nativit. Christ.

TIT. XII.

De Unionibus Beneficiorum.

CAP. I.

De variis Speciebus Unionum.

1 Corruptis sæculis ad augendos proventus Ministrorum invaluerunt uniones beneficiorum temporales, & personales, quæ ad vitam cujusdam Personæ restringebantur. Harum hodie usus exolevit, quia eas Concilium Tridentinum (*f*) abrogavit.

2 Supersunt uniones beneficiorum perpetuæ, & reales, quæ inde ad perpetuam rei memoriam factæ dicuntur, quia spectant utilitatem Ecclesiæ, quæ nunquam mori censetur. Sic in dubio uniones beneficiorum in favorem Ecclesiæ factæ præsumuntur.

3 Hæc unio tribus potissimum modis fit. Primus modus per viam suppressionis expeditur, nimirum, si duæ vicinæ Ecclesiæ, quæ bello, aut calamitate dirutæ sunt, supprimuntur, ut ex utraque novum beneficium erigatur, & unum constituatur. Dum hoc modo Ecclesiæ uniuntur, privilegia, jura, & bo-

(*a*) S. Hieron. ep. 2. ad Nepot. (*b*) S. Ambr. lib. 7 Comment. in c. 10. Luc. (*c*) S. Aug. serm. 37. ad Fratr. (*d*) Tertull. de Pat. cap 7. (*e*) Pontif. Rom. exhort. ad prim. Tons. (*f*) Trident. sess. 7. cap. 4.

laris constitui posse ad commodum ejus, qui nullum jus habet, vel prætendit in beneficio.

62 Extinguitur & pensio libera, & absoluta pensionarii remissione, quia cuique liberum est, suo favori renuntiare. Potest hæc remissio fieri & propria auctoritate, licet pensio per Papam esset reservata, aut esset reservata pro alimentis ad commodiorem sustentationem.

63 Frequentissima hodie est pensionis redemptio per anticipatas quorumdam annorum solutiones. Hæc remissio fieri consuevit auctoritate Papæ. In supplicatione exponit Orator, quod sibi certa pensio auctoritate Apostolica super fructibus beneficii N. reservata fuerit, ac tum subjungit: *quod ex certis causis animum suum moventibus, cessationi, extinctioni, & annullationi dictæ pensionis annuæ, illiusque reservationi hujusmodi in S. V. manibus sponte, & libere nonnullis tamen anticipatis, seu anticipandis solutionibus, & non alias, nec alio modo consentire proponat, & nunc etiam consentiat. Supplicat igitur &c.* Annos anticipatarum solutionum non exprimunt, quia eorum numerus, sicut & pretium de consensu partium dependet. Nec tamen in chyrographo, aut Procuratorio ulla fit conventionis de pretio mentio, quia simoniam proderet.

64 Anticipatæ solutiones ita constitui solent, ut justum pretium, seu Capitale annuæ pensionis reddatur, ad eum pene modum, quo similis quantitatis annui reditus vitalitii redemptio fieret: atque ex hoc pacto fit, ut ipse pensionarius, mediante hac redemptione per quatuor, quinque, sex aut septem annos, æque ex beneficio resignato notabilem pecuniæ summam consequatur, quam si de una determinata summa conventum fuisset. Quantum periculum simoniæ, nisi simoniam non in re, sed in verbis sitam esse dicamus?

65 In signatura super extinctione, aut cessatione pensionis solet apponi hæc clausula: *quod sola præsentis supplicationis signatura sufficiat, & ubique fidem faciat in judicio, & extra, regula contraria non obstante.* Ratio hujus styli est, quia extinctio pensionum favorabilis censetur. Pensiones enim odiosæ sunt. Et inde dolendum est, quod tam frequenter concedantur. In Canonibus enim, & Patribus recentiorum pensionum, & redemptionum nullum vestigium relucet, quia vix ab avaritia, aut alio vitio excusari queunt.

* 66 In morali doctrina quid salubrius, quam ex sententiis Patrum Clero paupertatis studium paucis commendare. Ex sententia S. Cypriani (*a*), *Pauperes electi, superbi neglecti. Nec fastus, nec altus circa Christi discipulatum aliquem obtinet locum. Christus pauper discipulos divites aspernatur.* Ait S. Hieronymus (*a*): *Clericum ex inope divitem factum, quasi quamdam pestem fuge.* Juxta S. Ambrosium (*b*): *Petrus gloriatur, quod non habeat argentum, neque aurum: vobis pudor est, minus adhuc habere, quam cupitis; est ergo & pauperies gloriosa, quia est & beata — tamen non tam hoc gloriatur Petrus, quod argentum, & aurum non habeat, quam quod servet mandatum Domini, qui præcepit: nolite possidere aurum &c.* quid brevius verbis S. Augustini (*c*)? *Pauperes*, inquit, *esse debemus, quia ministri Dei sumus.* Audi Tertullianum (*d*): *Nec major ad pecuniæ contemptum exhortatio subjacet, quam quod ipse Dominus in nullis divitiis invenitur. Semper pauperes justificat, divites prædamnat.* Ecce, inquit Pontificale (*e*): *Si Deo contenti estis, salubriter ad Clericatum accessistis, quia vita vestra concordat cum nomine, & vita apparet in opere.*

(*a*) S. Cypr. Tract. de Nativit. Christ.

TIT. XII.

De Unionibus Beneficiorum.

CAP. I.

De variis Speciebus Unionum.

1 Corruptis sæculis ad augendos proventus Ministrorum invaluerunt uniones beneficiorum temporales, & personales, quæ ad vitam cujusdam Personæ restringebantur. Harum hodie usus exolevit, quia eas Concilium Tridentinum (*f*) abrogavit.

2 Supersunt uniones beneficiorum perpetuæ, & reales, quæ inde ad perpetuam rei memoriam factæ dicuntur, quia spectant utilitatem Ecclesiæ, quæ nunquam mori censetur. Sic in dubio uniones beneficiorum in favorem Ecclesiæ factæ præsumuntur.

3 Hæc unio tribus potissimum modis fit. Primus modus per viam suppressionis expeditur, nimirum, si duæ vicinæ Ecclesiæ, quæ bello, aut calamitate dirutæ sunt, supprimuntur, ut ex utraque novum beneficium erigatur, & unum constituatur. Dum hoc modo Ecclesiæ uniuntur, privilegia, jura, & bo-

(*a*) S. Hieron. ep. 2. ad Nepot. (*b*) S. Ambr. lib. 7 Comment. in c. 10. Luc. (*c*) S. Aug. serm. 37. ad Fratr. (*d*) Tertull. de Pat. cap 7. (*e*) Pontif. Rom. exhort. ad prim. Tons. (*f*) Trident. sess. 7. cap. 4.

bona data uni competunt, & alteri, & quando sunt plura honestiora, & favorabiliora, in unitate servantur, seu potius ad novum beneficium transferuntur. Quidni hanc unionem translationis dicere possemus? Hoc exemplo sæpe & in Cathedralibus, aut Collegiatis Ecclesiis una, alterave Præbenda supprimitur, ut ex earum proventibus nova dignitas instituatur.

4 Fit & unio per accessionem, utpote, si duo beneficia via subjectionis connectuntur, ut unum beneficium principale constituatur, & alterum ejus sit accessorium, vel inferius. Si itaque utrumque beneficium tam quoad onera, quam quoad bona, & proventus manet in sua integritate, sed accessorium titulum beneficii amittit, quia principali subjectum est. In supplica oportet principale exprimere, alias, si exprimeretur tantum accessorium, nulla foret impetratio, quia illud nunquam vacat, cum sit alteri per subjectionem unitum. Hinc in impetratione principalis nec opus est accessorium exprimere.

5 Tertius modus spectat unionem administrationis, vel possessionis, utpote, si unio Ecclesiarum per æqualitatem fiat, ut ambæ æque principaliter in suo statu integro maneant, prout erant ante unionem; nihilque nec quoad unam, nec quoad alteram immutetur; remaneantque duo vera distincta beneficia, nisi, quod post unionem ab uno, eodemque Rectore administrentur, & possideantur. Unde in impetratione opus erit, utrumque exprimere, utriusque onera ferre, quia & utriusque jura unus, idemque Rector percipit. Hinc, si hæc duo beneficia diversis Episcopis ante unionem erant subjecta, post unionem neuter perdit jus suum.

6 Ut vero sciatur, quo genere unionis sibi cohæreant illa beneficia, oportet imprimis literas unionis perscrutari, quarum tenore conditiones unionis, & onera uniti beneficii explicare solent. Hinc invaluit communis illa clausula in unione Parochialium Ecclesiarum, quæ aliquando frequentius, hodie rarius Monasteriis, & Capitulis obtingunt. *Reservata tamen de fructibus, reditibus, proventibus juribus, obventionibus hujusmodi pro Vicario perpetuo, in ea constituendo, congrua portione, ex qua idem Vicarius commode sustentari valeat, jura Episcopalia solvere, & alia sibi incumventia onera supportare.*

7 Cum autem per unionem semper fiat, aliqua, quasi ipsorum beneficiorum alteratio, ideo ea propria auctoritate fieri nequit, sed opus est Superioris nutu, & jussu. In Decreto Gratiani relucent Epistolæ S. Gregorii, ex quibus apparet, S. Pontificem sua auctoritate plures Episcopatus univisse. *c.* 48. & 49. *XVI. q.* 1.

8 His exemplis novo jure invaluit mos, quod uniones Episcopatuum, aliarumque majorum Ecclesiarum reservarentur per omnes regiones Catholici orbis auctoritati Sedis Apostolicæ; atque hoc jure utimur. *c.* 8. *de Excess. Prælat.*

9 Reliquit tamen & novo jure Pontifex Episcopis Diœcesanis unire beneficia inferiora suarum diœcesium, quamvis eorum collatio ad alios spectet, aut ea in exemptis Ecclesiis sita sint, aut illis annexa; si modo ipsa beneficia non sint exempta. *ibi.*

10 In reliquis, quia hæc unio inferiorum beneficiorum refertur ad ordinem jurisdictionis Episcopalis, inferunt Interpretes, posse Capitulum, Sede vacante, auctoritatem unioni præstare, dummodo per eam juri Episcopali nihil detrahatur.

11 Quodsi Episcopus, aut vacante Sede Capitulum unionem petitam facere recusaret, posset à recusatione, si injusta videatur, ad Metropolitam, veluti superiorem, appellari, ut ipse de Unione statueret.

12 Inferiores Prælati, quamvis exempti, aut & Collatores auctoritate uniendi sua beneficia destituuntur, nisi aut præscriptione, aut Privilegio tantam auctoritatem vel per justum titulum, vel per tempus immemoriale nacti sint. Sic Rex Galliæ sua auctoritate procedit ad unionem beneficiorum, quæ pleno jure ad ejus collationem spectant. Jura enim episcopalia inferiores præscribere haud verantur. *c.* 15. *de Præscript.*

13 A Superiore uniones beneficiorum admittendæ non sunt, nisi ex legitima, & rationabili causa. Rescripsit Honorius III. Episcopum Præbendis Cathedralis Ecclesiæ recte unire posse Capellas, *si evidens necessitas, vel utilitas exigat.* En legitimas causas. *c.* 33. *de Præb.* Cap. 2. De caus. union.

14 Quantum igitur ad legitimam causam explorandam pertinet, spectanda est Ecclesiæ evidens necessitas, vel utilitas; ne appareat, Superiorem plus favisse personæ, quam Ecclesiæ. *c.* 1. *Ne Sed. vacant.*

15 Clemens V. declaravit inde, quod si Episcopus, sui etiam Capituli accedente consensu, mensæ suæ, vel ipsi Capitulo aliquam duxerit Ecclesiam uniendam, id irritum esset, & inane, contraria quavis consuetudine non obstante, quia privatum illud commodum, ut vel augeantur alieni reditus, vel minuantur pensionum, portionum, aut & litium expensæ, haud spectat evidentem necessitatem, vel utilitatem

tem Ecclesiæ. *Clem. 2. de Reb. Eccl. non alien.*

16 Præcipit Concilium Tridentinum (*a*), *ut uniones perpetuæ*, à quadraginta annis citra factæ, examinari ab Ordinariis, *tamquam à Sede Apostolica delegatis possint, & quæ per subreptionem, vel per obreptionem obtentæ fuerint, irritæ declarentur. Illæ vero, quæ à dicto tempore citra concessæ, nondum in toto, vel in parte sortitæ sunt effectum, & quæ deinceps ad cujusvis instantiam fient, nisi eas ex legitimis, aut rationabilibus causis, coram loci Ordinario, vocatis, quorum interest, verificandis, factas fuisse constiterit, per subreptionem obtentæ præsumantur.*

17 Quum vero diversa sint beneficia (*b*); Synodus æqui, bonique habuit, ut ad augendos proventus tenuiorum Parochiarum, aut Ecclesiarum Cathedralium, Collegiatarumque insigniorum, ubi adeo tenuet sunt Præbendæ simul cum distributionibus quotidianis (*c*), ut sustinendo decenti Canonicorum gradui, pro loci, & qualitate personarum non sufficiant, aut pro erectione, dotationeque Seminarii Episcopalis quædam beneficia simplicia unirentur.

18 Inter hæc tempora & episcopales Sedes unionibus beneficiorum ad augendos, aut supplendos proventus egere videbantur. Statuit Concilium Tridentinum (*d*), ut Synodus provincialis diligenter expenderet, quas sedes propter angustias, tenuitatemque vicinis unire, vel novis proventibus augere expediat; confectaque de præmissis instrumenta ad summum Pontificem mittantur; quibus instructus summus Pontifex, ex prudentia sua, prout expedire judicaverit, aut tenues *Cathedrales Ecclesias* invicem uniat, aut aliqua accessione ex fructibus augeat. *Interim vero, donec prædicta effectum sortiantur, hujusmodi Episcopis, qui fructuum subventione pro diœcesis suæ tenuitate indigent, poterit de beneficiis aliquibus, dum tamen curata non sint, nec dignitates, seu præbendæ, & canonicatus, nec monasteria, in quibus regularis viget observantia, vel quæ Capitulis generalibus, & certis Visitatoribus subduntur, à SS. Romano Pontifice provideri.*

19 Periclitabantur tunc & Parochiales Ecclesiæ; eoquod decimarum, aliorumque proventuum incorporationibus, quibus Monasteriis, Capitulis, aliisque beneficii uniri consueverunt, justo subsidio alendi proprium Pastorem excidissent. Vetat inde speciatim S. Synodus (*e*), posthac hujusmodi uniones fieri, præcipitque, factas hactenus ab Ordinario revideri. Su-

(*a*) Trid. sess. 7. c. 6. (*b*) Trid. sess. 23. c. 18.
(*c*) Sess. 24. c. 13. & 15. (*d*) Trid. sess. 24. c. 13. (*e*) Ibid.

20 Superest tamen locus uniendarum & Parochiarum vicinarum invicem per modum provisionis, donec singulis Parochiis de proprio Pastore per fundum congruæ sustentationis consuli possit. Concilium Mechliniense (*a*) Provinciale II. ita decrevit: *ut vero hæc omnia perfici possint, licebit Episcopis per unionem vicinarum, & minorum Ecclesiarum, aut simplicium beneficiorum, vel per concessionem deservituarum, & alia propter idoneorum sacerdotum raritatem*, per modum provisionis, *providere.*

21 Si ergo unionis justa causa apparet, discretio servanda est, ut potius vicina, quam remotiora beneficia, ipsaque in una, eademque Ecclesia existentia, quam in diversis Ecclesiis dispersa, uniantur. Vetat Concilium Tridentinum (*b*) diserte, beneficia unius diœcesis, *etiam ratione augendi cultum divinum, aut numerum beneficiatorum, aut alia quacunque de causa*, alterius diœcesis beneficio, Monasterio, seu Collegio, vel loco etiam pio perpetuo uniri. Hoc exemplo & vetita censetur unio unius beneficii de uno regno cum beneficio alterius regni; dareturque in Gallia appellationi ab abusu locus, si talis unio inscio Rege fieret.

22 Alibi vetat Synodus Tridentina (*c*), & fieri accessiones per viam unionis de beneficiis liberis ad Ecclesias juris Patronatus; sed quia salus populi prima lex est, multis locis curatis juris Patronatus, præsertim ecclesiastici, competenti dote destitutis beneficia libera, quia alia media non suppetunt, ad dotem congruam sunt unita.

23 Præcipit S. Synodus (*d*), non tantum, ut posthac nullæ admittantur uniones perpetuæ, nisi ex legitimis, & rationabilibus causis; sed insuper, ut à 40. annis citra factæ, examinari ab Ordinariis, tamquam Sedis Apostolicæ delegatis, possint: &, quæ per subreptionem; vel obreptionem obtentæ fuerint, irritæ declarentur. In Gallia superest exemplum, quod inde unio, sine legitima causa facta, etiam post integri sæculi lapsum aliquando auctoritate Regii Senatus per appellationem ab abusu rescissa fuerit, quia illegitima unio semper, & perpetuo gravare censetur.

24 Ne uniones sine legitimis, aut alias rationabilibus causis fieri contingat, præcipit Cancellariæ Regula, *ut semper in unionibus concessio fiat ad partes, vocati, quorum interest.* Inde in Francia, quomodocunque fiant uniones vel per Papam, vel

Cap. 3. De solemn. ad unionem. Reg. Reg. Cancel. de unionib.

(*a*) Concil. Mechl. II. tit. 17. c. 3. (*b*) Trid. sess. 14. c. 9.
(*c*) Sess. 25. c. 9. (*d*) Trid. sess. 7. c. 6.

vel per Ordinarios, requiruntur solemnia, quæ in Regula præscribuntur.

25 In Stylo Curiæ Romanæ, si fiat à Papa unio in forma gratiosa, non requiritur clausula: *vocatis vocandis*, quia derogatur Regulæ de unionibus committendis ad partes, S. Synodus enim Tridentina (*a*) Papæ arbitrio uniones in forma gratiosa *per illa verba; nisi aliter à Sede Apostolica declaratum fuerit*, reliquit. In Gallia tamen Tridentinum Decretum quoad illam clausulam receptum non est. Et in Belgio uniones beneficiorum in forma gratiosa sine causæ cognitione, rejicerentur.

26 Itaque unio etiam auctoritate Pontificis hodie fieri debet in his Provinciis per formam commissoriam, ut à judicibus ecclesiasticis, quibus à Sede Apostolica in partibus inquisitio, & cognitio delegari potest, causa examinetur, relatioque ad Papam remittatur.

27 Juxta formam commissionis debent audiri omnes, quorum interest. Audiendus ergo est præprimis Episcopus, aliique Collatores, quorum interest, quod collationem ratione unionis amittant. Audiendi sunt & Patroni: imo, si Patroni laici fuerint, eorum & consensus requirendus est, quia in perpetuis unionibus nec Papa laicorum juri Patronatus derogare in his terris potest. Concilia Belgica ad Tridentinum (*b*) decretum, quo potestas sit Episcopis, ex juxta causa uniones faciendi beneficiorum, & Ecclesiarum, expresse monuerunt, *opus esse consensu Patronorum laicorum.*

28 Quantum ad consensum Regis spectat, id expeditum est, hunc requiri in unionibus beneficiorum Patronatus Regii. Ajunt, & Procuratorem Principis Generalem vocandum, & audiendum esse, non solum si jus Patronatus ad Principem pertineat, sed etiamsi ad alium, nempe ratione publicæ utilitatis, ad dispiciendum, an futura unio publico sit utilis, necne. Quippe Princeps omnium beneficiorum, quæ in territorio sunt, Protector, & Tutor censetur. In Gallia ab unione, præterito Procuratore Regio facta, velut ab abusu provocari solet, soletque etiam post centum annos provocatio admitti, quia unio semper gravare censetur. Si de beneficiis, quæ ad Regaliam spectent, agitur, unio, inconsulto Procuratore Regio, fieri nequit: aut, si facta sit, aperta Regalia Rex confert, quasi nulla unio intervenisset.

29 In Belgio, & alibi, si agatur de unione beneficiorum per Papam facta, ea executioni mandari non potest, nisi audiatur Procurator Regius, quia Placetum Regium dari non consuevit, nisi Regio Procuratore, vel Officio fiscali audito.

(*a*) Trid. sess. 7. c. 6. (*b*) Trid. sess. 21. c. 5.

30 In reliquis unionibus beneficiorum, quæ pleno jure ad provisionem, aut collationem ordinariorum Collatorum pertinent, nec in Gallia interventus Procuratoris Regii necessarius existimatur, nisi speciale commodum Regis probetur, aut in suppressione notabilium beneficiorum quidquam contra fundationem, quia Rex Protector omnium fundationum censetur, intervenisse dicatur. Consultius est ergo, in hisce unionibus, & suppressionibus interventionem Officiis fiscalis expetere. At simplicium beneficiorum uniones, præsertim ad dotationem tenuiorum Parochiarum, passim ab Episcopis, inconsulto Fiscali, fieri, & tolerari solent.

31 Rectorem beneficii uniendi præteriti posse declaravit Clemens V. Unio enim fieri solet sine præjudicio possessoris, quia, quoadusque vivit ipse, quiescit omnis unionis effectus, ut ejus possessioni, aut juri nihil præjudicetur. *Clem. 2. de Reb. Eccl. non alien.*

32 Invaluit tamen, quod Possessor beneficii uniendi vocandus censeatur, quia cum agitur de alienatione aut suppressione tituli, ejus, veluti Administratoris, est, beneficii sui jura & utilitatem defendere; sed revera unio ex legitimis causis fieri potest, eo invito, modo ei reserventur fructus durante vita. Cluniacenses inde Bullas obtinuerunt, quibus unio beneficiorum, quæ ab eorum Ordine dependent, prohibetur fieri absque consensu Abbatis, & Capituli ejusdem Ordinis.

33 Quantum ad Parochianos, si de eorum Parochia unienda agitur, spectat, & ipsi audiendi sunt, quia ipsorum interest, bonum, & proprium habere Pastorem. Si tamen justa apparet unionis causa, Parochianorum consensus haud expectatur.

34 Præcipit Regula Cancellariæ (*a*), ut petentes beneficia aliis uniri, teneantur exprimere verum valorem, secundum communem æstimationem, tam beneficii uniendi, quam illius, cui uniri petitur; alioquin unio non valeat. Quippe ex hac expressione innotescere sæpius potest, num utilitas, aut necessitas eam unionem requirat; utpote quæ ex Ecclesiarum majore, vel minore penuria non raro metienda est.

35 Si omnibus rite examinatis, singulisque, quorum interest, auditis, utilis, aut necessaria unio Ecclesiarum appareat, potest Episcopus ad eam procedere, etsi beneficia essent

(*a*) Reg. Cancel. de Union.

sent generaliter, aut specialiter reservata, aut quomodocumque affecta. Addit S. Synodus (*a*): *Quæ uniones etiam non possint revocari, nec quoquo modo infringi, vigore cujuscunque provisionis, etiam ex causa resignationis, derogationis, aut suspensionis*, etiam à Romana Curia impetratæ, nisi illæ omnem actionem Episcopi prævenerint, ut inde ex collatione vacantis beneficii, & expeditione Bullarum jus tertio jam quæsitum fuisset, aut nisi visum fuerit Sedi Apostolicæ non obstante hujusmodi Unione resignationem admittere, & ex certa scientia, alteri secundum plenitudinem potestatis providere.

Cap. 4. De Dissol. Union.

36 Supersunt tamen nonnulli modi, quibus & legitima unio resolvitur: nam causa resolutionis favorabilis censetur, quia inde beneficia in primævum statum restituuntur. Et si constat præcise de causa, ex qua unio facta fuerat, ea cessante: unio dissolvitur. Sic in Belgio auctoritate tum Pontificia, tum Regia recte processum est ad dissolutionem unionis Monasteriorum factæ quibusdam Episcopatibus; eoquod in eorum erectione ex proventibus Monasteriorum Episcopis competens dos esset assignata, atque ita auctis propriis proventibus Episcopatuum cessaret causa Unionis. Hoc exemplo, si diligenter ab Ordinariis reviderentur veteres uniones præsertim Ecclesiarum Parochialium, quondam liberalius factæ, non dubium, quin deprehendi posset, causam veterem unionum in multis expirasse, ut nulla unionis tolerandæ causa supersit.

37 Quinimo etsi causa Unionis adhuc aliquantum superesse videatur, potest tamen ad dissolutionem procedi, si alia causa supervenerit, quæ causæ unionis prævaleat. Nam sicuti Unio ex causa utilitatis, aut necessitatis Ecclesiarum fieri potest; ita & ex eadem revocari. *Arg. L. 35. ff. de Reg. Jur.*

38 Apparente legitima causa, qui Ecclesias unire possunt, possunt & dissolvere unionem. Quinimo Episcopus uniones suarum Ecclesiarum, non modo à se, aut suis Prædecessoribus, sed & à Papa, aut Legato factas causa subsistente dissolvere potest, quia Papa uniendo beneficia non censetur potestatem Ordinarii restrinxisse.

39 Si tamen unio facta est Regia auctoritate, Regeque cum causæ cognitione approbante, resolutio hujusmodi unionis sine consensu Regis in Gallia, vel alibi non facile admit-

(*a*) Trid. sess. 21. c. 5.

mitteretur; nec difficulter ab hujusmodi dissolutione appellatio velut ex abusu reciperetur.

40 Et quia unio requirit causæ cognitionem, vocatis, & auditis, quorum interest; hinc & in resolutione unionis eadem solemnitas adhibenda est; utpote in Bulla revocationis exprimenda est clausula: *vocatis his, qui fuerant evocandi.* Tametsi minus exacta causæ cognitio facilius in dissolutione, quam in unione toleraretur, quia jura proniora sunt ad solvendum, quam ligandum.

41 Dissoluta unione restituitur beneficium in pristinum statum, ita, ut redeat ad collationem, vel provisionem illius, qui ante unionem fuerat Collator, aut Patronus. Nec enim consentiendo justæ unioni censetur absolute juri collationis, aut Patronatus renuntiasse.

42 Quemadmodum tamen unio fieri solet sine præjudicio Possessoris; ita & dissolutio. Quin & gesta tempore unionis rata manent: ideoque siquæ alienatio, servatis justis solemnitatibus, durante unione contigerit, ea haud revocatur per dissolutionem unionis.

43 Ut abhinc beneficium unitum, separatim ab illo beneficio, cui fuit unitum, post decessum Possessoris impetrari queat, non sufficit aut causam unionis cessare, aut adesse causam sufficientem dissolutionis; sed requiritur, ut auctoritate Superioris ipsa dissolutio, servatis servandis, facta fuerit.

44 At si prætendatur unio invalide facta, defectu observatæ solemnitatis, tunc in praxi solet impetrari beneficium unitum: & postea institui possessorium: & si opponatur, esse unitum, replicatur, non valere unionem; & ab illa unione appellatur tanquam ab abusu.

45 Expunctis per Concilium Tridentinum unionibus ad vitam, ab abusu excusari non possent dissolutiones legitimarum unionum ad vitam. Ut si Canonicus, cujus Præbendæ annexa est Ecclesia Parochialis, consentiret dissolutioni illius Ecclesiæ ad vitam Titii, ea conditione, ut Titio decedente rursus unio revivisceret. Corruptis sæculis tam degeneres artes plerumque suggessit ambitio, ut sibi imperium in beneficia Ecclesiastica, proprii commodi studio, pararet. Inquit S. Bernardus (*a*): *An non quæstibus ejus tota legum, Canonumque disciplina insudat?*

*46 Inde in morali doctrina quid tam exploratum est, quam Clero maxime vitandam esse ambitionem? Ait Cy-

(*a*) S. Bern. l. 3. de Consid. c. 1.

prianus (a): *ambitionis salsugo bibulam animam occupat, ut per fas, & ad loca superiora, & pinguiora etiam de latebris eremi nonnulli se ingerant.* Juxta S. Ambrosium (b): *Hoc ipso pernitiosior ambitio, quod blanda quædam est conciliatricula dignitatum, & sæpe, quos vitia nulla flectunt, quos nulla potuit movere luxuria, nulla avaritia subruere, facit ambitio criminosos. Habet enim forensem gratiam domesticum periculum, &, ut dominetur aliis, prius servit: curbatur obsequio, ut honore donetur: &, dum vult esse sublimior, fit remissior.* Ex sententia S. Leonis (c): *Corpus Ecclesiæ ambientium improba contentione fœdatur.* Quid disertius querela S. Bernardi? (d) *In pace amaritudo mea amarissima —fuit ergo amaritudo Ecclesiæ: amara quidem in persecutione Tyrannorum, sed amarior in versutia hæreticorum: sed amarissima hodie per pravitatem desideriorum. Pacem habet Ecclesia apud extraneos, sed filii nequam, filii scelerati sæviunt in eam, qui propriam matrem eviscerant, ut se pariant in honorem.* Et alibi (e): *Plena est ambitiosis Ecclesia; non est, quod jam exhorreat in studiis, & molitionibus ambitionis, non plus quam spelunca latronum spoliis viatorum.*

TIT. XIII.

De Simonia circa Beneficia.

CAP. I.

De Enormitate hujus Criminis.

1 Ambitio simoniam peperit. Ait Tharasius Patriarcha Constantinopolitanus: Simoniaci suum ipsorum, quantum putant, Spiritum Sanctum servum ipsum faciunt. *Omnis enim Dominus, quidquid habet, cum libuerit, vendit, sive famulum, sive aliquid aliud ex his, quæ possidet. Similiter, & quid emit, volens rei emptæ dominus fieri, argenti pretio eam acquirit.* Refert. *c.* 21. *l. q.* 1.

2 Et inde quid infelicius? Prosequitur S. Pater: *Si venditur Sacerdotii dignitas, supervacua igitur apud istos venditores est honesta vitæ institutio, & puritatis, virtutisque cultus: supervacuus apud ipsos & Paulus divinus Apostolus docens, oportere Episcopum esse sine crimine, temperantem, modestum, continentem, sobrium, aptum ad docendum, insistentem fideli secundum doctrinam sermoni, ut potens sit exhortari in doctrina sana; & contradicentes refellere. Pereunt igitur hæc omnia ex eo, quod Sacerdotium venditur, & emitur.* Ibi *ep. ad Hadrian. in fin.*

(a) S. Cypr. de Oper. Christ. prol. (b) S. Ambr. in Luc. c. 4. (c) S. Leo. ep. 1. (d) S. Bern. serm. ad Past. (e) De Consid. lib. 1. c. 10.

3 Quum veteri more ipsi ordinationi titulus provisionis cohæsit, plerumque SS. Patres in simoniacas ordinationes stylum strinxerunt. Inter hos dissertior est S. Gregorius: *Ex qua re*, inquit, *agitur, ut ipsi quoque, qui SS. Ordines appetunt, non vitam corrigere, non mores componere studeant, sed divitias, quibus honor sacer emitur, satagant congregare.* Refert. *c.* 28. *integr. lect. & passim. I. q.* 1.

4 Invalescente divisione provisionum ab ordinationibus, in utramque censura vigilavit, si simoniaca apparuisset. Ait Calixtus II. *Sanctorum Patrum exempla sequentes, & officii nostri debito innovantes, ordinarii quemquam, vel in Ecclesia Dei promoveri per pecuniam, auctoritate Sedis Apostolicæ prohibemus: siquis vero in Ecclesia ordinationem, vel promotionem taliter acquisierit, acquisita prorsus careat dignitate.* Apud Grat. *c.* 10. *ibi.*

5 Inter reliqua novi juris Decreta, quibus passim simoniacæ provisiones beneficiorum damnantur, recentius Synodus Tridentina instauravit (a), & ab ordinationibus exulare debere, quidquid speciem simoniæ præseferre posset. Eo enim ævo Episcopi, præcipue opulentiores, spreta Clericorum ordinatione, à qua nullum commodum dependebat, retenta sibi collatione beneficiorum, illam Episcopis titularibus committere cœperant, qui, quia sibi sæpe sat tenuiter provisum erat, è functionibus Ecclesiasticis victum quærebant, ut eos, quos ad Ordines admittebant, quidquam ipsis conferre cogerent; primum eleemosynæ nomine, seu oblationis: deinde titulo donationis, & denique mercedis obtentu; non, quæ Episcopo ordinanti, sed famulis, aut aliis Ordinationum ministris cederet. Hac occassione declaravit Synodus Tridentina, ut *nihil pro collatione quorumcunque Ordinum, etiam clericalis Tonsuræ, nec pro literis dimissoriis, seu testimonialibus, nec pro sigillo, nec alia quacunque de causa, etiam sponte oblatum, Episcopi, & alii Ordinum Collatores, aut eorum ministri quavis prætextu accipiant. Notarii vero in iis tantum locis, in quibus non viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi, pro singulis literis dimissoriis, aut testimonialibus, decimam tantum unius auri partem accipere possint, dummodo*

(a) Trid. sess. 21. c. 1.

prianus (a): *ambitionis salsugo bibulam animam occupat, ut per fas, & ad loca superiora, & pinguiora etiam de latebris eremi nonnulli se ingerant.* Juxta S. Ambrosium (b): *Hoc ipso pernitiosior ambitio, quod blanda quædam est conciliatricula dignitatum, & sæpe, quos vitia nulla flectunt, quos nulla potuit movere luxuria, nulla avaritia subruere, facit ambitio criminosos. Habet enim forensem gratiam domesticum periculum, &, ut dominetur aliis, prius servit: curbatur obsequio, ut honore donetur: &, dum vult esse sublimior, fit remissior.* Ex sententia S. Leonis (c): *Corpus Ecclesiæ ambientium improba contentione fœdatur.* Quid disertius querela S. Bernardi? (d) *In pace amaritudo mea amarissima —fuit ergo amaritudo Ecclesiæ: amara quidem in persecutione Tyrannorum, sed amarior in versutia hæreticorum: sed amarissima hodie per pravitatem desideriorum. Pacem habet Ecclesia apud extraneos, sed filii nequam, filii scelerati sæviunt in eam, qui propriam matrem eviscerant, ut se pariant in honorem.* Et alibi (e): *Plena est ambitiosis Ecclesia; non est, quod jam exhorreat in studiis, & molitionibus ambitionis, non plus quam spelunca latronum spoliis viatorum.*

TIT. XIII.

De Simonia circa Beneficia.

CAP. I.

De Enormitate hujus Criminis.

1 Ambitio simoniam peperit. Ait Tharasius Patriarcha Constantinopolitanus: Simoniaci suum ipsorum, quantum putant, Spiritum Sanctum servum ipsum faciunt. *Omnis enim Dominus, quidquid habet, cum libuerit, vendit, sive famulum, sive aliquid aliud ex his, quæ possidet. Similiter, & quid emit, volens rei emptæ dominus fieri, argenti pretio eam acquirit.* Refert. *c.* 21. *l. q.* 1.

2 Et inde quid infelicius? Prosequitur S. Pater: *Si venditur Sacerdotii dignitas, supervacua igitur apud istos venditores est honesta vitæ institutio, & puritatis, virtutisque cultus: supervacuus apud ipsos & Paulus divinus Apostolus docens, oportere Episcopum esse sine crimine, temperantem, modestum, continentem, sobrium, aptum ad docendum, insistentem fideli secundum doctrinam sermoni, ut potens sit exhortari in doctrina sana; & contradicentes refellere. Pereunt igitur hæc omnia ex eo, quod Sacerdotium venditur, & emitur.* Ibi *ep. ad Hadrian. in fin.*

(a) S. Cypr. de Oper. Christ. prol. (b) S. Ambr. in Luc. c. 4. (c) S. Leo. ep. 1. (d) S. Bern. serm. ad Past. (e) De Consid. lib. 1. c. 10.

3 Quum veteri more ipsi ordinationi titulus provisionis cohæsit, plerumque SS. Patres in simoniacas ordinationes stylum strinxerunt. Inter hos dissertior est S. Gregorius: *Ex qua re*, inquit, *agitur, ut ipsi quoque, qui SS. Ordines appetunt, non vitam corrigere, non mores componere studeant, sed divitias, quibus honor sacer emitur, satagant congregare.* Refert. *c.* 28. *integr. lect. & passim. I. q.* 1.

4 Invalescente divisione provisionum ab ordinationibus, in utramque censura vigilavit, si simoniaca apparuisset. Ait Calixtus II. *Sanctorum Patrum exempla sequentes, & officii nostri debito innovantes, ordinarii quemquam, vel in Ecclesia Dei promoveri per pecuniam, auctoritate Sedis Apostolicæ prohibemus: siquis vero in Ecclesia ordinationem, vel promotionem taliter acquisierit, acquisita prorsus careat dignitate.* Apud Grat. *c.* 10. *ibi.*

5 Inter reliqua novi juris Decreta, quibus passim simoniacæ provisiones beneficiorum damnantur, recentius Synodus Tridentina instauravit (a), & ab ordinationibus exulare debere, quidquid speciem simoniæ præseferre posset. Eo enim ævo Episcopi, præcipue opulentiores, spreta Clericorum ordinatione, à qua nullum commodum dependebat, retenta sibi collatione beneficiorum, illam Episcopis titularibus committere cœperant, qui, quia sibi sæpe sat tenuiter provisum erat, è functionibus Ecclesiasticis victum quærebant, ut eos, quos ad Ordines admittebant, quidquam ipsis conferre cogerent; primum eleemosynæ nomine, seu oblationis: deinde titulo donationis, & denique mercedis obtentu; non, quæ Episcopo ordinanti, sed famulis, aut aliis Ordinationum ministris cederet. Hac occassione declaravit Synodus Tridentina, ut *nihil pro collatione quorumcunque Ordinum, etiam clericalis Tonsuræ, nec pro literis dimissoriis, seu testimonialibus, nec pro sigillo, nec alia quacunque de causa, etiam sponte oblatum, Episcopi, & alii Ordinum Collatores, aut eorum ministri quavis prætextu accipiant. Notarii vero in iis tantum locis, in quibus non viget laudabilis consuetudo nihil accipiendi, pro singulis literis dimissoriis, aut testimonialibus, decimam tantum unius auri partem accipere possint, dummodo*

(a) Trid. sess. 21. c. 1.

eis nullum salarium sit constitutum pro officio exercendo; nec Episcopis ex Notarii commodis aliquod emolumentum ex iisdem Ordinum collationibus, directe, vel indirecte provenire possit &c.

6 Refert Pallavicinus (*a*), quod, cum articulo Patribus proposito diceretur: *Transgressores tanquam simoniacos esse puniendos*, illius propositionis loco lectio substituta fuerit, ne valeret in oppositum quæcunque consuetudo, utpote magis corruptela, simoniæ favens, etsi ab ipso crimine simoniæ nomen oblati, & gratuiti excusare videretur. Hoc exemplo, si Prælati Ecclesiarum pro sui officii ratione diligenter excuterent, quidquid sub pallio *oblati*, *ac gratuiti doni* in Sacramentorum administratione, aliisque ecclesiasticis functionibus, tum à Sacerdotibus, tum ab Episcoporum Ministris, & Officialibus accipitur, vel & exigitur, non dubium, quin plura reperirent, quæ, si non ut simoniaca, saltem ut corruptelæ faventes simoniæ, aut avaritiæ, essent reprobanda, non obstante quantacunque consuetudine.

7 Instabat Galli, quod consuetudo, quæ in aliis Decretis generatim permittebat, Notarios quidquam exigere, ab iis diœcesibus rejicienda esset, ubi laudabilis consuetudo vigeret, ut nihil acciperent Scribæ. Quid consultius, quam ut omnes Episcopi, præsertim quibus de proventibus ecclesiasticis abunde provisum, eam sæculi XVI. consuetudinem Gallorum in suas diœceses introducerent, congruumque suis ministris salarium assignarent, quo à suspectis hisce exactionibus cohiberentur. Monet S. Ambrosius (*b*): *Non tamen satis est, quod lucrum ipse non quæras: familiæ quoque tuæ cohibendæ sunt manus: nec hoc solum exposcimus, ut te solum immaculatum, castumque custodias: non enim dixit Apostolus, te solum, sed te ipsum castum custodi.*

Cap. 2. De Tripl. muner.

8 Evanuisset recentior socordia, si religiosior superfuisset memoria illius sententiæ Dominicæ: *Gratis date, gratis accepistis.* Quæritur S. Hieronymus: *Nunc cernimus plures hanc rem beneficium facere, ut non quærant in Ecclesia eos erigere columnas, quos plus cognoscunt Ecclesiæ prodesse; sed quos vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequiis delimiti, vel pro quibus majorum quis rogaverit, &, (ut deteriora taceam) qui, ut Clerici fierent, muneribus impetrarunt.* Refert. *c.* 6. *VIII. q.* 1.

9 Hoc argumento innotuit celebris divisio muneris: nimirum à manu, ab obsequio, à lingua. Ait S. Gregorius: *Neque*

(*a*) Pallavicin. Hist. Conc. lib. 17. c. 9. (*b*) S. Ambr. in Luc. c. 4.

que dicit enim Propheta, *qui excutit manus suas à munere, sed adjunxit ab omni: quia aliud munus est ab obsequio, aliud munus à lingua.* Apud Gratian. *c.* 114. *I. q.* 1.

10 Hinc pronuntiat Urbanus II. *Qui res ecclesiasticas non ad hoc, ad quod institutæ sunt, sed ad propria lucra, munera linguæ, aut indebiti obsequii, vel pecuniæ largitur, vel adipiscitur, simoniacus est.* Superest. *c.* 8. *I. q.* 3.

11 Juxta S. Gregorium munus à manu pecunia, est qua quælibet res temporalis exterior indicatur. Ex sententia S. Augustini: *Totum, quidquid homines possident, omnia, quorum Domini sunt, pecunia vocatur — ideo autem pecunia vocata est, quia antiqui totum, quod habebant, in pecoribus habebant.* Refert. *c.* 6. *I. q.* 3.

12 Unde constat, simoniam committi per munus à manu, dum exterioris alicujus rei temporalis interventu beneficium acquiritur, vel datur. Sic Alexander III. simoniæ reum egit Clericum, quod sex solidos Archidiacono, quia ipsum aliter ad Ordinem præsentare noluisset, exsolverat. Nam majus, & minus quantitatis numeratæ diversitatem juris haud inducit. *c.* 20. *de Simon.*

13 Nec illud interest, an realiter de manu ad manum externum illud munus tradatur; aut an per fictionem brevis manus negotiatio intercedat, utpote, siquis beneficium impetret, tacite, vel expresse remittendo debitum; vel Collator dare nolit, nisi addicta remissione debiti. Hoc ex capite Patroni, ac signanter ecclesiastici, veluti Capitula, & Monasteria à vitio haud excusantur, si ad Ecclesias Parochiales præsentent ea lege tacita, vel expressa, ut Præsentatus minore competentia sit contentus, aut saltem justum augmentum illius non prætendat. Sunt & rei Clerici, qui tacite, vel expresse remissionem illam addicunt, aut augmento, quod juste petere possent, renuntiant. Quid enim evidentius, quam quod eo casu vel debiti cerri, aut saltem probabilis fiat remissio, ut beneficium conferatur, vel accipiatur. Alexander III. illos Clericos, qui, decedentibus Ecclesiarum Personis, paciscebantur, ex ipsis majores solvere pensiones, vel justas, & congruas remittere, ut facilius possint Ecclesias adipisci, totaliter adeptis Ecclesiis spoliari mandavit. *c.* 6. *de Pact.*

14 Munus à lingua auctore S. Gregorio est favor; cujus interventu non secus, atque per munus à manu contrahi censetur simonia, *quia* juxta S. Thomam *quod aliquis satisfaciat precibus cujusdam ad temporalem gratiam quærendam, ordinatur ad aliquam utilitatem, quæ potest pecuniæ pretio æstimari.* Tales enim preces succedunt loco pretii.

Et

15 Et vero ; si collatio beneficii , facta ad preces alicujus , spectet favorem humanum , nec ipsa excusatur à simonia, etsi preces pro digno , dignioreque factæ sunt : utpote juxta S. Thomam (*a*) , *si non attendatur ad dignitatem* , & merita *personæ* , *sed ad favorem humanum.*

16 Absit vero , ut inde omnes commendationes , vel supplicationes rejiciantur ! enimvero , si Collator merita Personæ per eum , qui preces pro collatione interponit , proposita mere attendat , aut supplicans non alio intuitu preces porrigat, quam ut merita personæ Collatori , vel Patrono exponat , uterque vitio vacat , quia hæ preces non loco pretii haberi possunt , sed instar attestationis , & elogii sunt meritorum. Monet Gratianus : *Non quorumlibet precibus ordinationes factæ falsæ dijudicantur ; sed hæ demum , quæ præcibus ordinandi , vel amici non spirituali , sed carnali affectu porrectis fiunt , cum alias futuræ non essent ; quas non charitas interveniens , sed ambitio supplicans extorquet.* Grat. *ad c.* 122. *I. q.* 1.

17 Supplicans , saltem in intentione , à simonia non excusatur , si preces ea intentione offerat , ut Collatorem non per merita Personæ , sed per gratiam, aut favorem humanum, quem tacite ipsi addicit , movere intendat ad conferendum. Sic & Collator non est à vitio immunis , si non ob merita Personæ, simpliciter per supplicantem exposita , sed ob additam sibi gratiam , aut favorem ad conferendum processerit , juxta illud S. Thomæ : *Qui dat spirituale , si principaliter moveatur favore precum , vel timore rogantis , quantum ad judicium divinum, simoniam committit & rogans , & rogatus , si hoc intendat.*

18 Munus ab obsequio ex sententia S. Gregorii est *servitus indebito impensa.* Quia , inquit S. Thomas , idem est, quod aliquis det rem spiritualem pro aliquo obsequio temporale exhibito , vel exhibendo , ac si daret pro pecunia data, vel promissa ; qua illud obsequium æstimare possit. Quippe gratis , quod gratis accepit , non dat , qui pro obsequio dat.

19 Ergo incurrunt simoniam illi , qui obsequium , aut servitium Collatoribus , aut Patronis gratis exhibent , ea conditione tacita , vel expressa , ut ipsis occurrente occasione , de beneficiis provideant. Similiter & Collatores à vitio non excusantur , si ea spe alliciant Clericos , ut sibi obsequium , aut servitium gratis exhibeant.

20 Hoc exemplo & illi reatum incurrunt , qui Principum, aliorumque Magnatum Liberos , vel Episcoporum Nepotes, nullo , vel exiguo stipendio regendos , erudiendosque suscipiunt,

(*a*) S. Thom. 2. 2. q. 100. art. 5.

piunt , ea spe , quod beneficia Ecclesiastica ab ipsis, vel eorum favore adipiscantur. Sunt simoniaci & Canonici , aliique Sacerdotes , assumentes Vicarios , qui exiguo sunt contenti stipendio , spe consequendi beneficium.

21 Enimvero labes simoniæ haud abstergitur , etsi id genus obsequii exhibiti , aut exhibendi spirituale foret ; quia & spiritualem operam navantes , veluti operarii , digni sunt mercede sua , ut , hanc intuitu beneficii accepti , vel accipiendi remittant , una cum illis , qui tale obsequium intuitu beneficii vel accepti , vel promissi gratis sibi exhiberi tacite , vel expresse postulant , vel oblatum acceptant , indubie simoniaci sint. Simoniacum enim est , conferre alicui beneficium ea lege , vel conditione tacita , expressave , ut ipse Beneficiatus teneatur Collatori , vel alteri aliqua obsequia etiam spiritualia , beneficio non annexa , gratis præstare. Quis enim dubitat , quin obsequia illa , licet spiritualia , gratis exhibita , redundent in utilitatem Collatorum , quia obsequia illa , utcunque spiritualia , sine constituta mercede ab aliis haud ipsis exhiberentur? S. Carolus (*a*) inde monuit , atque obtestatus est Episcopos, aliosque Collatores , quibus jus est conferendi beneficia , ut familiaribus suis justam mercedem constituant , *ne illi , hoc subsidio destituti , beneficia Ecclesiastica , tanquam suæ operæ & laboris pretium præcipue sibi proponant.*

22 Progressu temporis prævaluit vitium. Conquestus est S. Gregorius (*b*), hoc malum vetustatis titulo nimis adolevisse. *Quibusdam namque* , inquit , *narrantibus agnovi , quod in Galliarum , vel Germaniæ partibus , nullus ad sacrum Ordinem sine commodi ratione perveniat* (*c*). Cap. 3. De Prog. simon.

23 Pervasit vitium & Orientem. Ita refert S. Gregorius (*d*). *Pervenit ad nos in Orientis Ecclesiis nullum ad sacrum Ordinem , nisi ex præmiorum datione pervenire ; si ita esse vestra Fraternitas cognoscat , hanc primam oblationem Deo offerat , ut à subjectis sibi Ecclesiis errorem simoniacæ hæreseos compescat.*

24 Quid ad reprimendum malum brevius faceret , quam simplex illa sententia Christi : *gratis accepistis , gratis date.* Inde sæculo V. in Synodo Constantinopolitana perorabat S. Gennadius (*e*) : *Hoc autem præceptum non solum illis* (Apostolis) , *sed etiam nobis per alios dedit , quos in illorum gradum, & locum substituere dignatus est : & oportet , sicut illi tunc, nos quoque nunc , accurate , ac diligenter servare , nec in iis, quæ technas sophisticas non admittunt , uti sophistica callidita-*

(*a*) S. Carol. in Conc. Mediol. (*b*) S. Greg. Lib. 4 ep. 50. (*c*) Lib. 9. ep. 40.
(*d*) Lib. 9. ep. 40. (*e*) Conc. Gen. Tom. IV. col. 1025. edit. Iab.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tate, nec aleam periculosam jacere. "Gratis, *inquit*, accepistis, „gratis date:" *non possidentes æs, neque aurum, neque argentum in zonis vestris. Simplex, & apperta hujus mandati ratio, quæ nihil habet varium, nihil, quod non sit facile, explicatumque, nihil, quod sophistica expositione egeat &c.*

25 Placuit hanc sententiam & in Occidente commendare. In Synodo Foro-Juliensi (*a*) ann. 791. Patres quemque ita monent: *Patenti semper cordis aure pertimescens intellige clarissimam illam Domini vocem*: "Gratis accepistis, gra„tis date."

26 Corruptis sæculis præplacuere technæ, & fraudes ad excusandas excusationes in peccatis. Monuit de malis his artibus Episcopos Galliæ S. Gregorius (*b*). *Nam nec venator*, inquit, *feram, aut avem auceps deciperet, vel piscem piscator caperet, si aut illi laqueum in aperto proponerent, aut ille hamum esca absconditum non haberet. Omnino ergo metuenda, ac cavenda est hostis astutia: ne, quos aperta nequit tentatione subvertere, latente telo valeat sævius trucidare.*

27 S. Gregorius simoniæ vitium vocat malum vetustatis, utpote consuetudine vetusta jam inveteratum, laudatque Episcopos malum istud, ut decet, libera voce damnantes. Labentibus sæculis quantum hoc vitium cœperit incrementum, vix dici potest.

28 Refert S. Ivo, quod Decanus, & Cantor, aliique Ministri Ecclesiæ suæ Carnotensis aliqua exigerent ab his, qui Canonici fierent, *me* (ait) *contradicente, & persequente.* At quo se telo contra Episcopum suum defenderent, subjungit: *Romanæ Ecclesiæ consuetudine se defendunt, in qua dicunt cubicularios, & ministros S. Palatii multa exigere à consecratis Episcopis, vel Abbatibus, quæ oblationis, vel benedictionis nomine palliantur, cum nec calamus, nec charta gratis ibi (ut ajunt) habeatur.*

29 Sæculo XI. B. Petrus Damiani (*c*) de vitio simoniæ in vita S. Romualdi scribere non est veritus, quod hic Sanctus invectus in Simoniacos etiam periculum mortis subierit, à Clericis simoniacis sibi imminentis, rationem addens: *quoniam per totam illam Monarchiam usque ad Romualdi tempora, vulgata consuetudine vix quisquam noverat, simoniacam hæresim esse peccatum.* Habet quippe id consuetudo, ut vitia quantumvis gravia, cum in consuetudinem venerint, parva, aut nulla credantur. Id

(*a*) Synod. Foro-Jul. c. 1. (*b*) S. Gregor. lib. 9. indict. 2. ep. 106.
(*c*) B. Petrus Dam. in vita S. Romuald. c. 35.

30 Id ipsum jam pridem deplorarunt Patres Concilii Lateranensis sub Alexandro III. inquientes: *Putant autem plures, ex hoc licere* pro Personis ecclesiasticis deducendis in Sedem vel Sacerdotibus instituendis, aut sepeliendis mortuis, seu benedicendis nubentibus, seu pro aliis Sacramentis conferendis aut collatis aliquid exigere, *quia legem mortis de longa invaluisse consuetudine arbitrantur, non attendentes, quod tanto graviora sunt crimina, quanto diutius infelicem animam tenuerunt alligatam. c. 6. de Simon.*

31 Nonnullis præplacuit vitium paliis, & technis contegere. Concilii Mexicani (*a*) de ann. 1585. hæc est querela: *Etsi ab ipso nascentis Ecclesiæ initio simoniæ vitium semper abominabile, & execrabile fuerit, ac SS. Canonibus prohibitum, gravibusque pœnis punitum; tamen ea hominum fuit malitia, ut diversis fraudibus, & fallaciis sua simoniaca pacta occultare, & palliare procurent.*

32 Postquam novo jure provisiones beneficiorum ab Ordinationibus sejunctæ fuerant, obtentui fuit, quod temporale à spirituali secerni posset: *quia cum hoc fit*, ajebant, *non distrahitur Ecclesia, sed facultas: nec emitur sacerdotium, sed possessio prædiorum. Sub hac enim præstatione pecuniæ opes tantum, non honoris, vel Ecclesiæ redimitur Sacramentum. Venialia, siquidem sunt, unde sint divites. Gratis accipiunt, unde Sacerdotes fiant.* Damnavit frivolum obtentum Paschalis II. *c. 7. I. q. 3.* Cap. 4. de Pall. simon.

33 In laxiori morum doctrina obtendebatur & temporalis emolumenti loco spectandum esse, quod huic, aut illi conferretur beneficium; quasi vero generatim dictum non esset: „Gratis accepistis, gratis date." Inde Alexander VII. damnavit illam propositionem: *Non est contra justitiam, beneficia Ecclesiastica non conferre gratis, quia Collator, consequens illa beneficia pecunia interveniente, non exigit, illam pro collatione beneficii, sed veluti pro emolumento temporali, quod tibi conferre non tenebatur.*

34 Novo jure rescripsit Innocentius III. Clericum, qui quibusdam Canonicis donationem fecerat, ea intentione, ut *per temporalia, quæ offert, spiritualia valeat adipisci*, haud à simonia excusari posse, Canonicosque una esse simoniacos, *si non essent eum, nisi temporalia commoda percipere nt, admissuri.* Refert. *c. 34. de Simon.*

(*a*) Conc. Mexic. lib. 5. tit. 3.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

35 Hoc exemplo quis dubitet, & illam sententiam laxioris doctrinæ esse in antecessum proscriptam: *dare temporale pro spirituali non est simonia, quando temporale non datur tanquam pretium; sed duntaxat tanquam motivum conferendi, vel efficiendi spirituale.* Gratis enim haud confert, qui temporale vel per modum pretii, vel per modum motivi accipit. Archiepiscopus Senonensis inde in Synodo Diœcesana declaravit: *Hæc doctrina, quæ simoniæ contra jus divinum crimine eos omnes liberat, qui pecuniam propter sacerdotia vel dederunt, vel acceperunt, modo pecunia motivi locum habeat, non pretii, tota falsa, nefaria, impia est.*

36 Nonnulli asserebant, simonia vacare, si pecunia vel per modum motivi, vel per modum pretii non daretur Collatoribus, aut Patronis, sed familiaribus, aut amicis, quos sciunt auctoritate valere apud Patronos, Collatoresque, ut horum favorem sibi concilient. Quis non videt, hanc munerum oblationem pro ultimo fine spectare impetrationem beneficiorum, ut hac via, impetrata beneficia nequaquam gratis impetrata censeri possint? Urbanus II. rescripsit Episcopo Metensi, Sacerdotem de rigore Canonum esse suspensum, qui sacerdotium obtinuerat per pecuniam, non Episcopo sed cuidam Principum ejus, pro conciliando favore hujus, datam. *c.* 3. *I. q.* 5.

Cap. 5. De Relig. Poss. Simon.

37 In veteri crisi & obtentus oblationis, pietatisque rejectus est. Refert Balsamon Canonem S. Basilii eo tenore (*a*): *Ajunt quidam, nonnullos vestrum accipere pecunias ab eis, qui ordinantur; pietatis vero nomine id obumbrare, quod deterius est. Siquis enim faciat malum boni prætextu, is est duplici pœna dignus; & eo, quo id agit, quod non bonum est, & ad peragendum peccatum eo, quod bonum, & honestum est, coadjutore, si dici possit, utitur.*

38 Inquit S. Gregorius: *Nimis ergo declinandum est, dilectissimi Fratres, sub obtentu eleemosynæ, peccata simoniacæ hæreseos perpetrare. Nam aliud est, propter peccata eleemosynas facere, aliud propter eleemosynas peccata committere.* Refert. *c.* 27. *I. q.* 1.

39 Sic & Alexander II. sub gravissimis pœnis statuit, ut *nullus cujuscunque gradus Clericus pro Ecclesiæ beneficio aliquid audeat conferre, aut fabricæ Ecclesiarum, vel donariis Ecclesiarum, seu etiam, quod pauperibus sit tribuendum.* Apud Gratian. *c.* 9. *I. q.* 3. At-

(*a*) S. Basil. c. 19.

40 At quid? an titulus redimendæ vexæ nihil suffragatur? Ast Ivo Carnotensis (*a*): *Multi electi, qui gratuitam, & canonicam habent electionem, qui hujusmodi dilationibus, ac fatigationibus impediuntur; comparatis sibi pecunia mediatoribus? & prolocutoribus, ne turpem patiantur repulsam, in simoniacam offendunt aliquando consecrationem.* Quippe & hi obtentu redimendæ vexæ, non consulere Ecclesiæ quærunt, sed quiete possidendi culminis sibi aditum pandunt.

41 Rescripsit Alexander III. pactionem inter quoddam monasterium, & Clericum quemdam in causa, quæ vertebatur super Ecclesia, & Capella de L., qua convenerant, quod eidem Clericos tres marchæ argenti pro expensis, quas fecerat, solverentur, si liti cederet, & ab infestatione Monachorum desisteret, non esse admittendam, quia *videretur pravam illicitæ*, utpote simoniacæ, *pactionis speciem continere.* Refert. *c.* 4. *de Pact.*

42 Monuit secreta insinuatione Matthæus Cardinalis Lucium III. quod, cum quidam ad Ecclesiæ regimen de voluntate majoris partis fratrum fuisset electus paucis contradicentibus, quidam amicus ei, qui Magister discordiæ fuerat certæ quantitatis munus exsolverit, ut vexam redimeret. Hinc Pontifex illi consuluit, ut administrationem celeriter ac sponte dimitteret, quia peccatum occultum videbatur. *c.* 23. *de Simon.*

43 In Concilio Mediolanensi I. S. Carolus (*b*) declarat, *nemini licere* ad redimendam vexationem, *ne in casibus quidem jure permissis, pecuniam dare, quidquamve pacisci, aut transigere, nisi Episcopi consensus accesserit, cujus partes erunt, & perspicere diligenter, an subsit aliqua fraus. Ubi rem fraude carere, & jure permissam cognoverit, non denegare ei, qui petierit, facultatem se à vexatione liberandi. Qui contra, quam decretum est, fecerit, Episcopi arbitrio plectatur: & quod actum fuerit* proprio arbitrio, *irritum sit, & inane.*

44 Reliqua Decreta perstringunt & obtentum *gratuitæ compensationis.* Enimvero & Simon Apostolis pecuniam, tanquam motivum; aut gratuitam compensationem obtulisse videri potest, ut ipsi Spiritum S. darent. Et Giezi divinitus lepra percussus est, etsi solum exegisset, quod pro gratuita compensatione Elisæo Naaman Syrus obtulit. Merito proinde SS. facultas Lovaniensis quondam illam propositionem laxioris doctrinæ notavit: *Dare temporale pro spirituali non est*

(*a*) S. Ivo ep. 60. (*b*) S. Carol. in Conc. Mediol. de Const. contr. Simon.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

est simonia, quando per temporale fit solum compensatio gratuita pro spirituali; aut econtra.

45 Alexander III. tria potissimum esse attendenda ad simoniæ crisin scribit, utpote *dantis, & accipientis qualitatem, quantitatem muneris, donationisque temporalis*, ut sciatur, an munerum oblatio animum Collatoris, aut Patroni ad beneficium conferendum movere potuerit, tacitaque saltem de dando temporali conventio intervenisse præsumatur, aut videatur? *c.* 18. *de Simon.*

46 En censuras! Veteri more, quo provisiones cohærebant ordinationibus, statuit Concilium Chalcedonense (*a*): *Qui hoc tentasse convictus fuerit, de proprio gradu in periculum veniat; &, qui est ordinatus, ex ordinatione, vel promotione, quæ instar mercatorum venundatur, nihil juvetur.*

47 Juxta Decretum Synodi Trullanæ (*b*): *Eos, qui per pecunias ordinati, sive Episcopi, sive quicumque Clerici, & non secundum probationem, & vitæ opinionem, deponi* oportet. In Synodo Nicæna II. probata est sententia Tarasii, P. C. *ut omnis Episcopus, vel Presbyter, aut Diaconus convictus, quod pro muneribus ordinationem acceperit, à Sacerdotio cadat.*

48 Hinc rigor & in Occidente obtinuit. Synodus enim Aurelianensis II. & V. Synodus Turonensis II. & Cabillonensis Synodus passim Decretum Concilii Chalcedonensis instaurarunt. Inquit Synodus Aurelianensis II (*c*). *Siquis Sacerdotium per pecuniæ nundinas execrabili ambitione quæsierit, abjiciatur, ut reprobus.*

49 Hæc censura depositionis in phrasi antiquorum absoluta, & perpetua fuit, ut nulla pœnitentia in vigore disciplinæ deleri potuerit. Rescripsit Leo IV. *convictis, & iis, qui tam detestabile nefas* (*quod jam multis damnatum est Conciliis*) *peregisse noscuntur, nulla possumus pœnitentia subvenire.* Refert. *c.* 5. *I. q.* 7.

50 Stetit hic rigor censuræ, & in Oriente. Superest in Decreto Gratiani sententia Tarasii, Patriarchæ Constantinopolitani, quæ in Synodo Nicæna II. lecta, & probata est: oportet tamen consulere correctionem Romanam, quia Gratianus sat mendose Decretum retulit. *c.* 2. *I. q.* 7.

51 His exemplis pronuntiat Gregorius VII (*d*). *Nullus vero in Ecclesia Prælatus per ostium, hoc est, per ipsum Dominum ad Pastoralem curam intravit, qui per avaritiam, id est, idolorum servitutem, ad hoc officium pervenit. Non est ergo indignum, hujusmodi mercatorem, sive mercenarium sub nomine furis infamari, cujus furtivam irreptionem non expavit imitari.*

(*a*) Conc. Chalced. c. 2. (*b*) Synod. Trull. c. 22. (*c*) Conc. Aurel. c. 4.
(*d*) S. Greg. VII. in Conc. Rom. I. c. 60.

52 Recentioribus sæculis cœperant Ordinationes à provisionibus beneficiorum divelli: inde vetera Decreta & in provisiones beneficiorum transcribere placuit. Inquit Alexander III. *Si aliquis divinorum præceptorum, & salutis animarum immemor, beneficium Ecclesiasticum, iniqua cupiditate ductus, vendere, vel emere temerario ausu præsumpserit, sicut in Concilio Chalcedonensi definitum est, gradus sui periculo eum subjacere decernimus.* Refert. *c.* 9. *I. q.* 3.

53 Quid Decreto Urbani II. clarius? *Ea*, inquit, *quæ à SS. Patribus de simoniacis constituta sunt*, nos quoque & judicio *S. Spiritus, & auctoritate Apostolica firmamus. Quidquid ergo vel in sacris Ordinibus, vel in ecclesiasticis rebus, vel data* per simoniam realem, *vel promissa* per confidentialem *pecunia acquisitum est, nos irritum* absolute *esse, & nullas unquam vires habere censemus.* Apud Gratian. *c.* 5. *I. q.* 3.

54 Infinita propemodum sunt recentiorum Pontificum, & Synodorum Decreta, quæ ipsas beneficiorum collationes, tum per realem, tum per confidentialem simoniam impetratas, absolute irritas, & omni effectu vacuas declarant, ut nullum jus earum vigore Provisis quæri possit. Superest eo tenore Decretalis Pauli II. *Extrav. Com.* 2. *de Simon.*

55 Decretum Martini V. in Concilio Constantiensi sic sonat (*a*): *Electiones autem*, inquit, *postulationes, confirmationes, & quævis provisiones simoniacæ Ecclesiarum, Monasteriorum, Dignitatum, Personatuum, Officiorum, beneficiorum ecclesiasticorum, quorumcumque deinceps factæ, nullæ sint ipso jure, nullumque per illas jus cuiquam acquiratur.*

56 Inde Pius V. ad exemplum Prædecessorum suorum, præsertim Pauli IV. pronuntiat: *Qui dignitates Ecclesiasticas simoniace acquisierit, illis sit ipso jure privatus, & in futurum inhabilis ad eas, & quascumque alias obtinendas. Qui beneficium, aut officium Ecclesiasticum simoniace adeptus fuerit illis, similiter ipso jure sit privatus.* Refert. *Lib. VII. Decret. c.* 3. *de Simon.*

57 Quum ratio hujus rigoris sit, quod qui intrat per simoniam, haud intrare videatur per ostium, inde constat, & illos haud intrare per ostium, qui parentum, vel amicorum muneribus intervenientibus, ascendunt in ovile Christi. *c.* 3. *I. q.* 5.

Res-

(*a*) Conc. Const. sess. 43.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

58 Rescripsit Clemens III. Canonicum, cui Pater interveniente pecunia Præbendam quondam conciliavit, nihil sibi ratione illius receptionis in illa Ecclesia vindicare posse; tametsi eum de novo Canonici in suum Collegium cooptassent, ut per electionem hanc postremum locum in choro, & alibi obtineret. *cap. 26. de Sim.*

59 Itaque electio, vel alia quævis provisio beneficialis ipso jure nulla est, ut nullum jus Proviso tribuere possit, si quomodocumque simoniaca fuerit, tametsi etiam ipso Proviso omnino inscio intervenerit, nisi malitiose, seu in fraudem, utpote non ad promovendam, sed potius ad corrumpendam, quæ futura prævidebatur, provisionem commissa fuerit: eoquod hoc casu simonia proprie electionem non infecerit; cum supponatur, quod ea etiam non interveniente electio, vel provisio facta fuisset. *c. 27. ibi.*

60 Quantum ad illam nullitatem provissionis, & necessitatem dimissionis, haud distinguitur inter simoniam occultam, aut notoriam; utraque enim reddit provisionem nullam, & obligat Provisum ad dimittendum. Quantum tamen ad depositionem differentia est, quia occultus non deponitur, sed notorius. Tametsi enim simoniacus occultus revera careat titulo canonico ob nullitatem à jure inductam, non potest tamen per Superiorem deponi, aut excommunicari, quamdiu simonia manet occulta. Hinc ajunt, simoniam mentalem, & conventionalem pœnis canonicis, uti est depositio, aut excommunicatio, non subjacere; sed solam realem, cum scilicet ita de pecunia, seu pretio æstimabili vel tacite, vel expresse conventum est, ut ex una saltem parte conditio impleta appareat. *capit. 13. de Simon.*

61 Beneficia simoniace obtenta, cum vacent ipso jure, possunt impetrari, etiam absque alia declaratione, quæ fieri poterit post impetrationem. Declaratio enim non requiritur, ut simoniacus privetur beneficio, sed ut privatus declaretur, quatenus simoniacus à beneficio, quod de facto tenet, realiter deponatur, atque à possessione expellatur, & alius in ejusdem locum substituatur. Si Possessor publica laborat infamia, ipsi, adhibitis compurgatoribus, indicitur purgatio canonica; &, si in hac dificiat, beneficio privandus est. *Arg. c. 19. de hæret. in 6. & alibi passim.*

62 Sed à quo judice hæc declaratio est facienda? Indubie à judice Ecclesiastico; præsertim, dum contra Clericum agitur. In Gallia tamen distinguitur inter viam accusationis, & inter viam exceptionis. Si enim per viam accusationis directe agitur contra Clericum, judicis Ecclesiastici est cognitio, ut convictum simoniæ declaret, esse suis beneficiis privatum, atque directe contra ejus personam pronuntiat, *ut in proprium suæ jurisdictionis.* At judex laicus, qui non cognoscit de simonia, quatenus crimen ecclesiasticum est, nisi ratione possessorii, quatenus simoniacus possessioni beneficii inhæret, tantum pronuntiat super possessorio, cujus cognitio ad eum pertinet, & decisio, repellens eum à possessorio, qui de simonia convictus est, imo & injungendo judici Ecclesiastico (si somonia fuerit notoria) ut procedat extraordinarie, seu ex officio contra Ecclesiasticum eo crimine infectum. Et hodie vix admittitur probatio per testes, quando agitur de possessorio beneficii, sed necesse est, quod aliqua probatio præcedat per scripta, quia propter testium facilitatem multæ provisiones alias impugnarentur.

63 Non dubium igitur, quin summa prudentia, & discretione opus sit, ut admittatur probatio simoniæ contra pacificum beneficii Possessorem, præsertim, si is, contra quem hæc quæstio movetur, de hoc vitio nihil suspectus sit, & hæc quæstio moveatur ab eo, qui scitur, beneficium illud via devolutionis impetrasse.

64 Inde, quod simonia provisionem beneficii, simoniace obtenti, irritet, ipsumque titulum annullet, ut Proviso nihil juris in eo supersit, sequitur, quod nec fructus beneficii eo titulo acquirere, aut suos facere potuerit simoniacus. In Concilio Constantiensi declarat Martinus V. (a) *Nec promoti, confirmati, aut provisi faciant fructus suos, sed ad illorum restitutionem, tanquam inique oblata percipientes, teneantur.*

65 Hinc inferunt Interpretes, quia hæc obligatio profluit ex nullitate tituli, nullam esse (saltem quoad forum conscientiæ) differentiam inter simoniam occultam, & notoriam; sed æqualiter teneri simoniacum ad restitutionem tum fructuum perceptorum, tum percipiendorum, qui supersunt deductis impensis, quæ in utilitatem, necessitatemque beneficii factæ sunt.

66 Supersunt dispensationes, utpote ad remisionem censurarum. Absit enim, quod venia simoniæ ad purgandum vitium fieri hac via videatur. Concilium Constantiense Joannem XXIII. deposuit, quod *Ecclesias Cathedrales, Monasteria, Prioratusque conventuales, & cætera beneficia Ecclesiastica pretio appretiato notorie distribuisset.* Cap. 6. De Disp. Simon.

67 Quis dubitet, & hanc simoniæ speciem existimatam fuisse, peccare in jus divinum. Hinc enim, & beneficia vendi ne-

(a) Conc. Const. sess. 43.

nefas est, quia & ipsa gratis danda, accipiendaque sunt. Licet enim Jus percipiendi reditus beneficiales temporale videri possit, est tamen spirituale tatione finis, ac radicis, ut beneficium Ecclesiasticum æque, ac officium, cui illud cohæret, pretio comparari nequeat. Defenditur à plurib:s illa vulgaris divisio simoniæ in illam divini, & aliam humani juris: ast quomodo hæc divisio subsistit?

68 Suffragantur ergo dispensationes ad remissionem pœnarum. In Synodo Romana ann. 1059. edixit Nicolaus II. *Erga simoniacos nullam misericordiam in dignitate servanda habendam esse decernimus, sed juxta Canonum sanctiones, & Decreta SS. Patrum, eos omnino damnamus, ac deponendos esse Apostolica auctoritate sancimus.* Hinc & eos, qui non per pecuniam, sed gratis, à simoniacis tamen ordinati essent, attento rigore Canonum deponendos esse asserit. *Sed quia usque adeo hæc venenata pernicies hactenus inolevit, ut vix quælibet Ecclesia valeat reperiri, quæ hoc modo non sit aliqua ex parte corrupta; eos qui usque modo gratis à simoniacis consecrati, non tam censura justitiæ, quam intuitu misericordiæ, in acceptis ordinibus manere permittimus.* En rationem! *Tanta enim talium multitudo est, ut, dum rigorem canonici vigoris super eos servare non possumus, necesse sit, ut dispensatorie ad piæ condescensionis studium animos nostros ad præsens inclinemus.* Sed qua cautela? *Ita tamen auctoritate SS. Apostolorum Petri & Pauli omnimodis interdicimus, ne aliquando aliquis nostrorum Successorum ex hac nostra permissione regulam sibi, vel alicui assumat, vel præfigat: quia hoc non auctoritas Patrum antiquorum jubendo, aut concedendo promulgavit, sed temporis nimia necessitas permittendum à nobis extorsit.*

69 Urbanus II. ann. 1099. ea cautela & iis, qui simoniace ordinati essent, quandam veniam fecit. *Quicunque*, inquit, *sane cupiditate parentum, cum adhuc essent parvuli, Ecclesias, vel Ecclesiarum beneficia per pecunias adepti sunt; postquam omnino eas dimisserint. Si canonice in iis vivere voluerint, pro magna misericordia ibidem eos esse concedimus. Illi vero, qui per seipsos, cum jam majoris essent ætatis, nefanda cupiditate ducti, eas emerunt, si in aliis Ecclesiis canonice vivere voluerint, servatis propriis ordinibus pro magna misericordia ibi eos ministrare permittimus. Quod si alias fortasse transferri non potuerint, & in eisdem canonice vivere promiserint: minoribus Ordinibus contenti ad sacros Ordines non accedant.* Quid clarius? Dispensatio hæc ad quoddam pœnitentiæ moderamen recidit. In phrasi illius sæculi canonice,

ce, seu regulariter vivere idem erat, quod in claustro communem convictum amplecti oporteret, ita, ut quodammodo, qui ea dispensatione uti vellent, causa pœnitentiæ ad Monasteria retruderentur.

70 Corruptis sæculis invaluit indiscretior dispensationum profusio. Delecti à Paulo III. Prælati querebantur: *Abusus alius in absolutione simoniaci. Proh dolor! quantum in Ecclesia Dei regnat vitium hoc pestilens? adeo, ut quidam non vereantur simoniam committere: deinde confestim petunt absolutionem à pœna; imo eam emunt: sicque retinent beneficium, quod emerunt. Non dicimus, Sanctitatem tuam non posse pœnam illam, quæ de jure positivo constituta est, eis condonare, sed quod nullo pacto debeat, ut tanto sceleri resistatur, quo nullum pernitiosus, nec magis scandalosum.* Enimvero tan facilis non est via, ut restituatur, rehabiliteturque simoniacus, in eo divinæ vocationis indicia agnoscendi. Quantus indubie meritorum fulgor, & diutinus bonæ vitæ odor exigendus; ut is omnem, quam ex simoniaco ad beneficium ingressu sibi conciliavit, ambitionis, & avaritiæ notam abstergat? Si ipse, qui per simoniam sibi comparavit beneficium, dispensationem motu proprio petit; an vel hac postulatione se revera indignum, aut de indignitate multum se suspectum haud reddit? Quis credat illum corde contrito, & humiliato de commisso vitio dolere, pœnitereque, qui audet sacerdotium, quod per superbiam, avaritiamque ambivit, & sacrilege usurpavit, rursum postulare?

71 In praxi hodierna dispensatio peti solet, vel in Dataria, vel in Pœnitentiaria. Si simonia sit notoria, dispensationem à Dataria impetrare oportet, ut ipse Provisus pro utroque foro absolvatur. In Pœnitentiaria obtinetur pro simonia occulta dispensatio, quæ & ad forum internum, seu conscientiæ restringitur.

72 Si in Dataria petitur dispensatio, exprimi in supplica debent fructus ex beneficio simoniace obtento percepti, quia in stylo Curiæ eos sibi vindicat Camera Apostolica, eo obtentu, quod administratio generalis bonorum ecclesiasticorum spectet ad Papam. Hodie de fructibus plerumque fit transactio, per quam remittitur Oratori tertia, vel major pars, prout Datario videvitur, postquam supplica per manus Officialis, qui *componendæ* dicitur, transiit. In Gallia tamen hæ compositiones non admittuntur, quia illi fructus male percepti læsis Ecclesiis juxta ordinem justitiæ restituendi sunt.

73 In formulis Pœnitentiariæ præcipitur, ut Confessa-

rius non antea cum simoniaco dispenset, *nisi postquam fructus ex illo beneficio indebite perceptos, in totum restituerit; vel, si ob ejus paupertatem impræsentiarum non potest, se restituturum promiserit, cum primum poterit, etiam cum aliquali sui incommodo, & indigentia.* Aliquando tamen datur Confessario facultas, ut ob paupertatem Oratoris ipsi perceptos fructus vel in totum, vel in tantum remittat; quod in formulis dispensationis exprimi solet.

74 Utrique dispensationi commune est, quod utraque detur in forma commissoria. Dispensatio Datariæ committitur Ordinario ejus diœcesis, in qua beneficium est situm, ut pro utroque foro, si justa causa apparet, dispenset. Dispensatio Pœnitentiariæ dirigitur ad Confessarium, ut pro solo foro conscientiæ gratiam faciat.

75 Requirit & utraque formula, ut ad dispensationem non procedatur, nisi Provisus ipsum beneficium prius dimiserit; atque novam provisionem ab Ordinario pro utroque foro, aut à Pœnitentiario pro foro conscientiæ obtinere spoponderit, tametsi simonia, Proviso plane ignorante, intervenerit, idque, ut ostendatur, quod prima provisio ob commissam simoniam fuerit irrita, requiraturque nova provisio auctoritate Papæ facienda, ut Provisus in beneficio remanere queat.

76 Præcipit Paulus II. *omnibus, & singulis ecclesiasticis sæcularibusque personis, cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, in virtute S. obedientiæ, ut eos omnes, quos simoniam hujusmodi commisisse, vel procurasse, aut in ea mediatores esse sciverint, Pontifici ipsi, vel cui Pontifex duxerit committendum, vel per se vel per alios revelare quantocius non omittant.* Refert. *Extrav. Com. 2. de Simon.* In locum hujus revelationis hodie successisse creditur illa clausula literis Pœnitentiariæ inseri consueta, qua injungitur Confessario, ut Provisum obliget, *quod alios, siqui sunt, in præmissis culpabiles, quantum potest, moneat, & inducat ad Impetrandam Sedis Apostolicæ absolutionem.*

* 77 In morali doctrina, ad reprimendum vitium cujuscumque simoniæ, quam maxime prodest Clerum, quantum fieri potest, instantissime monere, ut se ab omni avaritia contineat! En sententiam S. Augustini (*a*)! *Cavete, inquit Christus, ab omni avaritia: præcipit nobis veritas, quæ non fallitur. Audiamus, timeamus, caveamus — Non enim leviter habendum, quando Dominus noster, Redemptor noster, & Advocatus, & Judex noster, non est leve, quando dicit; cavete. Novit ille, quantum mali sit: nos non novimus. Illi credamus: cavete, inquit.* Ait S. Chrysostomus (*a*): *Tolle pecuniarum studium, & omnia sublata sunt.* Quid salubrius monito S. Gregorii (*b*)? *Admonemus*, inquit, *Fraternitatem, ut animarum magis lucris, quam commodis vitæ præsentis intendat.* Juxta Decretum Concilii Cabilonensi II. (*c*) *Animarum salutem inquirere Sacerdos, non lucra terrena debet.* Ecce Decreta & legum civilium: *Cessent altaribus imminere prophanus ardor avariciæ; & à sacris adytis repellatur piaculare flagitium.* Refert. *L. 31. C. de Episc. & Cler.* In Concilo Mediolanensi V. (*d*) Clerum his monitis, & rationibus instruit S. Carolus: *Non sæculi vos mercatores, non mammonæ ministri estis, sed Christi mercatores. Nolite vobis thesaurizare thesauros in terra, sed bonorum operum abundantia, cum charitate conjucta, facite thesauros in cælis. Studete vos lucrari animas Deo, & cæleste horreum augere.*

(*a*) S. Aug. serm. 196. de temp.

TIT. XIV.

De Acceptione Personarum in Provisione Beneficiorum.

CAP. I.

De Vitio per acceptionem Personarum.

1 Personarum acceptio solet definiri injustitia, qua præfertur persona personæ propter causam indebitam. Enimvero eo partium studio peccatur in justitiam distributivam, secundum quam officia, & bona distribuenda sunt juxta proportionem meritorum. Ait S. Thomas (*e*): *Consistit autem æqualitas justitiæ distributivæ in hoc, quod diversis personis diversa tribuuntur secundum proportionem ad dignitates personarum.*

2 En uberius argumentum! *Si ergo*, inquit, *aliquis consideret illam proprietatem personæ, propter quam id, quod confertur, est ei debitum, non est acceptio personæ, sed causæ — puta, si aliquis promoveat aliquem ad Magistratum propter scientiæ sufficientiam, hic attenditur causa debita, non persona. Si autem aliquis consideret in eo, cui confert aliquid, non id, propter quod id, quod ei datur, esset ei proportionatum, vel debitum; sed solum hoc, quod est iste homo (puta Petrus, vel Martinus) hic est acceptio personæ, quia non attribuitur ei aliquid*

(*a*) S. Chris. hom. 17. in 1. ad Tim. c. 6. (*b*) S. Greg. lib. 2. ep. 25. (*c*) Conc. Cabil. II. c. 6. (*d*) Conc. Mediol. V. P. 3. Tit. Monit. (*e*) S. Thom. 2. 2. q. 63. artic. 1.

rius non antea cum simoniaco dispenset, *nisi postquam fructus ex illo beneficio indebite perceptos, in totum restituerit; vel, si ob ejus paupertatem impræsentiarum non potest, se restituturum promiserit, cum primum poterit, etiam cum aliquali sui incommodo, & indigentia.* Aliquando tamen datur Confessario facultas, ut ob paupertatem Oratoris ipsi perceptos fructus vel in totum, vel in tantum remittat; quod in formulis dispensationis exprimi solet.

74 Utrique dispensationi commune est, quod utraque detur in forma commissoria. Dispensatio Datariæ committitur Ordinario ejus diœcesis, in qua beneficium est situm, ut pro utroque foro, si justa causa apparet, dispenset. Dispensatio Pœnitentiariæ dirigitur ad Confessarium, ut pro solo foro conscientiæ gratiam faciat.

75 Requirit & utraque formula, ut ad dispensationem non procedatur, nisi Provisus ipsum beneficium prius dimiserit; atque novam provisionem ab Ordinario pro utroque foro, aut à Pœnitentiario pro foro conscientiæ obtinere spoponderit, tametsi simonia, Proviso plane ignorante, intervenerit, idque, ut ostendatur, quod prima provisio ob commissam simoniam fuerit irrita, requiraturque nova provisio auctoritate Papæ facienda, ut Provisus in beneficio remanere queat.

76 Præcipit Paulus II. *omnibus, & singulis ecclesiasticis sæcularibusque personis, cujuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, in virtute S. obedientiæ, ut eos omnes, quos simoniam hujusmodi commisisse, vel procurasse, aut in ea mediatores esse sciverint, Pontifici ipsi, vel cui Pontifex duxerit committendum, vel per se vel per alios revelare quantocius non omittant.* Refert. *Extrav. Com. 2. de Simon.* In locum hujus revelationis hodie successisse creditur illa clausula literis Pœnitentiariæ inseri consueta, qua injungitur Confessario, ut Provisum obliget, *quod alios, siqui sunt, in præmissis culpabiles, quantum potest, moneat, & inducat ad Impetrandam Sedis Apostolicæ absolutionem.*

* 77 In morali doctrina, ad reprimendum vitium cujuscumque simoniæ, quam maxime prodest Clerum, quantum fieri potest, instantissime monere, ut se ab omni avaritia contineat! En sententiam S. Augustini (*a*)! *Cavete, inquit Christus, ab omni avaritia: præcipit nobis veritas, quæ non fallitur. Audiamus, timeamus, caveamus — Non enim leviter habendum, quando Dominus noster, Redemptor noster, & Advocatus, & Judex noster, non est leve, quando dicit; cavete. Novit ille, quantum mali sit: nos non novimus. Illi credamus: cavete, inquit.* Ait S. Chrysostomus (*a*): *Tolle pecuniarum studium, & omnia sublata sunt.* Quid salubrius monito S. Gregorii (*b*)? *Admonemus*, inquit, *Fraternitatem, ut animarum magis lucris, quam commodis vitæ præsentis intendat.* Juxta Decretum Concilii Cabilonensi II. (*c*) *Animarum salutem inquirere Sacerdos, non lucra terrena debet.* Ecce Decreta & legum civilium: *Cessent altaribus imminere prophanus ardor avariciæ; & à sacris adytis repellatur piaculare flagitium.* Refert. *L. 31. C. de Episc. & Cler.* In Concilo Mediolanensi V. (*d*) Clerum his monitis, & rationibus instruit S. Carolus: *Non sæculi vos mercatores, non mammonæ ministri estis, sed Christi mercatores. Nolite vobis thesaurizare thesauros in terra, sed bonorum operum abundantia, cum charitate conjucta, facite thesauros in cælis. Studete vos lucrari animas Deo, & cæleste horreum augere.*

(*a*) S. Aug. serm. 196. de temp.

TIT. XIV.

De Acceptione Personarum in Provisione Beneficiorum.

CAP. I.

De Vitio per acceptionem Personarum.

1 Personarum acceptio solet definiri injustitia, qua præfertur persona personæ propter causam indebitam. Enimvero eo partium studio peccatur in justitiam distributivam, secundum quam officia, & bona distribuenda sunt juxta proportionem meritorum. Ait S. Thomas (*e*): *Consistit autem æqualitas justitiæ distributivæ in hoc, quod diversis personis diversa tribuuntur secundum proportionem ad dignitates personarum.*

2 En uberius argumentum! *Si ergo*, inquit, *aliquis consideret illam proprietatem personæ, propter quam id, quod confertur, est ei debitum, non est acceptio personæ, sed causæ — puta, si aliquis promoveat aliquem ad Magistratum propter scientiæ sufficientiam, hic attenditur causa debita, non persona. Si autem aliquis consideret in eo, cui confert aliquid, non id, propter quod id, quod ei datur, esset ei proportionatum, vel debitum; sed solum hoc, quod est iste homo (puta Petrus, vel Martinus) hic est acceptio personæ, quia non attribuitur ei aliquid*

(*a*) S. Chris. hom. 17. in 1. ad Tim. c. 6. (*b*) S. Greg. lib. 2. ep. 25. (*c*) Conc. Cabil. II. c. 6. (*d*) Conc. Mediol. V. P. 3. Tit. Monit. (*e*) S. Thom. 2. 2. q. 63. artic. 1.

quid propter aliquam causam, quæ faciat eum dignum, sed simpliciter attribuitur personæ.

3 Itaque dicendum ex sententia S. Thomæ (*a*): *In justitia distributiva considerantur conditiones personarum, quæ faciunt ad dignitatis, vel debiti causam. Sed in acceptione personarum considerantur conditiones, quæ non faciunt ad causam.*

4 His rationibus sola virtus, & scientia facit ad causam provisionum beneficialium, missis aliis causis vel paupertatis, vel alterius generis, utpote à provisione beneficiorum alienis, etsi quoad aliam rem legitimæ esse possint. Juxta Pallavicinum (*b*) in Concilio Tridentino has adduxit rationes III. Bartholomæus à Martyribus: *In proventibus ecclesiasticis*, inquit, *distribuendis spectandam esse doctrinam, & virtutem, non paupertatem; cum oporteat consulere muneribus, non hominibus; egentibus subveniendum esse per eleemosynam, non per Sacerdotia.*

5 Inde ergo nec consanguinitas in beneficiorum provisione per se attendi potest. *Nam* juxta S. Thomam (*c*), *consanguinitas facit aliquem dignum, ut instituatur hæres patrimonii; non autem ad hoc, ut conferatur ei Prælatio ecclesiastica.*

6 Absit tamen, ut inde vel consanguineus, vel nobilis à provisione beneficiorum excludatur, si ei merita vitæ, & doctrinæ suffragentur. Ait S. Thomas (*d*), si Consanguinei Prælati sunt æque digni, ut alii, licite potest absque personarum acceptione eos præferre, *quia saltem in hoc præeminent, quod de ipsis magis confidere potest, ut unanimiter secum ecclesiastica negotia tractent.*

7 Superest tamen cautela, ut Collatores consanguineorum merita potius alieno, quam suo judicio æstiment, quia proprium judicium sequior affectus consanguineorum sæpe fallit. Moner S. Bernardus: *Plerisque, imo cunctis pene sapientibus contingere solet, in rebus videlicet dubiis plus alieno se, quam proprio credere judicio.*

8 Commendat S. Thomas, peculiariter cavendum in hac consanguineorum prælatione esse scandalum. *Esset tamen*, inquit, *hoc propter scandalum dimittendum, si ex hoc aliqui exemplum sumerent, etiam præter dignitatem, bona Ecclesiæ consanguineis dandi.* Sic enim ex crisi D. Gersonis (*e*) sæpe fit, *quod non à bene gestis nostris exemplum sumitur, sed*

(*a*) Art. ad. 2. (*b*) Pallavic. lib. 23. c. 7. & alib. (*c*) Supr.
(*d*) S. Thom. quæst. 63. art. 2. ad 1. (*e*) Gerson. verb. abbrev. c. 43.

sed à cortice, specie, & superficie illorum, non à veritate. Si enim dedi nepoti meo propter gratiam, alii meo utentur exemplo, ut dent suis propter naturam magis, quam propter gratiam, dicentes: nonne meis, sicut & ille suis, dabo.

9 Omnia jura clamant, ut secundum rationes justitiæ distributivæ, meliores, & sanctiores ad Ecclesiastica beneficia eligantur; hæc enim idea est cujuscunque discretioris electionis, ut præferatur melior vel simpliciter, vel relative ad bonum commune. *c. 46. de Appellat. & ibi Interpr.* Cap. 2. De Elect. Dign.

10 Quum ergo & Patroni eligant, & permutantes, resignantesque in favorem eligant, dubium haud est, quin & ii digniorem præferre teneantur. Inquit Synodus Tridentina (*a*): *Omnes vero, & singulos, qui ad promotionem præficiendorum quodcunque jus, quacunque ratione à Sede Apostolica habent, aut alioquin operam suam præstant, — alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis utiles ipsi judicaverint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium suggestionibus, sed eorum exigentibus meritis præfici diligenter curaverint.*

11 Quantum tamen ad forum externum justitiæ spectat, sufficit dignum esse, qui vel per præsentationem, vel per permutationem, resignationemque in favorem, aut per capitularia suffragia, aut & collationem præficitur. Ait Synodus Tridentina (*b*): *Quodsi jus Patronatus laicorum fuerit, debet is, qui à Patrono præsentatus erit, ab eisdem deputatis* (Examinatoribus synodalibus) *examinari, & non, nisi idoneus repertus fuerit, admitti.*

12 Et huic locus est, etsi Electores præstent juramentum, quod eum eligere velint, quem credent, Ecclesiæ esse utiliorem. Hoc etenim juramentum pertinet ad perjurii crimen, si Electores suo defuerint officio: electio tamen in foro judiciali toleratur, si electus dignus repertus fuerit, ut evitentur lites, & infinitæ discordiæ resecentur: si enim hac ratione electiones possent revocari, nulla in ecclesiastica Republica electio fere fieret, quæ litibus, & controversiis maxime pernitiosis vexari non posset.

13 Unde ergo desumenda est illa capacitas? Inquit S. Thomas (*c*): *Dignitas alicujus Personæ potest attendi dupliciter. Uno modo simpliciter, & secundum se: & sic majoris dignitatis est ille, qui magis abundat in spiritualibus gratiæ donis. Alio modo per comparationem ad bonum commune. Contingit enim quandoque, quod ille, qui est minus sanctus, & minus sciens,* Cap. 3. De Ration. disc. Capac.

(*a*) Trid. sess. 24. c. 1. (*b*) C. 18. (*c*) S. Thom. 2. 2. quæst. 63. art. 2.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

sciens, potest magis conferre ad bonum commune, propter potentiam, vel industriam sæcularem, vel aliquid hujusmodi.

14 Hinc, quia dispensationes spiritualium principalius ordinantur ad utilitatem communem, ideo quandoque absque personarum acceptione in dispensatione spiritualium illi, qui simpliciter sunt minus boni, præferuntur melioribus: *Non ergo*, ait S. Doctor, *Episcopus*, Patronus, aut Elector (*a*) *tenetur semper dare meliori simpliciter, sed tenetur dare meliori quoad hoc; id est meliori quoad bonum commune, & utilitatem Ecclesiæ.*

15 Enimvero & attendenda est qualitas, conditioque beneficii. Quis enim ambigat, quin aliquis multo dignior, meliorque altero esse possit respectu unius beneficii, qui tamen foret minus dignus, si habeatur respectus ad beneficium alterius conditionis?

16 Inde oportet & locum, & tempus, aliasque circumstantias expendere, ut in provisione beneficiorum utilitas Ecclesiæ eluceat. Aliquando enim non spectandum est, quis sit inter eligibiles absolute dignior; sed quis sit dignior ex iis, quos quis per suum suffragium cum effectu Ecclesiæ præficere potest. Quid enim, si tres sint eligibiles, prævideam tamen, quod dignior inter illos certo non sit eligendus pluralitate suffragiorum; imo prævideam, si hunc eligam, pluralitate suffragiorum fore minus dignum inter omnes eligendum: an non præstat, inferiorem primo, ut excludatur tertius, utpote indignus, & omnium infimus, præferre? Neque enim hoc casu dignior negligitur, sive postponitur ob causam, quæ ad negotium non pertinet: sed ob causam ad negotium pertinentem: nimirum, ut minus dignus excludatur, & dignior, qui haberi potest, Ecclesiæ præficiatur.

17 Tum demum ergo locus est electioni digni, cum dignior non reperitur, præmissa mediocri, aut diligenti inquisitione; nimirum majore, minoreque pro conditione beneficii, cujus provisio imminet. Absit, ut hæc inquisitio solum ad eos restringatur, qui se ipsos commendant, aut ab aliis commendantur. Enimvero plerumque hi omnium maxime suspecti sunt. Inquit S. Bernardus (*b*), *Pro quo rogaris, sit suspectus ipse; qui pro te rogat, jam judicatus est.*

18 Quippe provisio beneficii haud minoris momenti censeri potest, quam administratio temporalis. Ecce ad negotium temporale undique inquiritur in meliores, & peritiores Operarios, & Artifices; quidni id & fiat in delectu sacrorum ministrorum, à quibus tantarum animarum salus plerumque dependet? Me hercle! *optimi rerum æstimatores, qui magnum de minimis, parvam, aut nullam de maximis curam gerunt.*

(*a*) Quodlib. 6. q. 5. art. 3. (*b*) S. Bern. lib. 4. de Consid. c. 4.

19 Quid consultius (*a*), quam in provisione sacrorum munerum ab exemplo SS. Apostolorum nunquam oculos avertere, ut precibus, & piis operibus Deus in suppetias vocetur. Inquit Bartholomæus de Martyribus: *Si igitur Apostoli ipsi electioni illi faciendæ sese impares judicaverint. Et si Clerus universus pro more veteri cum populo congregatus, id demum se rite peracturum crediderit, si jejuniis, precibusque publicis cælestem lumen, opemque divinam sibi acersivissent; non horrebunt Reges* (cæterique vel Electores, vel Collatores) *eum per seipsos delectum habere.*

20 S. Pius die 18. Mart. ann. 1567. edidit Bullam, qua decernitur, quod, si in concursu plurium Clericorum ad unum beneficium, Episcopus minus habilem, postpositis magis idoneis, eligat, possint ii, qui rejecti fuerint, à mala electione hujusmodi ad Metropolitanum — appellare. Hæc constitutio licet ratione concursus, nullam in Gallia, vel alibi habeat auctoritatem, ostendit tamen, quisnam Ecclesiæ sit spiritus in suorum ministrorum electione.

21 Gravis est sententia S. Augustini (*b*): *Non leve, quantum arbitror, putandum est, esse peccatum, in personarum acceptione habere fidem Domini nostri Jesu Christi, si illam distantiam sedendi, ac standi, ad honores ecclesiasticos referamus. Quis enim ferat, eligi divitem ad sedem honoris Ecclesiæ, contempto pauperе instructiore, atque sanctiore?* Cap. 4. De gravit. del. per accept. Person.

22 Gravitas hujus peccati æstimanda est tum ex bonis, quæ impediuntur, tum ex malis, quæ tanta indiseretione inducuntur. Inquit S. Chrysostomus (*c*): *Undenam, quæso! existimas, tam multas in Ecclesiis turbas nasci? Equidem non aliunde opinor, quam ex Antistitum electionibus, casu potius, ac temere, quam diligenter, atque accurate factis.*

23 Synodus Tridentina singulos, & omnes, qui ad promotionem præficiendorum alioquin operam suam præstant, monet, *nihil se ad Dei gloriam, & populorum salutem utilius posse facere, quam si bonos Pastores, & Ecclesiæ gubernandæ idoneos promoveri studeant; eosque alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, nisi, quos digniore, & Ecclesiæ magis utiles ipsi judicaverint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium suggestionibus; sed eorum exigentibus meritis, præfici diligenter curaverint.* Censent Interpre-

(*a*) Ibi. c. 6. (*b*) S. August. ep. 167. (*c*) S. Chrys. de Sacerd. lib. 3. c. 10.

pretes in beneficiis curatis non excusari peccatum mortale. Id ipsum asseritur à nonnullis in omnibus beneficiis.

24 Ergo illa jura eligendi, præsentandi, nominandi, conferendique non redundant in commoda, sed onera reddendarum in districto Dei judicio rationum. Refert Theodoretus (*a*): *Concilium Episcoporum contendit ab Imperatore*, Valentiniano I. *ut ipse, utpote sapientiæ, & pietatis insignibus præclare exornatus Episcopum* Mediolanensem *deligat. At ille: major est, inquit, hæc Provincia, quam quæ viribus nostris sustineri queat. Proinde vos divina repleti gratia, & illius splendore illuminati, multo magis hoc Episcopi deligendi negotium transigetis.*

25 Hoc exemplo & recentiores Principes, utpote Ludovicus VI. & Ludovicus IX. in Gallia valde abhorruerunt à provisionibus ecclesiasticis. Narrant (*b*), Catharinam Reginam Lusitaniæ dicere consuevisse, *quod optaret, ut durante suo regimine Prælati Portugaliæ essent immortales: quo fieret, ut nullum ad Episcopatum promovere teneretur: dicens, sibi plus, quam satis esse, si pro se ipsa, & toto suo regno deberet respondere; licet se responsalem non constituere pro salute animarum.*

26 Quid, quod & ipse S. Gregorius rescripsit ad Clerum Mediolanensem (*c*): *Antiquæ meæ deliberationis intentio est, ad suscipienda Pastoralis curæ meæ onera, pro nullius unquam misceri persona &c.*

27 Hincmarus eo ævo Presbyteris suis vitio dedit (*d*), quod ipsi, sollicitando Patronos, in causa essent, quod digniores, & meliores Clerici non præficerentur. *Quia* infit, *quique fideles, si vestra culpa non esset, plus quærerent bonos Clericos, quam vestros Denarios: & hoc non suffertis: sed vos, & vestros nutritos in maledictionem mittitis, cum dato Patronis præmio, vobis, & illis peccatum emitis.*

28 Proh dolor, quod nonnunquam Episcopi pessimo exemplo laicis Patronis tantæ indiscretionis sint! Quippe, qui ipsi, neglecto delectu digniorum Ministrorum, consanguineis, aut familiaribus suis passim opulentiora beneficia vel procurant vel donant. Querebatur S. Hieronymus (*e*): *Sed nunc cernimus, plurimos hanc rem beneficium facere, ut non quærant eos in Ecclesia columnas erigere, quos plus cognoscunt Ecclesiæ prodesse; sed quos vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequiis deliniti, vel pro quibus majorum quis rogaverit.* Un-

(*a*) Theodor. Hist. lib. 4. c. 6. (*b*) In vit. Bartohol. de Martyr.
(*c*) S. Greg. ad Cler. Mediol. (*d*) Conc. Gen. Tom. 8. col. 591. edit. Labb.
(*e*) S. Hier. in ep. ad Tit. c. 1.

* 29. Unde vero hæc indiscretio magis succrevit, quam ex inæqualitate temporalium proventum, ex quibus oculi carnis beneficia Ecclesiastica æstimant? Monet S. Paulus (*a*): *Fiat æqualitas, sicut scriptum est: qui multum non abundavit, & qui modicum non minoravit.* Ecce inæqualitas proventuum indiscretiores provisiones, & sollicitationes peperit? Queritur Concilium Sardicense (*b*): *Ejus enim causæ prætextus est manifestus — nullus enim Episcopus*, aut Clericus *adhuc inveniri potuit*, qui à *majore*, aut pinguiore *civitate*, locove *ad minorem*, tenuioremque *transire studuerit.* Juxta S. Isidorum (*c*) *recidisse jam Sacerdotii dignitatem ad regnandi cupiditatem apparet: ab humilitate ad superbiam; à jejunio ad delicias prolapsam: à dispensatione denique ad dominium venisse.* Ait S. Bernardus (*d*): *Cum primos honorum gradus meruerint in Ecclesia; mereruint autem vel vitæ merito, vel pecuniæ, seu etiam carnis, & sanguinis prærogativa, quæ regnum Dei non possidebunt: non ideo corda quiescunt, duplici semper æstuantia desiderio, quo utique* occasione pinguiorum proventuum, *magis, ac magis & dilatentur in plura, & ad celsiora sublimentur.*

TIT. XV.

De Bonis Temporalibus Ecclesiæ.

CAPUT I.

De Peculio Clericorum.

1 Ex sententia S. Hieronymi (*e*): *Ab Apostolis usque ad nostri temporis fæcem Ecclesia persecutionibus crevit, Martyriis coronata est, & postquam ad Christianos Principes venit, potentia quidem, & divitiis major, sed virtutibus minor facta est.*

2 Primordiis Ecclesiæ Clerici fere omnes propria bona ignorarunt, aut enim pauperes eligebantur, aut tales, qui patrimonium suum in pauperes abdicarunt. Nonnulli, intactis proventibus ecclesiasticis de patrimonio proprio vivere voluerunt. Supersunt veteres auctoritates sparsim in Decreto Gratiani. *c.* 21. *& passim XII. q.* 1.

3 Hac occasione vetus invaluit regula, quod bona patri-

(*a*) II. Cor. c. 8 (*b*) Conc. Sardic. c. 1. (*c*) S. Isid. lib. 1. ep. 22.
(*d*) S. Bern. de Offic. Episc. c. 7. (*e*) S. Hier. in vit. B. Malch.

pretes in beneficiis curatis non excusari peccatum mortale. Id ipsum asseritur à nonnullis in omnibus beneficiis.

24 Ergo illa jura eligendi, præsentandi, nominandi, conferendique non redundant in commoda, sed onera reddendarum in districto Dei judicio rationum. Refert Theodoretus (*a*): *Concilium Episcoporum contendit ab Imperatore*, Valentiniano I. *ut ipse, utpote sapientiæ, & pietatis insignibus præclare exornatus Episcopum* Mediolanensem *deligat. At ille: major est, inquit, hæc Provincia, quam quæ viribus nostris sustineri queat. Proinde vos divina repleti gratia, & illius splendore illuminati, multo magis hoc Episcopi deligendi negotium transigetis.*

25 Hoc exemplo & recentiores Principes, utpote Ludovicus VI. & Ludovicus IX. in Gallia valde abhorruerunt à provisionibus ecclesiasticis. Narrant (*b*), Catharinam Reginam Lusitaniæ dicere consuevisse, *quod optaret, ut durante suo regimine Prælati Portugaliæ essent immortales: quo fieret, ut nullum ad Episcopatum promovere teneretur: dicens, sibi plus, quam satis esse, si pro se ipsa, & toto suo regno deberet respondere; licet se responsalem non constituere pro salute animarum.*

26 Quid, quod & ipse S. Gregorius rescripsit ad Clerum Mediolanensem (*c*): *Antiquæ meæ deliberationis intentio est, ad suscipienda Pastoralis curæ meæ onera, pro nullius unquam misceri persona &c.*

27 Hincmarus eo ævo Presbyteris suis vitio dedit (*d*), quod ipsi, sollicitando Patronos, in causa essent, quod digniores, & meliores Clerici non præficerentur. *Quia* infit, *quique fideles, si vestra culpa non esset, plus quærerent bonos Clericos, quam vestros Denarios: & hoc non suffertis: sed vos, & vestros nutritos in maledictionem mittitis, cum dato Patronis præmio, vobis, & illis peccatum emitis.*

28 Proh dolor, quod nonnunquam Episcopi pessimo exemplo laicis Patronis tantæ indiscretionis sint! Quippe, qui ipsi, neglecto delectu digniorum Ministrorum, consanguineis, aut familiaribus suis passim opulentiora beneficia vel procurant vel donant. Querebatur S. Hieronymus (*e*): *Sed nunc cernimus, plurimos hanc rem beneficium facere, ut non quærant eos in Ecclesia columnas erigere, quos plus cognoscunt Ecclesiæ prodesse; sed quos vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequiis deliniti, vel pro quibus majorum quis rogaverit.* Un-

(*a*) Theodor. Hist. lib. 4. c. 6. (*b*) In vit. Bartohol. de Martyr.
(*c*) S. Greg. ad Cler. Mediol. (*d*) Conc. Gen. Tom. 8. col. 591. edit. Labb.
(*e*) S. Hier. in ep. ad Tit. c. 1.

* 29. Unde vero hæc indiscretio magis succrevit, quam ex inæqualitate temporalium proventum, ex quibus oculi carnis beneficia Ecclesiastica æstimant? Monet S. Paulus (*a*): *Fiat æqualitas, sicut scriptum est: qui multum non abundavit, & qui modicum non minoravit.* Ecce inæqualitas proventuum indiscretiores provisiones, & sollicitationes peperit? Queritur Concilium Sardicense (*b*): *Ejus enim causæ prætextus est manifestus — nullus enim Episcopus*, aut Clericus *adhuc inveniri potuit*, qui à *majore*, aut pinguiore *civitate*, locove *ad minorem*, tenuioremque *transire studuerit.* Juxta S. Isidorum (*c*) *recidisse jam Sacerdotii dignitatem ad regnandi cupiditatem apparet: ab humilitate ad superbiam; à jejunio ad delicias prolapsam: à dispensatione denique ad dominium venisse.* Ait S. Bernardus (*d*): *Cum primos honorum gradus meruerint in Ecclesia; mereruint autem vel vitæ merito, vel pecuniæ, seu etiam carnis, & sanguinis prærogativa, quæ regnum Dei non possidebunt: non ideo corda quiescunt, duplici semper æstuantia desiderio, quo utique* occasione pinguiorum proventuum, *magis, ac magis & dilatentur in plura, & ad celsiora sublimentur.*

TIT. XV.

De Bonis Temporalibus Ecclesiæ.

CAPUT I.

De Peculio Clericorum.

1 Ex sententia S. Hieronymi (*e*): *Ab Apostolis usque ad nostri temporis fæcem Ecclesia persecutionibus crevit, Martyriis coronata est, & postquam ad Christianos Principes venit, potentia quidem, & divitiis major, sed virtutibus minor facta est.*

2 Primordiis Ecclesiæ Clerici fere omnes propria bona ignorarunt, aut enim pauperes eligebantur, aut tales, qui patrimonium suum in pauperes abdicarunt. Nonnulli, intactis proventibus ecclesiasticis de patrimonio proprio vivere voluerunt. Supersunt veteres auctoritates sparsim in Decreto Gratiani. *c.* 21. *& passim XII. q.* 1.

3 Hac occasione vetus invaluit regula, quod bona patri-

(*a*) II. Cor. c. 8 (*b*) Conc. Sardic. c. 1. (*c*) S. Isid. lib. 1. ep. 22.
(*d*) S. Bern. de Offic. Episc. c. 7. (*e*) S. Hier. in vit. B. Malch.

monialia cujusque Clerici discernenda essent à proventibus ecclesiasticis: & fere omnia bona censebantur esse ecclesiastica, quæ quis post ordinationem acquississet, si aliunde non constaret, quod ea aut ante ordinationem habuisset, aut post ordinationem civili titulo, v. g. hæreditate obtinuisset. *c.* 1. *XII. q.* 1.

4 Novo jure hanc discretionem bonorum exemplo peculii? quod servis, filiisque familias jus civile requirit, illustrare placuit. Sic enim ad peculium profectitium novi juris argumentis recidit, quidquid vel ex rebus, vel intuitu Ecclesiæ Clericus acquirit. *c.* 1. *& passim de Pecul. Cler.*

5 Rescripsit Alexander III. *quod Clerici de his, quæ paternæ successionis, vel cognationis intuitu, aut artificio sunt adepti, seu dono consanguineorum, aut amicorum, non habito respectu ad Ecclesiam, pervenerunt ad ipsos, libere disponere*, veluti jure patrimonii, aut titulo adventitii peculii *valeant. De his tamen, quæ contideratione Ecclesiæ*, utpote vel ex piis reditibus, vel ex functionibus sacri ministerii *perceperunt, nullum de jure*, quia ad peculium profectitium referuntur, *possunt facere testamentum.* Refert. *c.* 9. *de Testam.*

Cap 2. De Tit. Cler. in perc. fruct. Eccles.

6 Clerici novo jure, ad exemplum peculii profectitii, fructus beneficii percipere, aut & suos facere dicuntur, quia dignus est operarius cibo, mercedeque sua. Expressit uberius hujus retributionis justitiam S. Apostolus (*a*) exemplo militis, Pastoris, & Agricolæ.

7 Suffragantur hæc exempla Clero industrioso, non otioso. Inquit S. Gregorius (*b*): *Quid nos, ò Pastores (quod tamen sine dolore dicere non possum) quid nos, ò Pastores! qui mercedem consequimur, & tamen Operarii nequaquam sumus? Fructus quippe S. Ecclesiæ in stipendio quotidiano percipimus, sed tamen pro æterna Ecclesia minime in prædicatione laboramus. Pensemus, cujus damnationis sit, sine labore hic percipere mercedem laboris?*

8 Absit, ut inde integram mercedem laboris mereantur, illi, qui vel alios sibi substituunt ad explendum divinum ministerium Vicarios, vel per brevem horam dicendo privatim divino officio vacantes, reliquum diem otiose transigunt. Clamat S. Bernardus (*c*): *Væ, væ tibi Clerice! Mors in olla, mors in ollis carnium, mors in ejusmodi deliciis, non modo, quia secus introitum delectationis posita esse cognoscitur, sed ob id maxime, quia constat, populi esse peccata, quæ comedis; sump-*

(*a*) I. Cor. 9. (*b*) S. Greg. hom. 27. in Luc.
(*c*) S. Bern. Declam. in Evang. Ecce nos reliq.

sumptus ecclesiasticos te gratis habere reputas? Cantando, ut ajunt, bona tibi provenire videntur; sed bonum erat magis fodere, aut etiam mendicare.

9 Quid indignus, *quod ex sola consumptione Ecclesiasticarum rerum Clerici appareant nomen quidem habentes Clericorum, rem autem non implentes Clerici circa liturgiam Domini Dei?* Enimvero hæc nulla est idea Operarii mercede digni. *L.* 42. §. 10. *C. de Episc. & Cler.*

Cap. 3. De indol. pior. redit.

10 In reliquis Canonum argumentis nihil vulgatius est, quam bona Ecclesiæ *vota fidelium, pretia peccatorum, patrimoniumque Christi, & pauperum* dici; id ipsumque non aliunde, quam ex sententiis Patrum, Conciliorum, Pontificum, & reliquorum Episcoporum. Inquit S. Prosper, seu potius Julianus Pomerius (*a*): *Unde datur intelligi, quod tanti, ac tales viri — scientes nihil aliud esse res Ecclesiæ, nisi vota fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum, non eas vindicarunt in usus suos, ut proprias, sed ut commendatas pauperibus diviserunt.*

11 Inde S. Gregorius (*b*) & ipsum patrimonium Romanæ Ecclesiæ dixit esse patrimonium pauperum. Monuit S. Pontifex eo tenore Protasium, Aquemsem Episcopum, ut Vigilio Arelatensi diceret, *ut pensiones, quas Prædecessor ejus per plurimos annos percepit, & apud se de patrimonio nostro retinuit, ad nos*, inquit, *quia pauperum res sunt, studeat destinare.*

12 Enimvero Ecclesiæ aliunde bona temporalia non obtigerunt, nisi ex oblationibus fidelium, qui ea Deo pro redemptione peccatorum voverunt, ut in pias elecmosynas erogarentur. Hinc & Principes eas rationes adduxerunt. *Quia juxta SS. Patrum traditionem novimus, res Ecclesiæ esse vota fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum, cuique non solum habita conservare, verum etiam multa, Deo opitulante, conferre optamus.* Refert. *c.* 59. *XVI. q.* 1.

13 Absit, quod Clerus vetus officium dediscere vel velit, vel possit. Ex sententia S. Bernardi: *Res pauperum non dare pauperibus, par sacrilegii crimen esse dignoscitur. Sane patrimonia pauperum sunt facultates Ecclesiarum.*

14 Accrescentibus diversi generis Ecclesiarum possessionibus, & dynastiis, monet Synodus Tridentina Episcopos (*c*): *Ne ex reditibus Ecclesiæ consanguineos, familiaresque suos augere studeant; cum & Canones Apostolorum prohibeant, ne res*

(*a*) S. Pom. de vit. contempl. lib. 2. cap. 39. (*b*) S. Greg. lib. 5. ep. 55.
(*c*) Trident. sess. 25. cap. 1.

ecclesiasticæ, quæ Dei sunt, consanguineis donent, sed, si pauperes sint, eis, ut pauperibus distribuant, eas autem non distrahant, nec dissipent eorum causa.

Cap. 4. De just. usu pior. prov.

15 Quum tuum ex intentione offerentium, tum ex regulis Ecclesiæ pii reditus res Dei, patrimonium Crucifixi, pauperumque habeantur, Clericis eorum administratio ita relicta est, ut iis, veluti rebus Dei, & proventibus pauperum utantur. Præcipiunt Canones vulgo Apostolorum: *Nec liceat autem ex eis aliquid sibi vindicare, vel propriis cognatis, quæ Dei sunt, largiri. Sin autem sint pauperes, ut pauperibus suppeditet.* Et alibi: *Quodsi his Episcopus non sit contentus, & res in proprios usus convertat, Synodo Provinciæ pœnas persolvet.* Refert Gratianus *cap.* 22. & 23. *XII. q.* 1.

16 Hæc ideo, quia illæ facultates Ecclesiæ ipsi vel Episcopo, vel Clerico ad proprios usus non suffragantur, nisi ad simplicem necessitatem agendæ vitæ. Juxta Sanct. Chrysostomum (*a*): *Non dixit S. Paulus: quis militat, & non est dives? Sed quis militat suis stipendiis unquam? Neque dixit: Quis plantat vineam, & aurum non colligit, aut fructum integrum non vindemiat? Sed: ex fructu ejus non edit? Non ex agnis, sed ex lacte. Oportet enim habere fortitudinem militis, & agricolæ diligentiam, & curam Pastoris; & post hæc omnia nihil amplius quærere, quam necessaria.*

17 Superest & hodie hæc disciplina. Inquit S. Bernardus (*b*): *Qui altario deservit, dignum est, ut & de altario vivat. Conceditur ergo tibi, si bene deservis, ut de altario vivas: non autem, ut de altario luxurieris; ut de altario superbias;* ut inde tibi *compares fræna aurea, sellas depictas, calcaria deargentata, varia, grisseaque pellicea à collo & manibus ornatu purpureo diversificata. Denique, quidquid præter necessarium victum, ac simplicem vestitum de altario retines, tuum non est, rapina est, sacrilegium est.*

18 Synodus Tridentina (*c*) veterum Canonum argumento præcipit Episcopis, reliquisque Superioribus, *ut mores suos ita componant, ut reliqui ab eis frugalitatis, modestiæ, continentiæ, ac, quæ nos tantopere Deo commendat, anctæ humilitatis exempla petere possint.* Quapropter exemplo Patrum Concilii Carthaginensis IV. monet, ut modesta suppellectili, ac mensa, frugalique victu sint contenti, & reliquo vitæ genere, ac tota domo caveant, ne quid appareat, quod non simplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum præseferat.

Di-

(*a*) S. Chrys. hom. 22. in epist. I. ad Cor. (*b*) S. Bern. ep. 2. ad Pulc.
(*c*) Trid. sess. 25. cap. 1.

19 Disertior est in eo genere argumenti S. Carolus in Conciliis Mediolanensibus ejus ævi. In Concilio Mediolanensi IV. (*a*) expresse omnes, quibus uberiores proventus sunt, monet: *Vos, item alii, quicunque estis, quorum fidei Christi patrimonium proprie ad divini cultus, pauperumque usum commissum est, cavete, ne ambitione, aut cupiditate prolapsi in alium, quam cui addictum est, convertatis, atque propterea sacrilegii rei damnationem æternam subeatis.*

Cap. 5. De Divis. patrim.

20 Ast quid? An Clerici divites patrimonio, ex rebus Ecclesiæ vivere possunt? En veteres Canones! Juxta Canonem vulgo Apostolorum: *Ex his autem, quibus Episcopus indiget (si tamen indiget) ad suas necessitates, & peregrinorum fratruum usus & ipse percipiat, ut nihil ei possit omnino deesse.* Refert. *cap.* 22. *XII. q.* 1.

21 Quid clarius Decreto Concilii Antiocheni: *Episcopus,* inquit, *ecclesiasticarum rerum habeat potestatem ad dispensandum erga omnes, qui indigent, cum summa reverentia, & timore Dei. Participet autem & ipse, quibus indiget (si tamen indiget).* Quid opus fuisset tam expressa conditione, si patrimonio divites ex rebus Ecclesiæ, utpote patrimonio pauperum, vivere possent? *ibi cap.* 23.

22 Expressit eam conditionem & B. Augustinus: *Quæ tamen,* utpote bona Ecclesiarum (*si pauperum compauperes sumus*) *& nostra sunt, & illorum: si autem privatim, quæ nobis sufficiunt, possidemus, non sunt illa nostra, sed pauperum, quorum procurationem quodammodo gerimus, non proprietatem nobis usurpatione damnabili vindicamus.* Refert. *cap.* 3. *XXIII. quæst.* 7.

23 Ait Synodus Aquisgranensis (*b*): *Nec illi, qui sua possidentes, dari sibi aliquid volunt, sine grandi peccato suo, unde pauper victurus erat, accipiunt.* Quippe gratis non darent, quod gratis acceperunt, si pios proventus in suam sustentationem verterent, ut censum patrimonialem, diminutis expensis quotidianis, augerent.

24 Superfuit hæc disciplina & ævo Gratiani: *Verum his auctoritatibus,* inquit, *prohibentur ab Ecclesia suscipi, non illi, qui quondam fuerant divites, postea vero omnia reliquerunt; ut Petrus, Matthæus, & Paulus; aut pauperibus distribuerunt; ut Zachæus; aut Ecclesiæ rebus adjunxerunt, sicut illi, qui prædia sua vendentes, ponebant pretia ante pedes Apostolorum, ut essent omnia communia: sed illi, qui in domibus parentum residentes, vel sua relinquere nolentes, ecclesias-*

(*a*) Conc. Mediol. IV. P. 3. cap. 7. (*b*) Syn. Aquisgr. cap. 107.

siasticis facultatibus pasci desiderant. Quis enim dubitat, eum lucrum captare, qui ex alieno vivit, ut suis sumptibus parcat. *Gratian. ad c. 24. XII. q. 1.*

25 Censent recentiores Theologi, sententiam ita conciliari posse (*a*), *ut dicamus, S. Prosperum*, aliosque veteres auctores *loqui de illis, qui plane sufficientem habent sustentationem ex patrimonio, aut beneficio: tunc enim alterum est superfluum, & proinde pauperibus debitum. Alios vero* & recentiores *auctores loqui de illis, qui neque ex patrimonio, neque ex beneficio sufficientem omnino sustentationem habent. Hi enim utrumque retinere possunt: modo ex utroque nihil accipiant ultra sustentationem decentem, juxta conditionem status. Quod enim vere superfluum est, dandum est pauperibus.*

Cap. 6. De Mod. discipl.

26 Inde elucet, primogeniam hanc indolem bonorum ecclesiasticorum & hodie superesse, utcunque sæculorum lapsu alia, aliaque successerit administrationis forma. Inquit S. Augustinus: *Habebat ergo Dominus loculos, & à fidelibus oblata conservans, & suorum necessitatibus, & aliis indigentibus tribuebat.* Apud Gratian. *c. 17. XII. q. 1.*

27 Et alibi: *Exemplum Domini accipite conversantis in terra: quare habuit loculos, cui Angeli ministraverunt, nisi quia Ecclesia sua loculos suos habitura erat. Quare furem* Judam *admisit, nisi, ut ejus Ecclesia ejus fures patienter toleret?* Refert. *cap. 12. ibi.*

28 Reliquorum veterum Canonum argumento libera bonorum ecclesiasticorum administratio, dispensatioque penes quemque Episcopum stetit, ut tum suis, tum suorum (si vere egerent) necessitatibus provideret, reliquumque pauperibus erogaret. *c. 22. 23. 24. XII. q. 1.*

29 Placuit aliquando partitio. Sæculo IV. Ecclesiæ Romanæ consuetudo invaluit, ut unam partem Pontifici, alteram Clero, tertiam pauperibus, quartam fabricæ Ecclesiæ consignare placeret. *c. 27. ibi q. 2.*

30 S. Gregorius passim & aliis Episcopis hanc partitionem commendat. Apparet tamen hanc divisionem haud arithmetice fuisse institutam per æquales proportiones, sed variam fuisse secundum locorum consuetudinem, & circunstantias, quæ nunc majorem portionem in pauperes, nunc in Clericos, pro horum, illorumque indigentia, & numero impendendam suadebant. *c. 29. & 30. XII. q. 2.*

31 Hac occasione alibi tripartita, alibi nulla divisio apparuit. Nam hæc divisio piarum obventionum nihil immutavit. Quip-

(*a*) Bellarm. de Cler. lib. 1. cap. 27.

Quippe hac divisione plus, minusque monebantur Episcopi, aut alii Administratores, ut fideliter proventus ecclesiasticos in præscriptos usus impenderent. Concilium Parisiense VI. (*a*) hinc statuit: *Et licet crescente fidelium devotione copiosissimis, ac munificentissimis eorum liberalitatibus donata sit Ecclesia, eundem tamen usum Apostolorum Successores in tractandis, & dispensandis ecclesiasticis rebus se servare debere meminerint.*

32 Novo jure administratio, & dispensatio proventuum beneficialium indivisim cujusque tituli Possessori libere relicta est, tacita tamen conditione, ut, procul à fastu & luxo, in præscriptos usus canonicos effunderentur, quia res transit cum suo onere. Hinc & Concilium Tridentinum (*b*), cui utique nova disciplina satis comperta fuit, exemplo veteris Concilii Carthaginensis justum usum piorum redituum tum Episcopis, tum & reliquis Clericis commendat, *ne quid appareat, quod à sancto hoc instituto sit alienum; quodque non simplicitatem, Dei zelum, ac vanitatum contemptum præseferat.*

Cap. 7. De Test. Cleric.

33 Auctis bonis Ecclesiæ invaluerunt corruptelæ. Queritur S. Hieronymus (*c*): *Nonnulli sunt ditiores Monachi, quam fuerant sæculares, & Clerici, qui possident opes sub Christo paupere, quas sub locuplete, & fallace diabolo non habuerunt; ut susciperet eos Ecclesia divites, quos mundus antea habuit mendicos.*

34 Hac occasione veteri cautela opus fuit, ut reprimerentur studia eorum Ministrorum, qui, præterita cura pauperum, pietatem in quæstum verterant, ut pios proventus, quibus suum patrimonium auxerant, per testamentum in suam familiam transmitterent. Sanxit Concilium Antiochenum, facultates ecclesiasticas à patrimonialibus Cleri secernendas esse, quia has in pios usus reservari oporteret. *c. 21. XII. q. 1.*

35 In Oriente de Episcopis edixit Justinianus Imper. eos nullo modo habere facultatem testandi, vel donandi, vel per aliam quamcunque excogitationem alienandi quid de rebus suis, quas, postquam facti fuerint Episcopi, possederint, vel acquisierint, vel ex testamentis, vel donationibus, vel alia quacumque causa, exceptis duntaxat his, quas ante Episcopatum habuerunt ex quacunque causa, vel quæ post Episcopatum à Parentibus, vel Theis, hoc est, Patruis, Avunculis, & fratribus ad ipsos pervenerunt, vel perventuræ sunt. *L. 42. §. 2. C. de Episc. & Cler.*

36 In Occidente de Episcopis æque, ac de reliquis Clericis sta-

(*a*) Conc. Paris. VI. lib. 1. cap. 15. (*b*) Trident. sess. 25. cap. 1.
(*c*) S. Hieron. ep. 2. ad Nepot.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

statuit Concilium Agathense, ut *de rebus propriis, vel acquisitis, vel quidquid de proprio habent, hæredibus suis, si voluerint, derelinquant. Quidquid vero de provisione Ecclesiæ suæ fuerit, sive de agris, sive de fructibus, sive de oblationibus omnia in jure Ecclesiæ reserventur.* Refert. *cap.* 19. *XII. q.* 1.

37 Jure novo superest rescriptum S. Gregorii, ut, discretis rebus patrimonialibus, quidquid Ecclesiæ ipsius esse cognoscitur, vel in Episcopatus ordine acquisitum apparet, in ejusdem Ecclesiæ conservetur dominio, ne quisquam exinde aliquid usurpare qualibet occasione præsumat. In compilatione Decretalium hoc Decretum Gregorio IX. per errorem inscribitur. *c.* 1. *de Testam.*

38 Reliquis argumentis Decretalium vetus disciplina instauratur. Præcipit Concilium Lateranense III. bona ecclesiastica, sive ex rebus Ecclesiæ, sive consideratione Ecclesiæ acquisita penes Ecclesias, sive intestati Clerici decesserint, sive aliis conferre voluerint, esse conservanda, tum mobilia, tum immobilia. *c.* 7. *ibi.*

39 Inter hæc exempla probavit tamen Alexander III. consuetudinem, quod Clerici de mobilibus per Ecclesiam acquisitis ad pias causas, vel remunerationis gratia in favorem domesticorum moderate testari possent. *c.* 12. *de Testam.*

40 Consuetudo, quæ hic non improbanda dicitur, per relationem ejusdem rescripti Pontificii in Decretales Gregorii IX. quasi jure probata, & firmata fuit: tandem etiam pro jure invaluit. Unde & in Synodis postea passim permittitur Clericis de mobilibus sub moderationibus in citato rescripto Alexandri III. appositis testari. In Germania tamen Episcopi, aliique Prælati eatenus veteri rigori subsunt, ut testari non possint, nisi Indultum Papæ meruerint.

41 Synodus Osnabrugensis ann. 1628. his rationibus instruxit Clericos (*a*): *Cum in officiis charitatis, ac piæ remunerationis primo loco illis teneamur obnoxii, à quibus beneficium nos cognovimus recepisse, facile intelligunt omnes Ecclesiarum nostrarum Clerici, & beneficiati, qui de Ecclesiæ stipendiis, ac reditibus vivunt, ut de iis, quæ ex justa suarum rerum dispensatione supersunt, in supremæ voluntatis declaratione, non ex carnali affectione, sed pro Ecclesiæ Dei utilitate disponant &c.*

Cap. 8. De Succes. Cler. ab intest.

42 Hæc prope & fata fuere successionum ab intestato. Si aliquando hæredes legitimi deessent Clericis, statuit Justinianus Imp., ut & in patrimonialibus succederet Ecclesia: quia & laicorum hæreditas, deficientibus legitimis hæredibus, præ fisco cor-

(*a*) Syn. Osnabr. P. 2. Tit. 11. §. 1.

corporibus illis, quibus adscripta in vita fuerant, deferebatur. *L.* 20. *C. de Episc. & Cleric.*

43 Jure Decretalium declarat Alexander III. in bona ecclesiastica, ab intestato relicta, succedere Ecclesiam; ita quidem, ut nomine Ecclesiæ non Episcopus, vel Successor Clerici, ubi est Collegium Clericorum, sed ipsa communis congregatio, quæ rerum illarum canonicam distributionem, & curam habet, intelligatur: ubi autem in locum defuncti tantum unus est ordinandus, is relicta bona (sicut alia ipsius Ecclesiæ) in Dei timore dispenset. *c.* 12. *de Testam.*

44 Inter ea tempora nonnullibi invaluit usus, quod alii sæpe titulo vel privilegii, vel consuetudinis intestatorum Clericorum hæreditates sibi vindicarent. Repressis corruptelis legitimos titulos probavit Bonifacius VIII. *cap.* 9. *de Offic. Ordin. in* 6.

45 Concilium Constantiense (*a*) hac discretione vetat, per Episcopos, & inferiores Prælatos bona decedentium Canonicorum præter, & contra juris dispositionem occupari: *Constitutione Bonifacii VIII. — super hoc edita, specialiter in suo robore duratura.*

46 Hac occasione sæpe consultius visum est Clericis, ut, ad excludendum jus, ut vocabant, spolii testandi facultatem impetrarent. Decidit Innocentius III. & illum Clericum testatum, ad jus spolii removendum, censeri, qui extremam voluntatem in arbitrium tertii remisit. *c.* 13. *de Testam.*

47 Forte tam diversi tituli successionum exemplo feudi, invaluerunt. Sic enim & ipsi Principes aliquando jus spolii sibi in hæreditates intestatorum Clericorum vindicarunt, donec jus illud spolii Fridericus II. Rudolphusque I. ejurasset.

48 Recentiores Pontifices alibi jus spolii sibi titulo vindicandorum Canonum arrogarunt. In Gallia Principes Jus Papalis spolii suppresserunt. Germanis per Decretum Concilii Constantiensis (*b*) adversus recentiores Curiæ prætensiones consultum est.

49 Inde passim eo deventum est, ut legitimi hæredes sibi successionem intestatorum Clericorum in acquæstibus ecclesiasticis æque, ac patrimonio reliquo vindicent, ea tamen conditione, ut oneribus beneficii satisfaciant, quia res transit cum suo onere. *Arg. c.* 9. *de Offic. Ordin. in* 6.

50 Quantum ergo illa successio acquæstus ecclesiasticos spectat, fructus non tantum percepti, sed & percipiendi ad hæredes devolvuntur pro rata præstiti servitii. Receptum inde

(*a*) Conc. Const. sess. 39. de Spol. (*b*) Conc. Const. supr.

est, esse aliquando dividendos pro rata temporis, quo onera beneficii defunctus tulit; eodem modo, quo fructus dotis soluto matrimonio bipartiri solent. In pluribus Ecclesiis receptum est, annum divisionis, veluti mortualem computari à festo S. Joannis, vel alterius Sancti, quia ab eo die annus residentiæ inchoari solet.

51 Inter Canonicos aliquando annus gratiæ receptus est, tum ad expungendum æs alienum, tum ad surrogandos sumptus funerales, tum denique ad supplendos annos carentiæ (*a*). In Germania superest vetus Concilii Trevirensis de ann. 1310. Decretum, *ut nulli Canonico talem annum, talisque anni reditus liceat retinere.*

52 In reliquis haud excusantur hæredes ipsi, quin acquæstus ecclesiasticos (*b*), in quantum à patrimonialibus discernere possunt, in pias causas erogare teneantur, quia res transit cum suo onere. Cum Guilielmo Episcopo Parisiensi aliquando nuntiatum esset, sibi ex hæreditate Canonici cujusdam tria Marcarum millia ab intestato obtigisse, præcepit mox pecuniam in usus pauperum erogari.

* 53 Quid igitur in morali doctrina reliquum est, quam Clericos, si in vivis suo officio erga pauperes defuerint, sui periculi in rationibus divini judicii monere? En sententiam S. Hieronymi (*c*): *Amico quippiam rapere furtum est, Ecclesiam fraudare sacrilegium est. Accepisse, quod pauperibus erogandum est, & esurientibus plurimis vel cautum esse, vel tigandum est, & esurientibus plurimis sceleris est, aliquid inde submidum; aut, quod apertissimi sceleris est, aliquid inde subtrahere, omnium prædonum crudelitatem superat. — Optimus Dispensator est, qui sibi nihil reservat.* Juxta Concilium Matisconense II. (*d*) *Qui oblationes fidelium — quæ Ecclesiæ conferuntur, retinent, veluti retentatores Ecclesiæ, aut egentium necatores, ab Ecclesiæ liminibus arceantur.* Capitularium hæc est sententia (*e*): *Ne cui liceat res, vel facultates Ecclesiis, vel Monasteriis, vel Xenodochiis pro quacunque eleemosyna cum justitia delegatas retentare, alienare, atque subtrahere. Quod si quis fecerit, tanquam necator pauperum, antiquorum Canonum sententiis constrictus ab Ecclesiæ liminibus excludatur, quandiu ab ipso ea, quæ sunt oblata, & retenta, restituantur.* Quis disertior in eo genere argumenti S. Bernardo (*f*)? *Clamant nudi*, inquit, *clamant famelici, conqueruntur, & dicunt: — vita nostra cedit vobis in superfluas copias. Nostris ne-*

(*a*) Marten. Tom. 4. append. col. 247. (*b*) Thom. Cantipr. lib. 2. c. 55. (*c*) S. Hieron. ep. ad Nepot. (*d*) Synod. Matisc. II. cap. 4. (*e*) Cap. Franc. lib. 6. c. 136. & lib. 7. c. 491. (*f*) S. Bern. ad Henr. Sen. cap. 2.

cessitatibus subtrahitur, quidquid accedit vanitatibus vestris &c. Cæterum stabunt in futuro in magna constantia adversus eos, qui se angustiaverunt: stante quippe pro eis Patre orphanorum, & judice viduarum. Ipsius enim tunc vox erit: quandiu non fecistis uni de his minimis meis, nec mihi fecistis.

TIT. XVI.

De Decimis, & Oblationibus.

CAP. I.

De Origine, & Jure Decimarum.

1 Tenfit Concilium Nannetense (*a*): *Instruendi sunt Presbyteri, pariterque admonendi, quatenus noverint decimas, & oblationes, quas à fidelibus accipiunt, pauperum, & hospitum, & peregrinorum esse stipendia, & non quasi suis, sed quasi commendatitiis uti. De quibus omnibus sciant, se rationem posituros in conspectu, &, nisi eas fideliter pauperibus administraverint, damna passuros.*

2 En brevem rerum Synopsin? Judæi (*b*), Deo decimas, & primitias fructuum ad sacrificia, & vota offerre assueti, idem institutum sub Evangelio urgendum censuerunt: Pagani autem, ad Christum conversi, maximos sumptus in sacrificia idolorum, & profana spectacula impensos, bonis operibus deputarunt. Constat inde à principio fidelibus decimarum, & primitiarum oblationes fuisse commendatas. *c.* 65. & 66. *XVI. quæst.* 1.

3 Hactenus tamen Christiani de decimis, & fructuum primitiis, & aliis oblationibus æque, ac de cæteris eleemosynis in pauperes conferendis movebantur, & singulorum pudori relinquebatur: velletne dare; an non dare. Hortabatur quidem S. Hieronymus (*c*) populum ad Decimarum solutionem: sanctus quoque Joannes Chrysostomus (*d*) earum solutionem omnimodis suasit, nec minus eas commendavit S. Augustinus (*e*): nullum tamen rigorosum tunc temporis adhuc erat præceptum de decimis. Exeunte sæculo VI. Episcopi in negligentes decimas dare censuras strinxere. Inde in Oriente eas exactiones Justinianus suppressit. *L.* 39. §. 1. *C. de Episc. & Cler.*

(*a*) Conc. Nannet. c. 10. (*b*) Fleur. J. E. P. 2. c. 10. (*c*) S. Hier. in c. 3. Malach. (*d*) S. Chrys. hom. 11. in ep. ad Eph. (*e*) S. Aug. in Psalm. 146.

est, esse aliquando dividendos pro rata temporis, quo onera beneficii defunctus tulit; eodem modo, quo fructus dotis soluto matrimonio bipartiri solent. In pluribus Ecclesiis receptum est, annum divisionis, veluti mortualem computari à festo S. Joannis, vel alterius Sancti, quia ab eo die annus residentiæ inchoari solet.

51 Inter Canonicos aliquando annus gratiæ receptus est, tum ad expungendum æs alienum, tum ad surrogandos sumptus funerales, tum denique ad supplendos annos carentiæ (*a*). In Germania superest vetus Concilii Trevirensis de ann. 1310. Decretum, *ut nulli Canonico talem annum, talisque anni reditus liceat retinere.*

52 In reliquis haud excusantur hæredes ipsi, quin acquæstus ecclesiasticos (*b*), in quantum à patrimonialibus discernere possunt, in pias causas erogare teneantur, quia res transit cum suo onere. Cum Guilielmo Episcopo Parisiensi aliquando nuntiatum esset, sibi ex hæreditate Canonici cujusdam tria Marcarum millia ab intestato obtigisse, præcepit mox pecuniam in usus pauperum erogari.

* 53 Quid igitur in morali doctrina reliquum est, quam Clericos, si in vivis suo officio erga pauperes defuerint, sui periculi in rationibus divini judicii monere? En sententiam S. Hieronymi (*c*): *Amico quippiam rapere furtum est, Ecclesiam fraudare sacrilegium est. Accepisse, quod pauperibus erogandum est, & esurientibus plurimis vel cautum esse, vel tigandum est, & esurientibus plurimis sceleris est, aliquid inde submidum; aut, quod apertissimi sceleris est, aliquid inde subtrahere, omnium prædonum crudelitatem superat. — Optimus Dispensator est, qui sibi nihil reservat.* Juxta Concilium Matisconense II. (*d*) *Qui oblationes fidelium — quæ Ecclesiæ conferuntur, retinent, veluti retentatores Ecclesiæ, aut egentium necatores, ab Ecclesiæ liminibus arceantur.* Capitularium hæc est sententia (*e*): *Ne cui liceat res, vel facultates Ecclesiis, vel Monasteriis, vel Xenodochiis pro quacunque eleemosyna cum justitia delegatas retentare, alienare, atque subtrahere. Quod si quis fecerit, tanquam necator pauperum, antiquorum Canonum sententiis constrictus ab Ecclesiæ liminibus excludatur, quandiu ab ipso ea, quæ sunt oblata, & retenta, restituantur.* Quis disertior in eo genere argumenti S. Bernardo (*f*)? *Clamant nudi*, inquit, *clamant famelici, conqueruntur, & dicunt: — vita nostra cedit vobis in superfluas copias. Nostris ne-*

(*a*) Marten. Tom. 4. append. col. 247. (*b*) Thom. Cantipr. lib. 2. c. 55. (*c*) S. Hieron. ep. ad Nepot. (*d*) Synod. Matisc. II. cap. 4. (*e*) Cap. Franc. lib. 6. c. 136. & lib. 7. c. 491. (*f*) S. Bern. ad Henr. Sen. cap. 2.

cessitatibus subtrahitur, quidquid accedit vanitatibus vestris &c. Cæterum stabunt in futuro in magna constantia adversus eos, qui se angustiaverunt: stante quippe pro eis Patre orphanorum, & judice viduarum. Ipsius enim tunc vox erit: quandiu non fecistis uni de his minimis meis, nec mihi fecistis.

TIT. XVI.

De Decimis, & Oblationibus.

CAP. I.

De Origine, & Jure Decimarum.

1 Tenfit Concilium Nannetense (*a*): *Instruendi sunt Presbyteri, pariterque admonendi, quatenus noverint decimas, & oblationes, quas à fidelibus accipiunt, pauperum, & hospitum, & peregrinorum esse stipendia, & non quasi suis, sed quasi commendatitiis uti. De quibus omnibus sciant, se rationem posituros in conspectu, &, nisi eas fideliter pauperibus administraverint, damna passuros.*

2 En brevem rerum Synopsin? Judæi (*b*), Deo decimas, & primitias fructuum ad sacrificia, & vota offerre assueti, idem institutum sub Evangelio urgendum censuerunt: Pagani autem, ad Christum conversi, maximos sumptus in sacrificia idolorum, & profana spectacula impensos, bonis operibus deputarunt. Constat inde à principio fidelibus decimarum, & primitiarum oblationes fuisse commendatas. *c.* 65. & 66. *XVI. quæst.* 1.

3 Hactenus tamen Christiani de decimis, & fructuum primitiis, & aliis oblationibus æque, ac de cæteris eleemosynis in pauperes conferendis movebantur, & singulorum pudori relinquebatur: velletne dare; an non dare. Hortabatur quidem S. Hieronymus (*c*) populum ad Decimarum solutionem: sanctus quoque Joannes Chrysostomus (*d*) earum solutionem omnimodis suasit, nec minus eas commendavit S. Augustinus (*e*): nullum tamen rigorosum tunc temporis adhuc erat præceptum de decimis. Exeunte sæculo VI. Episcopi in negligentes decimas dare censuras strinxere. Inde in Oriente eas exactiones Justinianus suppressit. *L.* 39. §. 1. *C. de Episc. & Cler.*

(*a*) Conc. Nannet. c. 10. (*b*) Fleur. J. E. P. 2. c. 10. (*c*) S. Hier. in c. 3. Malach. (*d*) S. Chrys. hom. 11. in ep. ad Eph. (*e*) S. Aug. in Psalm. 146.

4 In Occidente sæculo IX. quo in decimis præstandis laici fere omni officio defuere, pristinum censurarum rigorem auxerunt Constitutiones Francorum Regum (*a*). Fortassis illa bonorum ecclesiasticorum dissipatio ansam dedit juri incrustando, quod ex lege divina firmari posse videbatur. Superest Ludoviciani Capitularis fragmentum in Decreto. *c.* 7. *XVI. q.* 7. *& ibi Correct. Rom.*

5 Sunt, qui decimas juris divini esse censent. In Decreto enim Gratiani frequentes occurrunt auctoritates, quæ eo genere argumenti, & exempli jus decimarum Ecclesiæ vindicant. *c.* 5. *&* 6. *ibi.*

6 Novo jure receptum est dogma, decimas Deo deberi in signum universalis dominii. Hinc Cælestinus III. pronuntiavit, & ex artefactis, omnique honesto lucro decimas deberi. *c.* 22. *de Decim.*

7 S. Thomæ tamen, reliquisque Theologis visum est, decimas proprie divini juris haud esse, nisi, quantum ad sustentationem Ministrorum sunt necessariæ. Illa enim lex Mosaica judicialis in reliquis est, quod Sacerdotibus, & Levitis, nulla hæreditaria portione donatis, à cæteris tribubus decima redituum pars esset solvenda: si tamen Christiani aliunde Clericis prospicerent, huic oneri supersedere possent. Quare Græci, ac cæteri per Orientem Christiani decimarum exactiones nunquam admiserunt, quia ex Novellis Justiniani (*b*) constat, Clerum aliunde habuisse sufficientes reditus alimoniæ. Nihilominus per Occidentem consuetudine continua, & constitutione humana, exemplo legis divinæ innixa, decimæ debentur.

Cap. 2. De Divers. Decim.

8 Jure novo declarat Pontifex: *De vino, grano, fructibus arborum, pecoribus, hortis, negotiatione, de ipsa etiam militia* (id est feudo, vel terra, quæ militem debet) *de venatione, de omnibus bonis decimæ sunt ministris Ecclesiæ tribuendæ; ita, ut qui de his eas solvere neglexerint, ecclesiastica districtione debeant percelli.* Refert. *c.* 22. *de Decim.*

9 Adeo exemplis novi juris nulla terra, nullum seminis genus, nulli fructus, nullæ res, nullum opificium, nullum negotium, nullum lucrum à decimis excusatur. Rescripsit Alexander III. Vintoniensi Episcopo: *Mandamus, quatenus Parochianos tuos de apibus, & de omni fructu decimas persolvere ecclesiastica districtione compellas.* Superest *c.* 6. *ibi.*

10 His exemplis decimæ dividi solent in prædiales, personales, & mixtas. Prædiales spectant fructus, & proventus

(*a*) Cap. Franc. lib. 5. c. 101. (*b*) Nov. 3. & 43.

tus naturales, civilesque possessionum. Personales referuntur ad lucrum opificii, artificiique. Mixtæ in fructu, & fætu pecorum constituuntur.

11 In tanta diversitate decimarum, quantum ad causam, & quotam debiti, diversas consuetudines locorum esse spectandas sæpe rescripsere Pontifices. Sic Concilium Lateranense IV. pronuntiat: *Illæ decimæ necessario solvendæ sunt, quæ debentur ex lege divina, vel loci consuetudine approbata.* Refert. *c.* 32. *de Decim. in integr. lect.*

12 Juxta Interpretes decimæ Personales passim consuetudine interierunt. Supersunt prædiales, & mixtæ; & hæ, illæque alibi majore, alibi minore numero. Sic in Belgicis Provinciis exaruerunt decimæ lignorum, fæni, herbarum, ovium, agnorum, lanæ, porcorum, vitulorum, anserum, & similium.

13 Oportet ergo cujusque loci consuetudinem explorare, servareque; aut si de ea non constet, exemplum ex vicinia petere. Hærente dubio Jus Decretalium, veluti jus commune, in regula est; consuetudo in exceptione primas fert. Inde à decimis passim excusantur fructus, de quibus à tempore 40. annorum decima præstari haud consuevit; utpote si consuetudo positiva probetur.

Cap. 3. De Jur. Faroch. decim.

14 Inter ea sæcula, quibus in Occidente cœperant decimarum exactiones, præceptum est, ut quisque Parochus suorum subditorum decimas colligeret. Vetus enim regula habuit, ibi reddendas esse decimas, ubi per totum anni circulum Missas audiunt, & eorum infantes baptizantur. *c.* 46. *XVI. q.* 1.

15 Veteri more administratio decimarum per totam diœcesin inde Episcopi fuit, ea tamen lege, ut Ecclesias Parochiales sartas tectas teneret, ornamenta, & reliqua, quæ ad cultum divinum necessaria viderentur, conferret, Ministris altarium ea, quæ ad victum, & vestitum pertinent, largiretur, & tandem eleemosynas, à Canonibus præscriptas, pauperibus erogaret. Ita in Concilio Turonensi (*a*), quod ann. 813. celebrabatur, & Concilio Wormatiensi (*b*) ann. 868. statuitur: *Ut decimæ in potestate Episcopi fiant, qualiter à Presbyteris dispensentur &c.*

16 Quum novo jure invaluisset, quod omnes proventus ecclesiastici singulis titulis inhærerent decimarum omnium libera administratio Parochis, veluti jure communi obtigit. *c.* 29. *&* 30. *de Decim.*

17 Hac divisione vetus quarta Episcopi in decimis Parochia-

(*a*) Conc. Turon. c. 16. (*b*) Conc. Wormat. c. 36.

chialibus æque, ac in cæteris proventibus ecclesiasticis exaruit, nisi forsan vel ex particulari conventione, vel ex alio singulari titulo Episcopus sibi aliquam portionem aliquando alicubi reservasset. *c.* 13. *ibi.*

18 Nonnumquam inter Parochos exarsere dissidia, eoquod essent homines, qui in alia Parochia terras excolerent. Decidit Alexander III. consuetudinem esse observandam cujusque loci. *c.* 18. *de Decim.*

19 In regula Interpretibus placuit distinctio inter decimas prædiales, seu reales, & personales, seu industriales. Decimæ personales debentur illi Ecclesiæ, ubi quisque recipit ecclesiastica Sacramenta: reales indicat sibi illa Ecclesia, in cujus districtu illa prædia sunt sita. *c.* 2. *de Rest. Spol. in 6.*

20 Sed quid eo casu de decimis mixtis? Synodus Wigorniensis (*a*) ann. 1240. ita decidit: *quod, in quacunque Parochia per totum annum fuerit ovile, licet oves Parochiæ vicinæ* aliquando *limites transeant ad pascua quærenda, illi Ecclesiæ, in cujus Parochia continuo cubaverint, decimæ tribuantur. Quodsi continuo cubant in una Parochia, & continuo pascant in alia, inter Ecclesias decima dividatur.* Si ergo per medietatem anni in Parochia alia pascantur, ex æquo decima dividitur. Si inæqualiter pascantur in diversis Parochiis, pro rata temporis decima dividenda est.

21 Jure novo Jus Parochiale percipiendi decimas fructuum quorumcunque, infra limites Parochiæ excrescentium, per titulum juris definitum est, ut jus decimandi intra eosdem limites contra Ecclesiam Parochialem præscribi non possit, nisi cum quadragenaria possessione concurrat titulus; vel ejus defectum suppleat lapsus tanti temporis, cujus contrarii memoria non existat. *c.* 1. *de Præscript. in 6.*

22 In reliquis jus decimandi titulo Ecclesiæ Parochialis cohæret. Si ergo Ecclesia Parochialis alteri loco incorporata fuit, in Vicarium temporalem, perpetuumque haud transit jus illud decimandi, quia titulus Ecclesiæ Parochialis per eam unionem translatus censetur.

Cap. 4. De Decim. laic. & infeud.

23 Supersunt & laicis decimæ, quas plerumque infeudatas vocant, atque quidem duplici titulo: sunt enim quædam decimæ origine laicæ. Sic in feudis, emphyteusibus, & censibus constituendis domini suis Vasallis prædia dederunt cum onere partis fructuum, quod in colonis partiariis, & Solario manifestum. De illis decimis plane laicalibus hic non agi-

(*a*) Synod. Wigorn. c. 44.

agitur, sed de veris decimis origine sua ecclesiasticis, quarum à populo in usum Ecclesiæ oblatarum laici omnino sunt incapaces. *c.* 1. *XVI. q.* 7.

24 Et tamen plures usurpabantur, quas Dynastæ aut propria auctoritate sibi vindicabant, aut per indiscretiorem indulgentiam Prælatorum obtinebant. Ingemuit tantæ ignaviæ aliquando Gregorius VII. *c.* 13. *I. q.* 1. *c.* 3. *XVI. q.* 7.

25 Ingemuit novo jure huic vitio Cleri & Alexander III. *statuimus*, inquit Pontifex, *ut, siquis* Prælatorum *alicui laico, in sæculo remanenti, Ecclesiam, decimam, oblationemque concesserit, à statu suo, sicut arbor, quæ inutiliter terram occupat, succidatur.* Refert. *c.* 17. *de Decim.*

26 Enimvero decimæ ecclesiasticæ per deputationem illam, quod Ecclesiæ ministris jure divino ad sustentationem reserventur, quodammodo spirituales censentur. Inde novo jure invaluit regula, laicos nulla ratione decimas detinere, aut præscriptione acquirere posse. *c.* 7. & 10. *de Præscript.*

27 Concilium Lateranense III. diserte prohibuit, ne laici de novo jus decimandi acquirere, aut hactenus possessum in alios laicos transferre possent. Quippe decimæ spectantur veluti propria stipendia Cleri. *c.* 19. *de Decim.*

28 Invaluit tamen aliquando communis interpretatio, laicis permissum esse, decimas retinere ante Concilium Lateranense de ann. 1179. obtentas. Inde Alexander IV. diserte distinxit inter decimas ante, & post Concilium Lateranense III. acquisitas. *c.* 2. §. 3. *ibi in 6.*

29 His constitutionibus factum est, ut decimæ, quas laici ann. 1179. tenebant, ipsis relinquerentur; quæ vero illo Concilio posteriores essent, illegitimæ haberentur, si id probari posset: sin minus, pro infeudationis antiquitate præsumitur, si modo centenaria, aut immemorialis possessio suffragetur. *c.* 7. *de his, quæ fiunt à Prælat.*

30 Expeditiones sacræ novum genus decimarum Papis pepererunt. Cum enim Levitis quondam preceptum fuisset, ut decimarum, à populo acceptarum, decimas summo Sacerdoti redderent, homines incessit persuasio, Pontifici Romano decimas omnium fructuum beneficialium deberi. Inde exarescentibus Cruciatis sæpe Reges, sæpe Imperatores decimas, à Clero exigendas, à Papis impetrarunt. In Gallia per Comitia Melodunensia ann. 1580. & per contractus, cum Rege denis annis renovandos, decimarum onus factum est perpetuum, cui nonnunquam, si opus est, gratuitum donum adjicitur.

31 In Gallia ac Belgio & reliquæ decimæ laicis infeuda-

datæ, tanquam alii reditus vulgares, & patrimoniales æstimantur, ut de iis etiam in petitorio Judex civilis cognoscere possit: quo ipso abrogata est constitutio Gregorii IX. quæ refertur *c.* 35. *de Decim.*

32 Interim & hæ primigeniam recuperant indolem, si ad quandam Ecclesiam aliquando libere, & simpliciter revertantur: nam si illæ decimæ non pure, sed cum onere feudali, aut non per se, sed cum universitate castri, aut alterius prædii per modum accessionis Ecclesiæ à laicis obtigerint, veluti laicales, & temporales spectantur. In Gallia vetat ann. 1749. Ludovicus XV., ne Ecclesiæ infeudatas laicis decimas libere, & simpliciter recuperare possint, nisi à Rege legem amortizationis impetraverint.

Cap. 5. De Decim. ad Monast. & Capit. devolut.

33 Vetus origo decimarum laicis infeudatarum in Gallia emersit. Sæculo enim VIII. concessionibus Caroli Martelli passim laici, defectu militaris stipendii, Ecclesias, id est, proventus ecclesiasticos, titulo feudi nacti sunt, ea lege, ut Parocho justam exinde sustentationem præberent. Præcipit Capitulare (*a*): *Ut, qui Ecclesiarum beneficia, habent, nonam, & decimam ex iis Ecclesiæ, cujus res sunt, donent, &, qui tale beneficium*, sæu prædium *habent, quod ad medietatem laborent, de earum portione proprio Presbytero, id est, Parocho decimas donent.*

34 Id genus infeudationis, aut & dissipationis ægerrime, ut justum erat, tulerunt Concilia, & Episcopi, porrectis Principi precibus, ut, repressis laicorum usurpationibus, veteres proventus, & possessiones Ecclesiis, quantum fieri posset, restituerentur.

35 Laici, tum edictis regiis, tum censuris ecclesiasticis ad justam restitutionem compulsi, illas Ecclesias & decimas plerumque Monachis, & Canonicis reddere volebant, ut vel per fundationem novi Monasterii, aut Claustri sui nominis gloriam relinquerent, vel Religiosorum hominum pia, & perpetua suffragia sibi, suisque conciliarent, vel instantiis, & sollicitationibus Monachorum, Canonicorumque cederent. Observat Christianus Lupus (*b*): *Et Monachorum, & Regularium in Cathedrali, aut Collegiato claustro Clericorum disciplina tunc florentissime vigebat. Hinc plures laici, dum sæculares, aut singulares Clericos*, sæpe concubinarios, *aversantur, detentas altarium decimas illis donarunt, ex ipsis fundarunt nova Monasteria, ac regularia Collegia, atque ita utramque istam professionem opulentissime ditarunt.*

In-

(*a*) Capitul. lib. 2. c. 157. (*b*) Christ. Lup. tom. 5. schol. p. 186.

36 Inde duplici titulo Monasteriis, & Capitulis obtigerunt decimæ. Sunt aliæ, quas labori Monachorum, qui resectis sylvis terras steriles ad frugem reduxerant, debent illi, qui deinceps vicos, & oppida, agrosque ea lege receperunt. Sunt aliæ à Magnatibus, quas Ecclesiis olim in situ suo jacentibus eripuerant, restitutæ, aut & ab Episcopis donatæ. In illa restitutione laicorum decrevit Urbanus II. *Decimas, & Ecclesias à laicis Monachi non suscipiant absque consensu, & voluntate Episcoporum.* Refert. *c.* 39. *XVI. q.* 7.

37 Hac occasione nonnulli Episcopi quæstum facere videbantur, quia facillime consensum, reservato sibi annuo censu, vel alio oblato pretio, pro redemptione altarium, ut vocabant, præbebant. Damnatæ sunt hæ nundinationes. *cap.* 4. *I. quæst.* 3.

38 Jure novo redire ad regulam placuit, quæ vetat, Regulares à laicis decimas, aut Ecclesias recipere sine consensu Episcopi. Hinc in Concilio Lateranensi III. pronuntiat Alexander III.: *Ecclesias & Decimas de manu laicorum sine consensu Episcoporum, tam illos (Templarios) quam alios Religiosos recipere prohibemus.* Refert. *c.* 3. *de Privil.*

39 Et vero, si Episcopus officio defuisset, recursui ad Papam locus datus fuerat. Sic in Concilio Melfitano (*a*) sub Urbano II. decretum est: *Qui* (Episcopus) *si forsan improbitatis, aut avaritiæ causæ consentire noluerit, Romano Pontifici nuntietur: & cum ejus licentia, quod offerendum est, offeratur.*

40 Non dubium igitur est, his auspiciis successisse Monasteriis, & Capitulis, quod abinde plures Ecclesias, & decimas obtinerent, eo onere, ut fideles, & largas eleemosynas exinde facerent indigentibus Parochianis. Præcipit ann. 1342. Synodus Londinensis (*b*): *Religiosi prædicti beneficia appropriata obtinentes Ecclesiastica, secundum beneficiorum hujusmodi facultates, annis singulis pauperibus Parochianis, circa eleemosynæ quantitatem ipsorum locorum Ordinariorum moderandam arbitrio, per Episcopos ipsos distribuere compellantur, sub pœna sequestrationis.*

41 Inter recentiora illa Privilegia Monasteriorum, & Capitulorum frequentius justus locus superfuit distinguendi decimas novales, & minutas à veteribus, & majoribus, quia, his subductis, illæ jure communi Parocho vindicantur. Eo argumento novales dixit Pontifex, quæ ex prædio recens ad

Cap. 6. De Decim. Noval. & Minut.

(*a*) Conc. Melfit. c. 5. (*b*) Synod. Londin. c. 4.

fructum decimabilem redacto colliguntur. *c.* 21. *de Verb. signif. & Interp. de Decim.*

42 Consultus est Innocentius III.: Cum in quibusdam Parochiis ad quasdam Ecclessias, vel personas ecclesiasticas ab antiquo pertineat perceptio decimarum, & de novo fiant novalia in eisdem ad quas hujusmodi novalium decima incipiat pertinere? Rescripsit Pontifex: *Decimæ novalium, quæ, fiunt in Parochiis earundem, ad ipsas procul dubio pertinere noscuntur.* Refert. *c.* 29. *de Decim.*

43 Hoc exemplo decidit Alexander IV.: *Nec pro eo, quod forte in aliquibus Parochiis omnes majores decimas, seu partem illarum acquirunt de manibus laicorum, possunt pro eadem, vel simili portione, si de novo postmodum fiunt novalia, in eisdem petere, vel percipere novalium decimas eorundem, nisi alia rationabilis, per quam hoc facere valeant, causa subsit.* Refert. *c.* 2. §. 6. *ibi in 6.*

44 Harum causarum rationabilium prima est illarum, qui vel per privilegium, vel per prescriptionem jus decimandi titulo incorporationis, seu appropriationis ipsius Ecclesiæ Parochialis obtinent, quippe eo titulo ipsam Ecclesiam Parochialem, veluti Parochi primitivi possident, licet curam per Vicarium exerceant, cui congrua portio præstanda est.

45 Reliqui Decimatores nullum jus habent ad novales decimas, quia eæ reservantur Parocho, aut Vicario perpetuo. Nonnullibi usus habet, quod Parochis, vel Vicariis perpetuis novalium usufructus per quinque, septemque annos à tempore, quo terra novalis coli cœpit, relinquatur. Si integra Vicarii competentia consistit in pecunia, Vicarius omni juri decimandi renuntiasse censetur.

46 Si aliquando quibusdam expressum privilegium datum est, etiam novales decimas percipiendi, illud genus indulti eo moderamine explicat Alexander IV., ut non intelligatur de novalibus, quas tempore impetrationis possederunt alii; & restringatur ad ea loca, ubi veteres tunc, quando privilegium novalium impetratum fuit, ipsi impetratores habebant, & pro ea solummodo portione suffragetur, quia ipsi tempore impetrationis hujusmodi percipiebant antiquas. Inde subdit Papa, indultum de recipiendis novalibus obtentum ab iis, qui tempore impetrationis totaliter veteres decimas percipiebant, ultra medietatem novalium non extendi. *c.* 2. §. 1. *de Decim. in 6.*

47 Henricus III. Dus Brabantiæ (*a*) per testamentum restituit

(*a*) Brunnem. J. E. l. 2. c. 7.

decimas novalium generaliter per totam Brabantiæ terram Ecclesiis, & ecclesiasticis personis, ad quas pleno jure pertinent.

48 Meminit Innocentius III. & minutarum decimarum, eo argumento, ut eas juri Parochiali vindicet, tametsi alii jus majores decimas percipiendi per privilegium, præscriptionem, vel alium juris titulum possideant. *c.* 30. *de Decim.*

Cap. 7. De Exemp. Religios.

49 Jure communi ad decimarum solutionem tenentur omnes *c.* 3. 4. 5. *de Decimis*, præsertim laici, qui à Parochis, & Clericis spiritualia accipere debent. Unde & jure quasi naturali decimas pro Sacerdotum sustentatione dare tenentur. Refert Broudæus ad Lovetium (*a*) non semel judicatum esse, laicos obligari ad solvendas decimas è suis terris, tametsi à tempore *immemoriali* non solvissent, si non ostendant, decimas istius terræ titulo infeudationis sibi competere. Narrat dein, judicatum fuisse ann. 1633. contra cujusdam loci Toparcham, ipsum obligari ad solutionem decimarum ex quibusdam fundis, licet probata esset possessio immemorialis non solutionis decimarum per elocationes continuo factas à centum & quinquaginta annis, aliaque acta in lite exhibita. Quinimo Toparchæ, prætendentes titulo suæ Toparchiæ exemptionem à decimis solvendis è suis fundis dominicalibus, non semel repulsi sunt, non obstante possessione non solvendi, dum judicatum est, eos non eximi, nisi speciali privilegio suam exemptionem probaverint. Attento quoque jure, communi etiam Principes, & Reges è suis terris decimas debere solvere unanimi consensu tradunt Canonistæ, prætendunt tamen nonnulli Principes immunitatem ob immemorialem præscriptionem &c. Veteri jure & Monachi, tametsi victitarent ex labore manum, ad decimas reddendas adstricti fuerunt. *c.* 6. *XVI. q.* 1.

50 Superest sub nomine Paschalis II. Decretalis, quæ Monachos, & Clericos in communi viventes ab exactionibus decimarum de *laboribus, seu nutrimentis suis propriis* eximit. *c.* 47. *ibi.*

51 Spectabant ergo, ut apparet, hæ exemptiones decimas minutas. Unde & Concilium Lateranense id genus exemptionis & leprosis in communi viventibus indulsit, ut de hortis & nutrimentis animalium suorum decimas tribuere non cogantur. *c.* 2. *de Eccles. Ædif.*

52 Rescripsit Hadrianus IV. monendos & urgendos Monachos esse, ut decimas de terris cultis, in quibus olim domus constructæ fuerant, Ecclesiæ ea integritate persolvant,

(*a*) Broud. ad Lovet. lit. D. n. 9.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

qua, priusquam in eadem Parochia morarentur, solebant veluti majores persolvi. *c.* 4. *de Decim.*

53 Juxta Alexandrum III. Pontifices aliquando fere omnibus Religiosis decimas laborum suorum concesserant: sed Hadrianus IV. solis fratribus Cisterciensis Ordinis, & Templariis, & Hospitalariis decimas laborum suorum, quos propriis manibus, vel sumptibus colunt, indulsit: cæteris vero permisit, ut de novalibus suis, quæ propriis manibus, vel sumptibus excolunt, & de nutrimentis animalium suorum, & de hortis suis decimas non persolvant. *c.* 10. *ibi.*

54 Reliquis juris novi exemplis & Cisterciensium privilegium restringere placuit, quod auctis Monasteriis Cistercienses sibi attraherent prædia, & possessiones, è quibus antea decima solvi solebat. Consuluit Alexander III. Monachis, ut desuper cum ipsis, qui decimas prætendebant, componerent. *c.* 9. *de Decim.*

55 Alibi repressit Pontifex Monachos, qui exemptionem suam porrigebant & ad illas terras, quas aliis excolendas elocabant, ut nec ipsi, nec conductores decimas solvere tenerentur. *c.* 11. *in integr. lect. ibi.*

56 Hoc exemplo mandat Alexander III., ut & Cistercienses de illis possessionibus, quas conducunt, aut ad firmam accipiunt, decimas, si ex iis antehac decimæ præstari solebant, reddant. *c.* 8. *de Decim.*

57 Denique vetantur Cistercienses de novo possessiones, ex quibus decimæ solvi solebant, acquirere, nisi pro novis Monasteriis erigendis; & tunc eas vel aliis elocare, ut decimæ præstentur, aut ipsi, si propriis manibus, & sumptibus excolunt, decimas reddere tenentur. *c.* 34. *ibi.*

58 In Gallia tamen ann. 1620. tum Cistercienses, tum alii religiosi Ordines patentes literas Ludovici XIII. obtinuisse dicuntur, quibus immunitas à decimis è possessionibus, quæ sunt de fundatione, dotatione, & dominio illarum Abbatiarum, tam pro illis, quas propriis manibus excolunt, quam & istis, quas suis colonis excolendas relinquunt, conceditur.

59 Quodcunque autem sit in eo genere Regularium privilegium, id non nisi personale est, ut ad alium possessorem haud transire possit, quia neque possessionibus, nec rebus inhærere censetur. Sic alicubi ann. 1602. Parocho adjudicatæ fuerant decimæ è terris, quas quidam laicus à Cisterciensibus emerat.

Cap. 8. De mod. solv. dec.

60 Decima vi nominis decimam partem exprimit, ipsoque jure ad ea partem taxatur, tametsi consuetudo ad partem

tem vel undecimam, vel duodecimam, vel vigesimam, & trigesimam reduxerit. Quippe non obstante hac, vel alia diminutione decima appellatur, quia vel illæ partes in locum decimæ successerunt, vel quia ad decimam partem quondam sacrum illud tributum institutum, exactumque fuit. *c.* 1. *de Decim.* Inde ad sensum Canonum, & mentem Concilii Tridentini (*a*) integram decimam persolvere censetur, qui præscriptam moribus quotam reddit.

61 Præcipit Concilium Tridentinum integras decimas, utpote secundum quotam consuetudine definitam, reddi. Et quidem in fructibus prædialibus nullus locus est deducendis expensis vel culturæ, vel seminis, vel mercedis, & operarum. *c.* 7. 22. & 26. *de Decim.* Sæpe tamen usus habet, quod novalium decimæ, si majoribus expensis, & laboribus opus fuerit, aliquot annis vel in totum, vel in tantum pro indemnitate quadam; & reparatione expensarum remittantur. Aut si è re sit Reipublicæ, Decimatores auctoritate publica ad collationem expensarum vocentur.

62 In fructibus autem industrialibus, seu decimis personalibus primus locus est deductioni expensarum, quia ex lucro debentur, quod non intelligitur, nisi prius deducantur sumptus. *c.* 28. *de Decim.*

63 Decimæ solvendæ sunt in specie (*b*), non obstantibus quibuscunque consuetudinibus, aut & conventionibus solvendi vice decimarum certam quantitatem granorum, aut pecuniarum, nisi hæ transactiones solemnitatibus, quæ ad alienationem requiruntur, stipatæ fuerint.

64 In Germania tum à Catholicis, tum à Protestantibus decimæ ex ipsis fructibus debentur, nec eorum loco offerri potest æstimatio, nisi per conventionem aliud placuerit. Inde duplex nascitur decimarum species; una, quæ in natura præstatur ex fructibus: altera, cujus loco quotannis certa æstimatio præstatur. Ait Boehmerus (*c*): *Quamvis per diuturnum tempus hæc fuerit soluta, attamen prior species, quæ regularis, & ordinaria est, nunquam amittitur: revera conventio conductionem continet; qua possessoribus agrorum locantur decimæ pro certa pensione annua: sed istud negotium præscriptionem non admittit, nec impedit, quominus fieri possit antiquatio locationis factæ.*

65 Reliquæ leges vetant, fructus naturales avehi, aut tolli, antequam idonee denuntiatum sit Decimatoribus, eorumque

(*a*) Trid. sess. 25. c. 12. (*b*) Hericourt. de LL. Eccl. p. 2. p. 186.
(*c*) Boehmer. J. E. l. 3. tit. 30. p. 150.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

que Commissariis in loco existentibus, fructus esse avectioni paratos, ipsisque tempus, & locum designaverint, quibus compareant, ut videant, & numerent manipulos; qui si statuto tempore non adsint, permittitur Colonis, vel Villicis fructus suos tollere è fundo, modo ibi relinquant manipulum, vel acervum pro decimis debitum.

66 Ex fœtu pecorum reddenda est decima, quando recens nata animalia non amplius egent lacte, aut sinu materno. Quoad decimas agnorum alicubi usus habet, quod hebdomada ante Pascha Decimatores numerare, & signare, ut abhinc suo periculo sint, teneantur; quo tempore elapso relinquitur ipsis proprietariis, decimas numerare, & signare periculo Decimatorum, ut si posthac perierint, eis signata vellera reddantur: si vero agnorum decimæ post dictam hebdomadam colligerentur, tenebuntur Decimatores stipendium ratione custodiæ earum agnellorum persolvere.

Cap. 9. De Exact. decim.

67 In Occidente inde à sæculo VI. cœperant exactiones decimarum per censuras ecclesiasticas. Legitur in Capitularibus edictum Regium (*a*). *Qui decimas pro crebris admonitionibus, & prædicationibus Sacerdotum dare neglexerint excommunicentur.*

68 Jure novo frequens est harum censurarum exemplum. Inter ea exempla mandat Alexander III. Archiepiscopo Cantuariensi, ut Parochianos, si opus fuerit, sub excommunicationis districtione compellat, ad integras decimas Ecclesiis reddendas de proventibus molendinorum, piscariarum, fæno, & lana. *c.* 3. 15. *&* 21. *passimque de Decim.*

69. Præcipit Concilium Tridentinum (*b*) diserte, ut omnes, cujuscunque gradus, si conditione sint, ad quos decimarum solutio spectat, eas, ad quas jure tenentur, imposterum Cathedrali, aut quibuscunque Ecclesiis, vel personis, quibus legitime debentur, integre persolvant. *Qui vero aut eas subtrahunt, aut impediunt, excommunicentur.*

70 Sic & alibi S. Synodus (*c*) anathemate coercendos pronuntiat laicos usurpatores, detentores, violatores rerum, juriumque ecclesiasticorum, vel piorum locorum, aut fundationum. Et si Patroni desuper rei tenentur jure Patronatus priventur.

71 Hodie tamen passim invaluit, quod hæc censura pro exactione, aut vindicatione decimarum ab usu recesserit, quia executio aliis viis haberi potest. Enimvero & Concilium Tridentinum (*a*) præcipit, à censura esse abstinendum in civilibus causis, si executio realis, personalisque aliter haberi queat.

(*a*) Capitul. lib 2. c. 38. (*b*) Trid. sess. 25. c. 12.
(*c*) Sess. 22. c. 11.

72 Jure Decretalium causa decimarum ecclesiastica censetur, ut absolute tribunali ecclesiastico vindicetur. Sed postquam divisio possessorii à petitorio innotuit, in diversis Provinciis receptum est, quod causa decimarum in possessorio per regia tribunalia ita exhauriatur, ut petitorio fere nihil relinquatur, quia nemo jus decimarum Ecclesiæ negat. Quippe, cum decimæ rerum temporalium, ex ea destinatione in usum pium, & ecclesiasticum, naturam haud exuisse videantur, merito præteritis juris novi prætensionibus, crediderunt Principes, decimas suæ jurisdictioni quoad exactionem, & solutionem, esse subjectas.

73 In exactione, vel petitione tum civili, tum ecclesiastica denique meminisse oportet, decimas non deberi, nisi de fructibus excretis, quia decima non est opus fundorum, sed fructuum. Hinc nullis fructibus excrescentibus vel quia proprietarius fundum colere neglexit, vel quia fundum in aliam speciem culturæ, ex qua decima solvi non solet, pro libitu suo redegit, nullæ decimæ defectu frugum decimabilium prætendi queunt.

74 Inter regulas in hac decimarum materia in Gallia receptas est, quod decimæ non obstringantur æris alieni reliquiis. Quippe decimæ, si uno alterove anno non exigantur, aut non solvantur, pro eo tempore remissæ censentur, ut pro præteritis annis peti non possint.

75 Hodie decimæ ab oblationibus reliquis distinguuntur. Solent enim simplices vocari oblationes, quæ à fidelibus vel ad altare, vel extra altare, utro, & voluntarie citra ullam in qualitate, aut specie determinationem, Deo, vel Ecclesiæ dantur, per modum simplicis donationis. Cap. 10. De Oblat.

76 Jure communi oblationes æque, ac alii proventus ecclesiastici Ecclesiæ Parochialis sunt, tametsi fiant ad imaginem extra ædes Parochialis Ecclesiæ, aut fiant Sacerdoti celebranti in sacello intra limites Parochiæ, aut anno Jubilæo.

77 Inde hæ oblationes inter proventus Parochiales recensentur: Ait Innocentius III. *cum auctoritate Dionysii fuerunt Parochia limitatæ, quatenus singularum Paræciarum proventus in usus Ecclesiæ cederent necessarios & stipendia ministrorum.* Refert. *c. 9. de his, quæ fiunt à Prælat.*

Ec-

(*a*) Trid. sess. 25. c. 3.

78 Ecce piæ oblationes censentur dari ad justam sustentationem Ministrorum, qui curam spiritualem offerentis populi sustinent. Hinc in Cathedrali Ecclesia potius Archipresbytero, quam Episcopo, Vicario perpetuo potius in aliis Parochialibus Ecclesiis, quam primitivo Pastori vindicantur.

79 Si constet tamen de alia intentione offerentium, cessat jus commune Parochiale. Hac occasione passim consuetudo invaluit, quod oblationes, quæ colliguntur per Magistros fabricæ, vel quæ offerunt in truncis expositis Sacelli; vel quæ fiunt ad imagines, & Reliquias Sanctorum, particulari illi usui destinatæ censeantur. Statuit ann. 1639. Synodus Namurcensis (*a*): *Oblationes, quæ fiunt in Ecclesiis Parochialibus, & capellis in eisdem constructis, ad eos pertineant, qui hactenus illas ex antiqua consuetudine perceperunt. Et ubi consuetudine nihil introductum est, Pastor solus habeat oblationes, quæ fiunt ad majus altare, & ad altaria dictarum Capellarum, non habentium Mamburnum particularem; si quæ vero dictarum capellarum Mamburnum habent, oblationes soli capellæ cedant; quemadmodum etiam Confraternitatibus Confraternitatum oblationes.*

80 Hac occasione sat vulgare est, quod illarum piarum eleemosynarum collectio, dispensatio, & administratio aliis etiam laicis economiæ gratia, præterito Parocho, committatur. Præcipit tamen Synodus Namurcensis (*b*), ut *reddatur computus omnium Collectarum, etiam Confraternitatum, & quocunque alio titulo, vel nomine fiunt per Mamburnos in Ecclesia præsente Parocho, & Magistratu loci.*

* 81 In morali doctrina quid pro coronide totius hujus argumenti elegantius facit, quam Clero ad justum usum decimarum, & oblationum regulas, & exempla frugalis vitæ commendare? Refert Palladius de Sancto Chrysostomo (*c*): *Frugi erat nimium, deliciarumque omnino adversarius, sacrilegium existimans, si quid in ejusmodi impenderetur.— Suspiciens autem & mensæ tumultus, & impensarum magnitudinem, exhorruit rem.* De S. Augustino narrat Possidius (*d*): *Mensa usus est frugali, & parca, quæ quidem præter olera, & legumina, etiam carnes aliquando, propter hospites, vel etiam infirmiores quosque continebat; cochlearibus tantum argenteis utens: cætera vasa, quibus mensæ ferebantur cibi, vel testea, vel lignea, vel marmorea erant.* Quid æquius rationibus S. Hieronymi? (*e*) *Si in Apostolorum*, relinquorumque SS. Sacerdotum *numero sumus, non solum sermonem imitemur, sed conversationem quoque & abstinentiam amplectamur: sanctum utique & Apostolicum ministerium est*, de decimis, oblationibus, in quantum frugalem vitam superat, *viduis, & pauperibus ministrare.* Inquit Concilium Parisiense VI. (*a*) *Quam moderata autem discretio* frugalis vitæ *in vestium cultu & mensæ apparatu Sacerdotibus tuenda sit, dicta B. Gregorii in expositione Evangeliorum, & vita sanctorum virorum Augustini, & Ambrosii plenissime docent.*

(*a*) Synod. Namurc. tit. 17. (*b*) Ibid. (*c*) Pallad. in vit. S. Chrys. c. 1.
(*d*) Possid. in vit. S. Aug. c. 2. (*e*) S. Hier. Michæ. c. 20.

TIT. XVII.

De Portione Congrua Pastorum.

CAP. I.

De Origine Parochorum Primitivorum, & Vicariorum Perpetuorum.

1 Discertis decimis successit & divisio tituli Parochialis, qua sæpe Pastoribus, qui curam animarum substinebant, fere nihil, aut satis exiguum ex proventibus ecclesiasticis ad frugalem vitæ sustentationem relinquebatur. Sic enim inter illa sæcula, quibus aliquando laici decimas, & Ecclesiarum possessiones invadebant, emersit quædam distinctio inter Ecclesiam, & altare: ut nomine Ecclesiæ temporalia, quæ laici sibi arrogarunt, significarentur, quia Altaris nomen Sacramentorum administrationem, reliquas sacerdotales functiones complecti censebatur. Hac occasione scripsit S. Abbo Abbas Floriacensis ad Reges Galliæ: *Certe charissimi Principes nec catholice vivimus, nec catholice loquimur.— Est etiam alius error gravissimus, quo fertur Altare esse Episcopi, & Ecclesiam alterius cujuslibet Domini &c.*

2 Exemplum laicorum & suum facere Monasteria, & Capitula, quæ decimas, & Ecclesias è laicorum manibus receperunt. Inde invaluit, quod Monachi, & Canonici sæpe Episcopo censum in mutatione eorum Presbyterorum, qui auctoritate Episcopi curæ præficiendi erant, in signum recognitionis stipularentur, vel offerrent. Placuit hunc usum redemptionem Altarium dicere, cujus meminit Urbanus II. in Decreto Gratiani *cap.* 4. *I. quæst.* 3.

3 Successu temporis Capitula, & Monasteria ex illa unio-

(*a*) Conc. Paris. VI. c. 19.

78 Ecce piæ oblationes censentur dari ad justam sustentationem Ministrorum, qui curam spiritualem offerentis populi sustinent. Hinc in Cathedrali Ecclesia potius Archipresbytero, quam Episcopo, Vicario perpetuo potius in aliis Parochialibus Ecclesiis, quam primitivo Pastori vindicantur.

79 Si constet tamen de alia intentione offerentium, cessat jus commune Parochiale. Hac occasione passim consuetudo invaluit, quod oblationes, quæ colliguntur per Magistros fabricæ, vel quæ offerunt in truncis expositis Sacelli; vel quæ fiunt ad imagines, & Reliquias Sanctorum, particulari illi usui destinatæ censeantur. Statuit ann. 1639. Synodus Namurcensis (*a*): *Oblationes, quæ fiunt in Ecclesiis Parochialibus, & capellis in eisdem constructis, ad eos pertineant, qui hactenus illas ex antiqua consuetudine perceperunt. Et ubi consuetudine nihil introductum est, Pastor solus habeat oblationes, quæ fiunt ad majus altare, & ad altaria dictarum Capellarum, non habentium Mamburnum particularem; si quæ vero dictarum capellarum Mamburnum habent, oblationes soli capellæ cedant; quemadmodum etiam Confraternitatibus Confraternitatum oblationes.*

80 Hac occasione sat vulgare est, quod illarum piarum eleemosynarum collectio, dispensatio, & administratio aliis etiam laicis economiæ gratia, præterito Parocho, committatur. Præcipit tamen Synodus Namurcensis (*b*), ut *reddatur computus omnium Collectarum, etiam Confraternitatum, & quocunque alio titulo, vel nomine fiunt per Mamburnos in Ecclesia præsente Parocho, & Magistratu loci.*

* 81 In morali doctrina quid pro coronide totius hujus argumenti elegantius facit, quam Clero ad justum usum decimarum, & oblationum regulas, & exempla frugalis vitæ commendare? Refert Palladius de Sancto Chrysostomo (*c*): *Frugi erat nimium, deliciarumque omnino adversarius, sacrilegium existimans, si quid in ejusmodi impenderetur.— Suspiciens autem & mensæ tumultus, & impensarum magnitudinem, exhorruit rem.* De S. Augustino narrat Possidius (*d*): *Mensa usus est frugali, & parca, quæ quidem præter olera, & legumina, etiam carnes aliquando, propter hospites, vel etiam infirmiores quosque continebat; cochlearibus tantum argenteis utens: cætera vasa, quibus mensæ ferebantur cibi, vel testea, vel lignea, vel marmorea erant.* Quid æquius rationibus S. Hieronymi? (*e*) *Si in Apostolorum*, relinquorumque SS. Sacerdotum *numero sumus, non solum sermonem imitemur, sed conversationem quoque & abstinentiam amplectamur: sanctum utique & Apostolicum ministerium est*, de decimis, oblationibus, in quantum frugalem vitam superat, *viduis, & pauperibus ministrare.* Inquit Concilium Parisiense VI. (*a*) *Quam moderata autem discretio* frugalis vitæ *in vestium cultu & mensæ apparatu Sacerdotibus tuenda sit, dicta B. Gregorii in expositione Evangeliorum, & vita sanctorum virorum Augustini, & Ambrosii plenissime docent.*

(*a*) Synod. Namurc. tit. 17. (*b*) Ibid. (*c*) Pallad. in vit. S. Chrys. c. 1.
(*d*) Possid. in vit. S. Aug. c. 2. (*e*) S. Hier. Michæ. c. 20.

TIT. XVII.

De Portione Congrua Pastorum.

CAP. I.

De Origine Parochorum Primitivorum, & Vicariorum Perpetuorum.

1 Discertis decimis successit & divisio tituli Parochialis, qua sæpe Pastoribus, qui curam animarum substinebant, fere nihil, aut satis exiguum ex proventibus ecclesiasticis ad frugalem vitæ sustentationem relinquebatur. Sic enim inter illa sæcula, quibus aliquando laici decimas, & Ecclesiarum possessiones invadebant, emersit quædam distinctio inter Ecclesiam, & altare: ut nomine Ecclesiæ temporalia, quæ laici sibi arrogarunt, significarentur, quia Altaris nomen Sacramentorum administrationem, reliquas sacerdotales functiones complecti censebatur. Hac occasione scripsit S. Abbo Abbas Floriacensis ad Reges Galliæ: *Certe charissimi Principes nec catholice vivimus, nec catholice loquimur.— Est etiam alius error gravissimus, quo fertur Altare esse Episcopi, & Ecclesiam alterius cujuslibet Domini &c.*

2 Exemplum laicorum & suum facere Monasteria, & Capitula, quæ decimas, & Ecclesias è laicorum manibus receperunt. Inde invaluit, quod Monachi, & Canonici sæpe Episcopo censum in mutatione eorum Presbyterorum, qui auctoritate Episcopi curæ præficiendi erant, in signum recognitionis stipularentur, vel offerrent. Placuit hunc usum redemptionem Altarium dicere, cujus meminit Urbanus II. in Decreto Gratiani *cap.* 4. *I. quæst.* 3.

3 Successu temporis Capitula, & Monasteria ex illa unio-

(*a*) Conc. Paris. VI. c. 19.

ne Ecclesiarum sibi arrogarunt Jus Patronatus in ordine ad nominationem, & præsentationem Sacerdotum, qui curam animarum in unitis illis Ecclesiis Parochialibus ab Episcopo suscepturi essent, quia sine consensu Episcopi Pastores illi institui nequivissent. *c.* 6. *XVI. q.* 2.

4 Hos inde institutos, vel substitutos Pastores Vicarios dicere placuit. Aliquando sat vulgare fuit, quod Monasteria, & Capitula Vicarios, utpote ad nutum amoviles præligerent, ut ad suum obsequium promptiores, aut & minori stipendio contentos haberent. Synodus Moguntina (*a*) ann. 1225. hac occasione queritur: *Enormis quædam consuetudo in quibusdam Allemaniæ partibus contra canonicas Sanctiones invaluit, ut ponantur in Ecclesiis conductitii Sacerdotes, Vicarii temporales &c.*

5 Enimvero inter cætera Concilia diserte Concilium Lateranense IV. decreverat, ut, si Ecclesia Parochialis aliqua sit annexa majori dignitati, cum iis, qui eam obtinet nequeat Parochiali Ecclesiæ personaliter deservire, *in ipsa Ecclesia Parochiali idoneum* "et perpetuum" *habeat Vicarium canonice institutum.* Refert. *c.* 30. *de Præb.*

6 Hoc exemplo præcipit Synodus Tridentina (*b*): *Beneficia Ecclesiastica curata, quæ Cathedralibus, Collegiatis, seu aliis Ecclesiis, vel Monasteriis, Beneficiis, seu Collegiis, aut piis locis quibuscunque perpetuo unita, aut annexa reperiuntur, ab Ordinariis locorum quotannis visitentur, qui sollicite providere procurent, ut per idoneos Vicarios, etiam perpetuos, nisi ipsis Ordinariis pro bono Ecclesiarum regimine aliter expedire videbitur animarum cura laudabiliter exerceatur.*

7 In Gallia regio edicto de ann. 1686. cavetur, ut in omnibus Parochialibus Ecclesiis instituantur Vicarii perpetui exemptis illis, quæ Monasteriis, & Communitatibus sunt incorporatæ, ut per eorum regulares Presbyteros deserviantur, aut quibus suffragatur immemorabilis possessio, quod per Vicarios temporales ab Episcopis, aut Archiepiscopis approbatos administrentur.

8 Vicarii perpetui nonnisi nomine à Parochis differunt. Revera enim beneficium in proprium titulum habent, ut haud à suis Principalibus in officiis, functionibus, & juribus sacerdotalibus dependeant. *Clem. un. de Offic. Vicar.*

9 Sic & Parochi primitivi nonnisi nomine, & aliquando quoad jura quædam honorifica Parochi sunt, ut ipsum totum

(*a*) Synod. Mogunt. c. 12. (*b*) Trid. sess. 7. c. 7.

tum jus Parochiale, quatenus sacras functiones spectat, penes Vicarium perpetuum stet, ut huic inde justa sustentatio debeatur, quæ inde congrua sustentatio, *c.* 12. *in Præb.* alibi portio congrua, *c.* 4. *Regul. in* 6. nonnunquam portio competens vocatur, *cap.* 2. *de Decim. in* 6.

Cap. 2. De Determin. port. congr.

10 Concilium Tridentinum portionem congruam ad eam quantitatem æstimant (*a*), ut *Rectoris ac Parochiæ necessitatibus decenter sufficiat.* Quippe hæc sufficientia ut plurimum ex temporum, locorum, laborum, Coadjutorum, & ipsorum proventuum diversitate dijudicanda est.

11 Hinc alibi sacra Synodus Ordinariorum arbitrio relinquit, ut vel tertiam partem fructuum, vel majorem, minoremve, etiam super re certa assignanda, quantitatem pro portione congrua deputent, quatenus animarum cura laudabiliter exerceatur.

12 Quid frequentius, quam quod latitudo Parochiarum, vel numerus Parochiorum exigat plures Sacerdotes adscisci ut curam animarum laudabiliter exerceatur? Oportet ergo portionem assignandam congruere non tantum necessitatibus, & sustentationi Vicarii perpetui, sed & horum Presbyterorum, qui requiruntur, ut juxta Tridentinum (*b*) Decretum cura animarum laudabiliter exerceatur.

13 Sic quacunque occasione contigat, quod vel pretia rerum augeantur, vel numerus Parochianorum succrescat, ut pluribus Sacerdotibus ad administranda sacramenta, & reliquum cultum divinum rite celebrandum opus sit, justus locus est augendæ portionis congruæ. In reliquis abusus apparet, quod pro numeroso populo sufficere credatur, ut pro diebus dominicis, & festis ex vicina advocetur unus, vel alter Sacerdos ad Missam matutinam dicendam. Enimvero populosioris Parochiæ necessitatibus juxta evangelicas, & canonicas rationes uberiore labore consulere oportet.

Cap. 3. Unde port. Cong. desumend.

14 Quum compertum esset, per incorporationem Ecclesiarum, quæ Monasteriis & Capitulis facta est, decimas, aliosque proventus ab Ecclesiis Parochialibus abstractos fuisse, ut Vicario Parochiali plerumque congrua sustentatio deesset, præcepit Concilium Tridentinum (*c*), ut in Parochialibus Ecclesiis, quarum fructus tam exigui sunt, ut debitis nequeant oneribus satisfacere, curet Episcopus, quatenus vel per beneficiorum (non tamen Regularium) unionem vel per primitiarum, & decimarum assignationem, aut per Parochianorum symbola, ac collectas, aut qua commodiore ei vide-

(*a*) Trid. sess. 24. c. 13. sess. 7. c. 7. (*b*) Trid. sess. 21. c. 4.
(*c*) Trid. sess. 24. c. 13.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

bitur ratione, tantum redigatur, ut pro Rectoris, ac Parochiæ necessitate decenter sufficiat.

15 En hunc justum ordinem? Primo ex ipsis proventibus Ecclesiæ tantum assignandum est Vicario, ut ipse commode sustentari, & debita onera possit supportare. In unionibus, & incorporationibus hæc solet adjici clausula; *Reservata tamen de fructibus, reditibus, & proventibus, juribus, obventionibus pro Vicario perpetuo, in iis instituendo, congrua portione, ex qua idem Vicarius congrue sustentari valeat, jura episcopalia solvere, & alia sibi incumbentia onera supportare.*

16 Si huic reservationi locus non sit, providendum ei est per beneficiorum simplicium unionem, utpote vicinorum. Defectu horum recurrendum est ad asignationem primitiarum, & oblationum, que jure ad Parochum spectant. His excussis Decimatores ad collationem vocantur. Denique his deficientibus locus est, ex symbolis, & collectis Parochianorum tantum colligendi, quantum necesse est. Æquissimum est, quod Principes compellendo populo ad conferenda symbola locum non concedant, nisi reliquis mediis deficientibus, quia quousque vel decimæ, vel alii proventus, qui ex sua origine alendo Altaris Ministro destinantur, sufficiant, præstat hos, & illas insubsidium, quia res transit cum suo onere, vocare, quam plebem novo exactionum onere premere.

Cap. 4. Quo Ord. Decimat. vocent.

17 In excussione decimarum divisioni, ordinique locus est, quia diversæ species sunt decimarum, quarum quædam speciali titulo juri Parochiali vindicantur præ reliquis. Sic Novales præ antiquis, minutæ præ grossis peculiaribus Parocho reservantur.

18 Quousque laici decimas possidebant, plerumque tertia pars Parochorum sustentationi relicta est. Invalescentibus incorporationibus cœperant aliquando Monasteria, & Capitula hanc tertiam partem vel seorsim, vel una cum integro proventu impetrare. Quid igitur æquius, quam ut hæc tertia pars in computu portionis congruæ primas ferat, quia res transit cum suo onere.

19 Pastores primitivi plerumque præ reliquis ad congruam portionem tenentur, quia solent possidere ipsas Ecclesias Parochiales cum decimis, & proventibus, sub expressa conditione assignandi Vicario congruam sustentationem. Præcipit Clemens V. Episcopis, ut ante admissionem præsentationis Patronos cogant ad congruam Præsentato sustentationem ex reditibus Ecclesiæ assignandam; aut ipsi, si Patroni infra præscriptum terminum huic officio defecerint, justam quotam definiant. *Clem. 1. de Jur. Patr.*

Præs-

20 Præstitisset procul dubio, ut dispensatio decimarum, vel saltem illius trientis penes Prælatos, & Pastores integra perstitisset, ut, si quid supra sustentationem Ministrorum redundasset, potuisset per modum eleemosynæ Monasteriis, & Capitulis per temporum intervalla erogari, quam quod sæpius oporteat, Vicarios, & Ministros altaris competentiam suam à Monasteriis, & Capitulis, quæ sine labore fere alienas decimas tenent, emendicare. Id reliquum est, ut illi possessores decimarum semper maneant ad justam portionem Parochis, quorum decimas tenent, subministrandam obstricti, quia res transit cum suo onere. Enimvero quis titulus eleemosynæ Monasteriis, & Capitulis suffragari videretur, si ipsi Parochi, quorum decimas per incorporationes nacti sunt, ad inopiam inde reciderint? Statuit ann. 1080. Concilium Juliobonense (*a*): *Quæ vero superabundant, in usus Monasterii* per modum eleemosynæ *Abbas habeat.*

21 Laici, qui decimas infeudatas possident, ægrius ad conferendam portionem congruam vocantur, quia hæ decimæ patrimoniales censentur, ita temen, ut, si ad Ecclesiam, vel ad corpus aliquod ecclesiasticum pure, & simpliciter revertantur, recipere primogeniam suam naturam mereantur, nisi cum onere seu nexu feudali, quod erant apud laicos, Ecclesiæ restituantur, quo casu semper manent feduales.

22 Causa portionis congruæ jure alimentationis censetur, ut eam summarie, & provisionaliter, si dilatione opus est, decidi oporteat. Juxta Decretum Synodi Mechliniensis P. II. (*b*) *Si contingat oriri aliquam dificultatem Pastoribus in assignanda judicio Episcopi canonica portione, iidem Episcopi, seu eorundem Vicarii, aut Officiales summarie, & de plano, sine strepitu, & figura judicii, audita nuda petitione Parochiorum, & eorum, quorum interest, responsione, & facta desuper summaria informatione, quod ipsis Parochis deesse compererint, ad summam superius taxatam per modum provisionis adjudicabunt; & appellatio executionem non suspendat.*

Cap. 5. Caus. Pott. Congr.

23 In Belgio Principes Albertus (*c*), & Isabella ad Synodum Mechliniensem declararunt, suam esse mentem, ut, si Ordinarii essent defectuosi in assignanda congrua portione Pastoribus, eo casu Postores possint recurrere ad Concilium Regium suæ respective Diœcesis, ut super eorum querelis provideretur, præsertim per interventionem Officii Fiscalis, si necesse sit.

24 Hinc nec transactione, nec compensatione, nec redem-

(*a*) Conc. Juliobon. c. 12. (*b*) Synod. Mec. Tit. 17. c. 4.
(*c*) Edict. Princip. art. 16.

demptione tollitur, si gravis appareat læsio, quia de alimentis propria auctoritate transigi nequit, nisi transactio auctoritate Superiorum fuerit confirmata. *L.* 8. *ff. de Trans.*

25 Et vero, si portio congrua per transactionem publicam constituta successu temporis fieret insufficiens, indubie non obstante auctoritate transactionis publicæ augeri poterit, & debebit, (*a*) *quia os bovi trituranti non potest alligari.*

26 Concilium Tridentinum inter reliqua remedia proposuit (*b*), portionem congruam in re certa assignanda constitui posse, ut v. g. certa quantitas granorum, aut pecuniarum ad justam sustentationem præstaretur Pastori. Et vero id saluberrimum videri posset, exemplo Orientalis Ecclesiæ, in qua, missis decimis, publica tributa penduntur sacris Ministris, ut ad votum S. Chrysostomi (*c*), adjectis curis rerum temporalium, se totos divino ministerio, & orationi exemplo Apostolorum dare possint.

27 Enimvero hæc portio in certa granorum, aut numorum quantitate abhinc nec fertilitate fructuum augetur, nec sterilitate, aut alio casu minuitur, etsi designata quantitas ex certo fundo solvenda fuerit, quia illa fundi mentio non taxationis, sed demonstrationis causa facta censetur. *L.* 12. *ff. de Aliment.*

Cap. 6. Quæ in port. Cong. comput.

28 Hac occasione, si illa quantitas vel granorum, vel numorum, aut deest, aut non æquat portionem congruam, computi reliquorum proventuum locus est. Præcipit Synodus diœcesana Mechliniensis (*d*), *ut quilibet Pastor de congrua portione summarie, & de plano provideri sibi desiderans, ante omnia exhibeat —libellum supplicem, in quo contineatur; cuive annexa sit plena, eaque particularis, & proprio juramento firmata declaratio bonorum, quæ ratione Ecclesiæ Parochialis ipsis competunt; neque certi tantum fructus, & emolumenta exprimantur, sed in certa quoque, & accidentalia trium, aut quatuor continuorum annorum ultimo præteritorum*, utpote illa, quæ ad certam summam communibus tribus, vel quatuor annis ultimis præteritis redigi possunt.

29 Quippe duplex genus illorum incertorum proventuum distingui solet. Primum est, quod incertas plane, & à populi plena libertate prudentes oblationes continet, nimirum illas, quæ in administratione Sacramentorum fiunt. Hæ enim, quia libero arbitrio cujusque relictæ sunt, in certam summam redigi nequeunt. Præstaret, ut exemplo S. Caroli hæ obventiones

(*a*) 1. Cor. 9. (*b*) Trid. sess. 7. c. 7. (*c*) S. Chrys. hom. 37. in Matth.
(*d*) Synod. Mechlin. tit. 16. cap. 4.

nes in Sacramentorum administratione etiam in via simplicis oblationis expungerentur, quia non raro populo quandam suspicionem quæstus ingerunt Ecclesiastici.

30 Aliud genus est earum erogationum, quæ quidem ex sua origine simplices quondam videbantur; paulatim tamen titulo laudabilis consuetudinis in taxata jura transierunt, ut etiam per viam exactionis populus ad eas cogi possit aliquando, qualia sunt jura funeralia. Procul dubio optandum esset, ut & id genus proventuum ad simplicem oblationem reduci posset.

31 Hi ergo proventus, cum non omnino à populi arbitrio dependeant, & tanquam taxata jura pastoralia annotari soleant, non ita incerta sunt, nec tot mutationibus obnoxia: unde de his proventibus intelligendæ sunt Synodi, dum in taxanda portione congrua rationem habere volunt accidentium, *quæ ad certam summam communibus tribus, vel quatuor annis ultimo præteritis redigi possunt.* Addit tamen Rebuffus: *Sed non ita exacte computabuntur, sicut certa*, nec eorum valor cum omni rigore imputari debebit, ne Parochus necessitate quodammodo coactus teneatur illos proventus cum nimio rigore ac proin non sine avaritiæ nota exigere.

32 Procuratores Regii Caroli IX. Concilio Tridentino (*a*) suggesserunt, ut *à sacerdotali Ordine sordes omnes, & omnis avaritiæ labes procul expellantur; nec ullo prætextu pro rebus divinis quidquam exigatur; curet Episcopus aut per unionem beneficiorum, aut per assignationem decimarum &c.* necessariis Ministris de congrua portione provideri.

Cap. 7. De Jud. port. Cong.

33 Congruam portionem petere non tantum Vicarii est, sed & Parochianorum, quorum interest, ea mediante idoneum Pastorem mereri, aut & eum adigere ad necessarios, Ministros, & Cooperatores assumendos, ut curam laudabiliter exerceatur.

34 Hæc cognitio, & definitio tum jure Decretalium, tum Decreto Concilii Tridentini refertur ad Ordinarium loci, etiam adversus exemptos, quia Episcopi est, sive ex officio, sive ad instantiam, & querelam Actorum, Pastori de congrua sustentatione providere. *cap.* 1. *de Præb. in* 6. *Trid. sess.* 7. *cap.* 7. & *sess.* 24. *cap.* 13.

35 In praxi tamen alibi invaluit, quod Judex laicus incidenter saltem, & personaliter de ea cognoscat, ob id maxime, ut executio promptiorem exitum per decisionem possessori obtineat, quia in possessorio omnia merita causæ ita exhauriuntur,

(*a*) Pro Reform. Trid. art. 16.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tur, ut vix aliquid in petitorio coram Judice ecclesiastico supersit proponendum.

36 Si causa spectet decimarum infeudatarum collationem, moribus hodiernis sibi privative etiam in petitorio vindicat tribunal Regium, quia decimæ infeudatæ veluti patrimoniales censentur, ut portio congrua ex eis desumenda quasi pars illarum spectetur.

Cap. 8. De Dom. Paroch.

37 Ex regulis juris civilis alimentis legatis non tantum cibaria, & vestitus, sed & habitatio debetur, *quia* inquit Javolenus, *sine his ali corpus non potest.* Refert. *L. 6. ff. de Aliment. Legat.*

38 Jure tamen Canonum domus Parochialis à portione congrua separari videtur, quia ædes Parochiales, veluti pars Ecclesiæ, spectari solent, ut eas ex fundo fabricæ Ecclesiæ extrui, repararique oporteat, aut, si fundus fabricæ desit, ad eos recidat onus, qui ad Ecclesiam construendam restituendamque tenentur. Hinc eo exemplo, moderamineque cura, & expensa domus Pastoralis pro diversa locorum consuetudine alibi Parochianis, alibi Decimatoribus, alibi utrisque incumbit, quia reparatio domus Parochialis iisdem legibus, quibus reparatio Ecclesiæ, regitur.

39 Huc spectant sumptus majores. Nam quotidianas reparationes, utpote modicas, ipse Pastor, veluti usufructuarius, ferre debet. Hinc ea est alibi communis praxis, quod Pastores ad minores, & ordinarias, Decimatores vero, aut Parochiani ad majores, & extraordinarias reparationes teneantur. *Arg. L. 7. §. 2. ff. de Usufr.*

40 Reliquum est vel Superioribus ecclesiasticis, vel & Decimatoribus, qui ad reparationes majores tenentur, Pastorem in sartis tectis servandis sui officii monere, de defectu ordinariæ reparationis ædes majus periculum subeant. Nonnullibi cautum est: *Quod si ædes hujusmodi Pastorales defuncti Pastoris negligentia destructæ, seu labefactatæ comperiantur, hoc totum expensis hæredum, & hæreditatis restitui deberet, ita tamen, quod infra annum ab obitu Pastoris per Justitiarios loci — fiat domus visitatio, si testatus decesserit. Quodsi intestatus fuerit, mox à sepultura defuncti fiat visitatio, aut saltem, antequam ipsius bona per Officiarios — prehendantur.*

41 Quantum ad suppellectilem domus hæc tota recidit ad onus (*a*); & arbitrium Pastoris, ea tamen lege, ut nihil in ea resplendeat, quod fastum, & luxum sæculi redoleat, aut ab honestate, modestia, & continentia alienum sit, quod in eo officio non propria commoda, sed lucra Christi sectanda sunt toto vitæ genere.

(*a*) Trid. sess. 25. cap. 1.

* 42 In morali doctrina quid inde salubrius superest, quum justas ideas mercedis evangelicæ, veluti veræ portionis congruæ suscitare. Juxta S. Gregorium (*a*): *Itaque considerandum est, quod uni nostro operi duæ mercedes habentur: una in via, altera in patria: una, quæ nos in labore sustentat, alia, quæ nos in resurrectione remunerat. Merces itaque, quæ in præsenti accipitur, hoc debet in nobis agere, ut ad sequentem mercedem robustius tendatur &c.* Ait B. Augustinus (*b*): *Neque ideo debemus evangelizare, ut manducemus: sed ideo manducare, ut evangelicemus: nam si propterea evangelizamus, ut manducemus, vilius Evangelium, quam cibum &c.* Et alibi (*c*): *Non redditur sustentatio necessitatis à populo, quasi merces illis, qui in charitate serviunt, sed tanquam stipendium, quo, ut possint laborare, pascantur.* Ecce ex crisi Synodi Aquisgranensis veras ideas (*d*)! *Quia sæcularis militia cœlestia non habet, terrena strenue militantibus præstat: qui autem Ecclesiæ serviunt, & labori suo velut debita reddi oportere credentes ea, quibus opus non habent, aut accipiunt libenter, aut exigunt, nimis carnaliter sapiunt, si putant, quod Ecclesiæ servientes, stipendia terrena, & non potius præmia æterna percipiunt.*

TIT. XVIII.

De Immunitate Ecclesiasticorum Bonorum.

CAP. I.

De Veteribus Privilegiis.

1 In veteri pauperie Ecclesiæ multi Clerici eo adacti asunt, ut aut ex labore manuum suarum, id est, opificio, aut artificio, aut tenui quadam, & honesta negotiatione victum sibi pararent. Reliquæ enim possessiones præditorum, & fundorum, Ecclesiæ aut exiguæ, aut nullæ erant.

2 Beneficio Constantini M. accreverunt facultates (*e*), & possessiones Ecclesiarum, quibus aliquando Imperator sat (*f*) amplum immunitatis privilegium à rei tributariæ collatione concessit, quod tamen à sequentibus Imperatoribus revocatum, aut temperatum abhinc fuisse constat.

(*a*) S. Greg. hom. 17. (*b*) S. Aug. de serm. Dom. in Mont. lib. 2. cap. 16. (*c*) Idem de Past. c. 2. (*d*) Synod. Aquisgr. c. 107. (*e*) Gothofr. ad L. 1. C. (*f*) Theod. de SS. Eccl.

tur, ut vix aliquid in petitorio coram Judice ecclesiastico supersit proponendum.

36 Si causa spectet decimarum infeudatarum collationem, moribus hodiernis sibi privative etiam in petitorio vindicat tribunal Regium, quia decimæ infeudatæ veluti patrimoniales censentur, ut portio congrua ex eis desumenda quasi pars illarum spectetur.

Cap. 8. De Dom. Paroch.

37 Ex regulis juris civilis alimentis legatis non tantum cibaria, & vestitus, sed & habitatio debetur, *quia* inquit Javolenus, *sine his ali corpus non potest.* Refert. *L. 6. ff. de Aliment. Legat.*

38 Jure tamen Canonum domus Parochialis à portione congrua separari videtur, quia ædes Parochiales, veluti pars Ecclesiæ, spectari solent, ut eas ex fundo fabricæ Ecclesiæ extrui, repararique oporteat, aut, si fundus fabricæ desit, ad eos recidat onus, qui ad Ecclesiam construendam restituendamque tenentur. Hinc eo exemplo, moderamineque cura, & expensa domus Pastoralis pro diversa locorum consuetudine alibi Parochianis, alibi Decimatoribus, alibi utrisque incumbit, quia reparatio domus Parochialis iisdem legibus, quibus reparatio Ecclesiæ, regitur.

39 Huc spectant sumptus majores. Nam quotidianas reparationes, utpote modicas, ipse Pastor, veluti usufructuarius, ferre debet. Hinc ea est alibi communis praxis, quod Pastores ad minores, & ordinarias, Decimatores vero, aut Parochiani ad majores, & extraordinarias reparationes teneantur. *Arg. L. 7. §. 2. ff. de Usufr.*

40 Reliquum est vel Superioribus ecclesiasticis, vel & Decimatoribus, qui ad reparationes majores tenentur, Pastorem in sartis tectis servandis sui officii monere, de defectu ordinariæ reparationis ædes majus periculum subeant. Nonnullibi cautum est: *Quod si ædes hujusmodi Pastorales defuncti Pastoris negligentia destructæ, seu labefactatæ comperiantur, hoc totum expensis hæredum, & hæreditatis restitui deberet, ita tamen, quod infra annum ab obitu Pastoris per Justitiarios loci — fiat domus visitatio, si testatus decesserit. Quodsi intestatus fuerit, mox à sepultura defuncti fiat visitatio, aut saltem, antequam ipsius bona per Officiarios — prehendantur.*

41 Quantum ad suppellectilem domus hæc tota recidit ad onus (*a*); & arbitrium Pastoris, ea tamen lege, ut nihil in ea resplendeat, quod fastum, & luxum sæculi redoleat, aut ab honestate, modestia, & continentia alienum sit, quod in eo officio non propria commoda, sed lucra Christi sectanda sunt toto vitæ genere.

(*a*) Trid. sess. 25. cap. 1.

* 42 In morali doctrina quid inde salubrius superest, quum justas ideas mercedis evangelicæ, veluti veræ portionis congruæ suscitare. Juxta S. Gregorium (*a*): *Itaque considerandum est, quod uni nostro operi duæ mercedes habentur: una in via, altera in patria: una, quæ nos in labore sustentat, alia, quæ nos in resurrectione remunerat. Merces itaque, quæ in præsenti accipitur, hoc debet in nobis agere, ut ad sequentem mercedem robustius tendatur &c.* Ait B. Augustinus (*b*): *Neque ideo debemus evangelizare, ut manducemus: sed ideo manducare, ut evangelicemus: nam si propterea evangelizamus, ut manducemus, vilius Evangelium, quam cibum &c.* Et alibi (*c*): *Non redditur sustentatio necessitatis à populo, quasi merces illis, qui in charitate serviunt, sed tanquam stipendium, quo, ut possint laborare, pascantur.* Ecce ex crisi Synodi Aquisgranensis veras ideas (*d*)! *Quia sæcularis militia cœlestia non habet, terrena strenue militantibus præstat: qui autem Ecclesiæ serviunt, & labori suo velut debita reddi oportere credentes ea, quibus opus non habent, aut accipiunt libenter, aut exigunt, nimis carnaliter sapiunt, si putant, quod Ecclesiæ servientes, stipendia terrena, & non potius præmia æterna percipiunt.*

TIT. XVIII.

De Immunitate Ecclesiasticorum Bonorum.

CAP. I.

De Veteribus Privilegiis.

1 In veteri pauperie Ecclesiæ multi Clerici eo adacti asunt, ut aut ex labore manuum suarum, id est, opificio, aut artificio, aut tenui quadam, & honesta negotiatione victum sibi pararent. Reliquæ enim possessiones præditorum, & fundorum, Ecclesiæ aut exiguæ, aut nullæ erant.

2 Beneficio Constantini M. accreverunt facultates (*e*), & possessiones Ecclesiarum, quibus aliquando Imperator sat (*f*) amplum immunitatis privilegium à rei tributariæ collatione concessit, quod tamen à sequentibus Imperatoribus revocatum, aut temperatum abhinc fuisse constat.

(*a*) S. Greg. hom. 17. (*b*) S. Aug. de serm. Dom. in Mont. lib. 2. cap. 16. (*c*) Idem de Past. c. 2. (*d*) Synod. Aquisgr. c. 107. (*e*) Gothofr. ad L. 1. C. (*f*) Theod. de SS. Eccl.

3 Constantius fuit privilegium Constantini, quo Clericos à functionibus, & muneribus civilibus per immunitatem personalem absolvit. *Ne*, inquit, *sacrilego libore quorundam à divinis obsequiis avocentur*. Ecce rationem, quam passim leges commendant. *L. 2. C. Th. de Episc. & Cler.*

4 Successit uberius privilegium Clericorum beneficio posteriorum Imperatorum. Hinc enim ab hospitandis militibus, à sordidis muneribus, & Angariis, & pensitandis vectigalibus negotiationum excusantur. Dicebantur sordida, & extraordinaria munera refectiones viarum publicarum, pontium &c. Angariæ, parangariæque dicebantur præstationes jumentorum, & plaustrorum ad transvectionem annonæ militaris, aliarumque rerum fiscalium per viam rectam, & obliquam. *L. 2. C. Just. dict. tit.*

5 Inter hæc privilegia patrimonia Cleri haud ab ordinariis tributis eximebantur. *De his Clericis, qui prædia possident, non solum eos aliena juga nequaquam excusare; sed etiam pro his prædiis, quæ possidentur ab ipsis, eosdem ad pensitanda fiscalia perurgeri* oportet. *L. 3. C. de Episc. & Cler.*

6 Imo vero & Ecclesiæ ex possessionibus, & agris suis ad ordinaria tributa tenebantur. Ait diserte S. Ambrosius: *Agri Ecclesiæ solvunt tributum, — solvimus quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. Tributum Cæsaris est, non negatur.* Ex variis locis S. Ambrosii superest. *c. 21. XXIII. q. 8.*

7 Theodosius junior soli Ecclesiæ Thessalonicensi immutatis privilegium tribuit, ea cautela, ut nequaquam aliæ Ecclesiæ id beneficium sibi arrogare possint. *L. 33. C. Theod. de Annon. & Tribut. L. 12. C. Just. ibi.*

8 Quum Justinianus præcepit, Africanis Ecclesiis bona, ab Arianis ablata, esse restituenda, eam clausulam adjecit, *ut tamen publicas pro iis pensiones*, utpote tributa consueta, *conferant*. Refert. *Nov. 37.*

9 Alibi Imperator officinas funebres Constantinopoli ab exactione publicorum tributorum absolvit; sed ea conditione, ut cæteræ omnes, sive SS. alicujus sint Ecclesiæ, sive Hospitalium, sive Monasteriorum &c. ipsis imposita præstent publica vectigalia. Inquit Imperator: *Neque enim sustinemus aliorum onus ad alios deferri, aut tam immitem proponere formulam, ut quotidie vectigalia augeantur*. Refert. *Nov. 43. c. 1. §. 1.*

10 In Occidente Principes Gothi Ecclesias generalius immunitate donarunt. In Concilio Aurelianensi I. (*a*) laudarunt Clodovæi Regis Constitutio, qua agrorum & Clericorum immunitas conceditur de Regiis oblationibus, & donationibus.

(*a*) Conc. Aurel. I. cap. 5.

11 Refert Gregorius Turonensis Clotarium (*a*) aliquando edixisse, *ut omnes Ecclesiæ regni sui tertiam partem fructuum fisco dissolverent*; reliquis Episcopis assentientibus, B. Injuriosum Episcopum Turonensem renuisse. Tunc commotus Rex, timens etiam virtutem B. Martini, misit post eum, cum muneribus veniam precans, & hoc, quod fecerat, damnans. Refertur abhinc sat ampla Constitutio Clotarii, qua plenam immunitatem Ecclesiis tribuit, aut confirmat; atque hanc sub finem vitæ, si vera sit, editam esse, censet Thomasinus (*b*).

12 In Capitularibus Francorum frequens immunitatis ecclesiasticæ hujus est argumentum: Sanxit Ludovicus Pius, *ut unicuique Ecclesiæ mansus unus* (qui plerumque constabat XIII. jugeribus terræ arabilis, cum aliquot mancipiis) *integre absque alio servitio attribuatur &c.* Refert. *c. 25. XXIII. q. 8.*

13 Hæc immunitas spectabat Parochias rurales. Quid ergo de Ecclesiis civitatis, & Monasteriis? Inquit Capitulare: (*c*) *Volumus, atque decernimus, ut omnes intelligant, non solum claustra Monasterii, vel Ecclesiæ, atque Castitia Ecclesiarum sub immunitatis defensione consistere, verum etiam domus, & villas, & septa villarum, & piscatoria manu facta; & quidquid fossis, aut sepibus, vel etiam alio clausularum genere præcingitur, eodem immunitatis nomine contineri.*

14 Et alibi (*d*): *Possessiones ad religiosa loca pertinentes nullam descriptionem agnoscant, nisi ad constitutionem, viarum, vel pontium, si tamen intra eadem loca habuerint possessiones. In aliis omnibus habeant integram immunitatem.*

15 Quippe quoad illos fundos Ecclesiæ, qui viis publicis adjacent, reparationes viarum publicarum veluti onera rebus innata spectantur. Sic Justinianus Ecclesiarum prædia, & latifundia à sordidis functionibus, & extraordinariis oneribus exempturus, diserte excepit publicarum viarum, pontium, & publicorum operum restaurationes, ædificationesque. *Nov. 131. cap. 5.*

16 In Capitularibus altera exceptio est de iis fundis (*e*), qui publicis vectigalibus aliunde obnoxii sunt. Præcipit lex: *Ut de rebus, unde census ad partem Regis exire solebat, si ad aliquam Ecclesiam traditæ sunt, aut reddantur propriis hæredibus, aut, qui eas retinuerit, illum censum persolvat*, quia res transit cum suo onere.

17 Inter recentiores Imperatores vetat Fridericus II., ne quæ-

(*a*) Greg. Turon. lib. 4. Hist. Franc. c. 2. (*b*) Thomas. P. 2. lib. 3. cap. 5.
(*c*) Capit. lib. 3. c. 279. (*d*) Lib. 6. c. 109. (*e*) Lib. 3. c. 86. lib. 4. c. 37.

quædam Communitas, vel Persona publica, privataque collectas exactiones, angarias, vel parangarias Ecclesiis vel aliis piis locis, ecclesiasticisque personis imponere præsumat. *Auct. item nulla de Episc. & Cleric.*

Cap 2. De Jur. Nov. Decr.

18 Jure novo instauratur vetus Decretum, quod Gratianus Concilio Wormatiensi, aut veteri nomine Guarmatiensi, inscribit, *ut unicuique Ecclesiæ unus mansus integer absqua ullo servitio tribuatur &c.* Refert. *c.* 1. *de Cens.*

19 Hic Mansus dos Ecclesiæ censebatur. Proinde immunitas Ecclesiæ aliquando ad possessiones, quæ Ecclesiarum dotem constituebant, restringebatur. Inde subditur: *Et si amplius aliquid habuerint* vel Ecclesiæ, vel Clerici, *inde Senioribus suis debitum servitium impendant.* Refert. *cap.* 25. *XXIII. q.* 8. *c.* 1. *de Censib.*

20 Inde sæculo IX. & X. privilegium immunitatis soli doti Ecclesiarum suffragabatur. Concilium Valentinum III. (*a*) anno 855. Statuit: *Dotes vero à fidelibus designatæ Basilicis— vindicentur, nullaque redhibitio census inde à quolibet sæculari erigatur.*

21 Sæculo XI. cœpit privilegium immunitatis non tantum ad omnia bona Ecclesiarum, sed & ad patrimonia privata Clericorum prorogari. Decernit sub Urbano II Concilium Melphitanum (*b*): *Ne gravamen aliquod Sancta patiatur Ecclesia, nullum jus laicis in Clericos esse volumus — Neque liceat laicis exactionem aliquam pro Ecclesiæ beneficiis, aut* " paternis, ma-" ternisve " *facultatibus quærere.*

22 Hoc exemplo recentiores novi juris auctoritates jactarunt, quæcunque bona Ecclesiarum, & Clericorum ab exactionibus, & collationibus civilium indictionum esse exempta. *c.* 4. *& 7. de Immunit. Eccles.*

23 Ex sententia Bonifacii VIII. (*c*) tam amplum privilegium immunitatis non tam ex jure humano, quam ex jure divino, (utpote exemplis veteris scripturæ) explicare oportet. *cap. ibi in* 6.

24 Sic & S. Synodus Tridentina (*d*) monet Principes, ne permittant, ut Officiales aut inferiores Magistratus Ecclesiæ, & personarum ecclesiasticarum immunitatem, *Dei ordinatione*, & canonicis sanctionibus constitutam aliquo cupiditatis studio, seu inconsideratione aliqua violent.

25 Nostris moribus vulgare est, quod immunitas Ecclesiarum, exemplo veteris Mansi, ad bona prima fundationis, vel amor-

(*a*) Conc. Valent. III. cap. 9. (*b*) Conc. Melphit. c. 12. (*c*) Genes. 49. I. Esdr. cap. 7. (*d*) Trid. sess. 25. cap. 20.

amortizata, vel aliquo tempore ut talia possessa, restringantur, ut reliqua bona à publicis contributionibus haud excusentur. *Arg. c.* 1. *de Cens.*

26 Bona patrimonialia Clericorum per omnia ad conditionem bonorum laicalium æstimantur. Immunitas abhinc Clericis superest personalis, aut mixta, quod excusentur ab hospitio militum, capitatione, aut alio obsequio publico, nisi gravis necessitas Reipublicæ incumbat. *c.* 2. *de Immunit. Eccles.*

27 In Gallia variæ sunt leges, & contractus, quos Reges cum Clero de Immunitate inierunt Refert has, & illas D. de Hericourt (*a*). In Germania superest Pragmatica sanctio Leopoldi Imper. de ann. 1679. quam integram exhibet Boehmerus (*b*).

Cap. 3. de Subsid. Cler.

28 Reliquus locus est subsidiis, quæ Clericus Principi ad majores necessitates Reipublicæ liberaliter suppeditare tenetur. Veteri jure hæc annua dona vocabantur, quæ diversa pro diversitate facultatum, & possessionum ecclesiasticarum erant. In Conventu Aquisgranensi ann. 817. confectus est catalogus Monasteriorum, quorum quædam dona, & militiam, alia solum dona sine militia, pleraque solas orationes pro salute Regiæ familiæ, & stabilitate Imperii conferre tenerentur.

29 Ait Hincmarus Remensis (*c*): *Causa suæ defensionis Regi ac Reipublicæ vectigalia, quæ nobiscum annua dona vocantur*, præstat Ecclesia, servans, quod jubet Apostolus: cui honorem, *honorem*; *cui vectigal*, *vectigal.*

30 Novo jure commendat Alexander III. Clero, ut apparente necessitate Reipublicæ liberale subsidium ultro Principi offerat: *Ut absque ulla exactione ad relevandas communes necessitates, vel utilitates, ubi laicorum non suppetunt facultates, subsidia per Ecclesias existiment conferenda.* Refert. *c.* 4. *de Immunit. Ecc.*

31 Innocentius III. arbitrium harum necessitatum, & utilitatum abhinc sibi reservavit: *Propter imprudentiam tamen quorundam*, inquit, *Romanus Pontifex prius consulatur, cujus interest communibus utilitatibus providere.* Superest. *c.* 7. *ibi.*

32 Hac occasione ægre tulit Bonifacius VIII., quod Clerus Gallicanus, inconsulto Papa, Decimam Philippo Pulchro Regi, quæ in sacras expeditiones reservari consueverat, in alias necessitates regni contulisset. *c.* 3. *d. t. in* 6.

33 Orto inde dissidio inter Papam, & Regem, Benedictus XI. Bullam Bonifacii expunctis censuris, ad jus commune

(*a*) Heric. de LL. Eccles. p. 3. p. 307. (*b*) Boehm. J. E. lib. 3. tit. 49. n. 49.
(*c*) Hinc de ordin. Palat.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ne reduxit. *Extrav. un. de Immunit. int. Com.* Clemens V. vero eam penitus abrogavit. *Clem. un. d. t.*

34 In schismate Avenioniensi passim ipsi Pontifices Clero decimam suo arbitrio imponebant, & frequenter generaliter. Hinc in Concilio Constantiensi cautum est (*a*): *Per summos autem Pontifices nullatenus imponi generaliter* decimas, & alia onera *super totum Clerum, nisi ex magna, & ardua causa, & utilitate universalem Ecclesiam concernente, & de consilio, & consensu, & subscriptione S. R. E. Cardinalium, & Prælatorum, quorum consilium commode haberi poterit. Nec specialiter in aliquo Regno, vel Provincia, inconsultis Prælatis ipsis Regni, vel Provinciæ, & ipsis non consentientibus, vel eorum majore parte, & eo casu personas ecclesiasticas & auctoritate Apostolica duntaxat levari.* En jus Germaniæ per Imperium.

35 In Gallia, aliisque Provinciis hæreditariis decimæ, aut aliæ præstationes publicæ, reliquaque subsidia Cleri, nomine doni gratuiti, aut alio titulo in ordinarias, extraordinariasque contributiones pridem transierunt. Id alibi reliquum est, quod Clerus à ministris ecclesiasticis taxetur, collecteturque, tum pede reali, si tributa scripta sint in possessiones, tum pede personali, si personas spectent. Realia fundis imponuntur nullo habito respectu personarum, ita, ut & exteri tallientur, sive in contributiones vocentur in locis, ubi fundi siti sint. In personalibus non habetur ratio fundorum, sed personarum; inde fit Personis impositio respectu lucri, & proventuum in loco domicilii. Ex his facile videre est, quæ ratio ineatur, dum partim realis, partim personalis collectio fit.

36 Non convenit, quod Clerus in subsidiis taxetur à laicis, unde in Decreto Maximiliani, & Mariæ Brabantiæ Ducum 1479. legitur, quod Clerus consenserit in subsidium quoddam, sed componendum, & colligendum per Deputatos Cleri absque interventu laicorum. In Gallia quoque donum gratuitum, per Prælatos, non autem laicos distribui, & colligi notum est.

37 Declararunt non semel Principes, competentiam Pastoralem exemptam à contributione ordinaria, extraordinariaque esse debere juxta *c. 1. de Cens.* Fuerunt quippe Principes semper solliciti, ut Parochis de competentia provideretur.

*38 In morali doctrina quid jucundius, quam veteris frugalitatis argumenta, & exempla revolvere? Ex sententia S. Ambrosii (*b*): *Ecclesia nihil sibi, nisi fidem* piæ dispensatio-

(*a*) Conc. Const. sess. 43. (*b*) S. Amb. ep. 31.

tionis *possidet. Hos reditus, hos fructus præbet. Possessio Ecclesiæ est sumptus egenorum. Numerent, quos redemerint templa captivos, quæ contulerint alimenta pauperibus; quibus exulibus vivendi subsidia ministraverint.* Ait S. Chrysostomus (*a*): *quando ejus facultatum videris magnitudinem, cogita etiam inscriptorum pauperum greges, ægrotantium multitudinem, innumerabilium expensarum occasionem. Sumus etiam parati vobis reddere rationem. — Sumptus in causas afflictæ Reipublicæ non sunt minores proventibus, sed etiam aliquando majores*, quibus nihil aliud, quam frugalis vita Cleri, & tenuitas edendi potandique parcissime sufficere visa est. Juxta Concilium Parisiense VI (*b*). *Cesset ergo ambitio, vel invidia, quæ dicere solet, nimis rerum habere Ecclesias Christi, & perpendat, quia, quantæque sunt res Ecclesiæ, si eo modo, quo dispensandæ sunt, dispensentur, nimiæ non sunt. Cupiditas quippe, imo negligentia quorundam dispensatorum, non Ecclesiæ, amplæ res in vitio sunt, quia spretis pauperibus, in luxum, & fastum Cleri absumuntur.*

TIT. XIX.

De Administratione & Alienatione bonorum Ecclesiasticorum.

CAP. I.

De Veteri Episcoporum Potestate.

1 Episcopos primitus fuisse rerum ecclesiasticarum primarios, ac præcipuos Dispensatores nos edocent SS. Canones. Canon. 41. vulgo Apostolorum ait: *Jubemus Episcopum rerum Ecclesiæ potestatem habere.*

2 Iisdem Episcopis tanquam piorum redituum Administratoribus commendabatur cura pauperum, & egenorum. Inquit Concilium Antiochenum: *Episcopus habeat rerum Ecclesiæ potestatem, ut eas in omnes egentes dispenset, cum multa cautione, & Dei timore.* Apud Gratian. *c. 23. XII. quæst. 1.*

3 Primis ergo sæculis summa & libera administrationis, & dispensationis auctoritas penes Episcopum per singulas Diœceses stetit. Rationem reddit citatus Apostolorum Canon: *Si enim pretiosæ hominum animæ sunt ei credendæ, multo magis sunt committendæ pecuniæ.* Superest *c. 24. ibi.*

In

(*a*) S. Chrys. hom. 2. in 2. ep. ad Corinth. (*b*) Conc. Paris. VI. c. 12.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ne reduxit. *Extrav. un. de Immunit. int. Com.* Clemens V. vero eam penitus abrogavit. *Clem. un. d. t.*

34 In schismate Avenioniensi passim ipsi Pontifices Clero decimam suo arbitrio imponebant, & frequenter generaliter. Hinc in Concilio Constantiensi cautum est (*a*): *Per summos autem Pontifices nullatenus imponi generaliter* decimas, & alia onera *super totum Clerum, nisi ex magna, & ardua causa, & utilitate universalem Ecclesiam concernente, & de consilio, & consensu, & subscriptione S. R. E. Cardinalium, & Prælatorum, quorum consilium commode haberi poterit. Nec specialiter in aliquo Regno, vel Provincia, inconsultis Prælatis ipsis Regni, vel Provinciæ, & ipsis non consentientibus, vel eorum majore parte, & eo casu personas ecclesiasticas & auctoritate Apostolica duntaxat levari.* En jus Germaniæ per Imperium.

35 In Gallia, aliisque Provinciis hæreditariis decimæ, aut aliæ præstationes publicæ, reliquaque subsidia Cleri, nomine doni gratuiti, aut alio titulo in ordinarias, extraordinariasque contributiones pridem transierunt. Id alibi reliquum est, quod Clerus à ministris ecclesiasticis taxetur, collecteturque, tum pede reali, si tributa scripta sint in possessiones, tum pede personali, si personas spectent. Realia fundis imponuntur nullo habito respectu personarum, ita, ut & exteri tallientur, sive in contributiones vocentur in locis, ubi fundi siti sint. In personalibus non habetur ratio fundorum, sed personarum; inde fit Personis impositio respectu lucri, & proventuum in loco domicilii. Ex his facile videre est, quæ ratio ineatur, dum partim realis, partim personalis collectio fit.

36 Non convenit, quod Clerus in subsidiis taxetur à laicis, unde in Decreto Maximiliani, & Mariæ Brabantiæ Ducum 1479. legitur, quod Clerus consenserit in subsidium quoddam, sed componendum, & colligendum per Deputatos Cleri absque interventu laicorum. In Gallia quoque donum gratuitum, per Prælatos, non autem laicos distribui, & colligi notum est.

37 Declararunt non semel Principes, competentiam Pastoralem exemptam à contributione ordinaria, extraordinariaque esse debere juxta *c. 1. de Cens.* Fuerunt quippe Principes semper solliciti, ut Parochis de competentia provideretur.

*38 In morali doctrina quid jucundius, quam veteris frugalitatis argumenta, & exempla revolvere? Ex sententia S. Ambrosii (*b*): *Ecclesia nihil sibi, nisi fidem* piæ dispensatio-

(*a*) Conc. Const. sess. 43. (*b*) S. Amb. ep. 31.

tionis *possidet. Hos reditus, hos fructus præbet. Possessio Ecclesiæ est sumptus egenorum. Numerent, quos redemerint templa captivos, quæ contulerint alimenta pauperibus; quibus exulibus vivendi subsidia ministraverint.* Ait S. Chrysostomus (*a*): *quando ejus facultatum videris magnitudinem, cogita etiam inscriptorum pauperum greges, ægrotantium multitudinem, innumerabilium expensarum occasionem. Sumus etiam parati vobis reddere rationem. — Sumptus in causas afflictæ Reipublicæ non sunt minores proventibus, sed etiam aliquando majores*, quibus nihil aliud, quam frugalis vita Cleri, & tenuitas edendi potandique parcissime sufficere visa est. Juxta Concilium Parisiense VI (*b*). *Cesset ergo ambitio, vel invidia, quæ dicere solet, nimis rerum habere Ecclesias Christi, & perpendat, quia, quantæque sunt res Ecclesiæ, si eo modo, quo dispensandæ sunt, dispensentur, nimiæ non sunt. Cupiditas quippe, imo negligentia quorundam dispensatorum, non Ecclesiæ, amplæ res in vitio sunt, quia spretis pauperibus, in luxum, & fastum Cleri absumuntur.*

TIT. XIX.

De Administratione & Alienatione bonorum Ecclesiasticorum.

CAP. I.

De Veteri Episcoporum Potestate.

1 Episcopos primitus fuisse rerum ecclesiasticarum primarios, ac præcipuos Dispensatores nos edocent SS. Canones. Canon. 41. vulgo Apostolorum ait: *Jubemus Episcopum rerum Ecclesiæ potestatem habere.*

2 Iisdem Episcopis tanquam piorum redituum Administratoribus commendabatur cura pauperum, & egenorum. Inquit Concilium Antiochenum: *Episcopus habeat rerum Ecclesiæ potestatem, ut eas in omnes egentes dispenset, cum multa cautione, & Dei timore.* Apud Gratian. *c. 23. XII. quæst. 1.*

3 Primis ergo sæculis summa & libera administrationis, & dispensationis auctoritas penes Episcopum per singulas Diœceses stetit. Rationem reddit citatus Apostolorum Canon: *Si enim pretiosæ hominum animæ sunt ei credendæ, multo magis sunt committendæ pecuniæ.* Superest *c. 24. ibi.*

In

(*a*) S. Chrys. hom. 2. in 2. ep. ad Corinth. (*b*) Conc. Paris. VI. c. 12.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

4 In tanta negotiorum mole Episcopis (*a*) exemplo Apostolorum commendatum fuit, ut ipsi, qui se totos lectioni, orationi, & prædicationi dare debent, non per se viduarum, & pauperum curam gererent, sed eam in Archipresbyterum, vel Archidiaconum rejicerent.

5 Subnatis corruptelis œconomos, qui sæpe dicti sunt & Vicedomini, adoptare placuit. Concilium Chalcedonense usum œconomorum per Orientem universalem reddidit, censurisque munivit. *c.* 4. *D.* 89.

6 Justinianus Imp. sæpe horum œconomorum meminit, quibus & injunxit, ut singulis annis rationem suæ administrationis Episcopo redderent, damnum reparaturi, siquod ex culpa, vel alio vitio rebus ecclesiasticis intulissent. *L.* 42. §. 5. *C. de Ep. & Cler.*

7 Per Occidentem Concilium Hispalense II. exemplo Decreti Chalcedonensis Episcopum ad operam œconomi adstrinxit, ex proprio Clero assumendi, ut testem haberet fidelis dispensationis. *c.* 22. *XVI. q.* 7.

8 Invalescente nova forma, quæ ad singulos beneficiatos plenam administrationem piorum redituum devolvit, usus œconomorum desiit, quia sola administratio eorum bonorum, quæ immediate olim ipsi Episcopatui cohærebant, Episcopi potestati reservari cœpit. Vetus querela fuit, quod Episcopi omnia sibi arrogarent, ut Clericis fere nihil, aut nonnisi modicum relinquerent. *c.* 23. §. 5. *D.* 93.

9 Supersunt tamen ceteris episcopalis auctoritatis quædam vestigia in reliquis beneficiis; utpote quod singuli Possessores ad ingressum beneficii Episcopo juratam fidem dare debeant, se specificationem omnium fructuum intra annum à die Nativitatis S. Joannis esse exhibituros, inventarium omnium bonorum deposituros, nihil sine consensu Episcopi alienaturos. Huc revocant, quod & Episcopo reservetur, ut annuis computibus piarum administrationum adesse debeat. Alicubi beneficiati testari prohibentur sine licentia Episcopi. In quibusdam locis ad Episcopum mobilia intestatorum Clericorum devolvuntur. Alibi Episcopo jus est percipiendi proventus beneficiorum vacantium, litigiosorum, aut residentia destitutorum.

10 In ministerium veterum Diaconorum, & Presbyterorum successisse censetur Capitulum Cathedrale, ut Episcopo à consiliis, & manu sit in administratione, & alienatione bonorum ecclesiasticorum. *Tit. de his, quæ fiunt à Præl. sin. consens. Capit.*

Ex

(*a*) Conc. Carth. IV. c. 17.

11 Ex veteri officio Archidiaconis, & Archipresbyteris nonnullibi reliquum est jus dispensandi proventus Ecclesiarum Parochialium, durante vacantia, quod vocari solet, *jus deportus*, utpote ad fidelem curam, & providam dispensationem eorum redituum.

12 Præcipit Concilium Tridentinum (*a*), ut Capitulum Sede vacante, si fructuum percipiendorum ei munus incumbit, œconomum unum, vel plures fideles, ac diligentes decernat, qui rerum ecclesiasticarum, & proventuum curam gerant.

13 S. Carolus in Concilio Mediolanensi V. (*b*) vetus Decretum Concilii Chalcedonensis ad rem restaurandæ disciplinæ maxime facturum censuit, ut ab Episcopo œconomus constituatur, qui Ecclesiæ Cathedralis prædia, bona, resque de illius sententia, & arbitrio administret *ut non modo illa non dissipentur, sed testis sit rectæ administrationis, ac dispensationis.*

14 Administrationis quædam species est elocatio, si modo intra terminis simplicis, & nudæ elocationis concludatur. Quippe longioris temporis terminus efficit, ut potius ad alienationem revocetur. *Clem.* 1. *de Reb. Eccl. non Alien.* Cap. 2. De Elocat. bon. Eccles.

15 Hinc duplex distinguitur locatio; una ad modicum, altera ad longum tempus fit. Jure civili modicum ad novennium, & infra hoc spatium: longum vero ad decennium, & supra hoc tempus producitur: quemadmodum Principum constitutiones longum tempus in præscriptione definiverunt. *Nov.* 120. *c.* 3. *& ibi Glossa.*

16 Jure Ecclesiastico longi temporis elocatio frequenter elocatio ad firmam dicitur. Paulus II. modicum tempus ad triennium, & infra istud, contraxit; longum enim tempus esse censuit; quod ultra triennium porrigitur. *Extrav. un. de Reb. Eccl. non Alien. int. Com.*

17 Quum Bulla Pauli II. ubique recepta non sit, alicubi placuit (*c*), mediam viam inter jus civile, & ecclesiasticum inire. In Belgio terminus ordinarius locationis domorum, & terrarum arabilium est novem annorum, pro pratis sex; pro decimis trium, si tamen seorsim à terris arabilibus elocentur.

18 Si plures fiant unius ejusdem rei elocationes in certum, & legitimum tempus sæpius repetitum; v. g. in plura triennia, aut novennia, ea conditione, ut tot sint locationes quot triennia, novenniaque, quia finito primo triennio, aut

(*a*) Trid. sess. 24. c. 16. (*b*) Conc. Mediol. V. P. 3. c. 11.
(*c*) Synod. Camer. II. tit. 15. c. 64.

novennio prætenditur nova locatio: tunc hæ nullæ sint, saltem quoad excessum legitimi temporis, veluti manifeste in fraudem legis factæ. Decrevit Synodus Cameracensis (*a*), contractum locationis terrarum arabilium renovari non posse, nisi finito sexennio prioris contractus; quoad prata quadriennio & quoad decimas biennio.

19 Concilium Tridentinum locationes anticipatis solutionibus (*b*), in quantum in præjudicium successorum cedere queunt, invalidas declaravit, quocunque indulto, aut privilegio non obstante? nec hujusmodi locationes in Romana Curia, vel extra eam confirmentur.

20 Inde ad cautelam Synodus Buscodunensis sub Masio prohibuit (*c*), ne Ecclesiarum Rectores pendentes beneficiorum fructus, aut currentes proventus quovis prætextu vel vendant, vel elocent, nisi dilata in id tempus pretii, vel mercedis solutione, quo fructus erunt à solo separati, aut annus cessit.

21 Inter alias cautelas & alibi provisum est, quod locationes prædiorum ecclesiasticorum publice præviis proclamationibus fieri oporteat, nisi propter collusionem incolarum expedire videatur, eas secreto, & è manu, ut ajunt, fieri.

22 In Gallia vetitum est, bona eclesiastica Ministris Regiis, Magistratibus, aliisque Nobilibus elocari, nec sub prætextu conductionis à potentioribus, & ditioribus occupentur, aut illorum proventus divertantur. Vetantur ibi & Clerici decimas, census, prædia, aut terras alienas conducere.

23 Jure communi elocatio, à Beneficiato facta, non protenditur ultra ejus vitam, quia nonnisi usufructuario jure bona Ecclesiæ tenet, ut ea ultra istud tempus nequaquam elocare queat. *L.* 9. §. 1. *ff. Locat.*

24 Quorundam tamen locorum consuetudine invaluit, quod Successor beneficii, saltem aliquo tempore stare teneatur locationi per Prædecessorem factæ, utpote quia vel auctione publica facta, aut Superioris auctoritate confirmata est. Generalius Resignatarius, & Permutatarius Prædecessorum pactis stare tenentur.

25 Si Prælatus, tanquam Administrator, bona Ecclesiæ elocavit, utpote quia bona ad Conventum, aut Communitatem spectant, contractui stare quisque Successor tenetur; sicuti Tutor, qui alteri Tutori in officio administrationis successit.

Cap. 3. De Alienat.

26 Olim, cum satis perspecta sacrorum Administratorum pie-

(*a*) Synod. Camer. ibi. (*b*) Trid. sess. 25. c. 11.
(*c*) Synod. Buscod. tit. 10. c. 11.

pietas erat, ipsi & servos manumittere, & vasa sacra redimendorum captivorum causa, quæ inter incursus barbarorum frequens fuit, distrahere, Monasteria, & hospitalia condere, aliaque omnia pro ductu conscientiæ suæ agere potuere. *c.* 24. *XII. q.* 1.

27 Inde fere à sæculo IV. apparuere Canones, qui alienationem indiscretam rerum ecclesiasticarum vetant. In Concilio Carthaginensi IV. decretum est, *ut nullus res Ecclesiæ*, pro arbitrio suo *distrahat*. Refert. *c.* 39. *XVII. q.* 4.

28 In Oriente Leo Imp. ann. 470. legem edidit, qua Episcopo, vel œconomo Constantinopolitanæ Ecclesiæ vetatur rerum, & possessionum ecclesiasticarum alienatio, *ut, sicut ipsa Religionis, & fidei mater perpetua est: ita ejus patrimonium jugiter servetur illæsum.* Refert. *L.* 14. *C. de SS. Eccles.*

29 Hanc legem, quam Leo ad Constantinopolitanam Ecclesiam restrinxit, Anastasius Imp. posthac ad omnes Ecclesias Constantinopolitani Patriarchatus extendit, donec Justinianus abrogata utraque lege edictum ad omnes Ecclesias, locaque religiosa prorogaverat. *Auct. hoc jus porrect. & seqq. ibi.*

30 In Occidente Symachus Papa huic interdicto solam Romanam Ecclesiam subjecit. Inquit Decretum: *Universis Ecclesiis per Provincias secundum animarum considerationem, quam proposito religionis convenire Rectores eorum viderint, more servato.* Gratianus veterem lectionem evertit. *c.* 20. *XII. quæst.* 2.

31 Labentibus sæculis hæ leges, & regulæ tum per Orientem, tum per Occidentem ad omnes Ecclesias extendendæ fuerant, quia Ecclesiastici, solum usumfructum nacti earum rerum, sæpe sua emolumenta ex his bonis haurienda magis, quam successorum, & Ecclesiarum utilitatem spectarunt. *c.* 18. *& seqq. ibi.*

32 Inter has auctoritates refert sub nomine Leonis Decretum Gratianus, quo sine exceptione prohibetur, ne quis Episcopus de rebus Ecclesiæ suæ quidquam donare, vel commutare, vel vendere audeat &c. Eruditi tamen hanc decretalem Leoni I. abjudicant. *c.* 52. *ibi.*

33 Jure novo prætensum Decretum Leonis recentiores Pontifices passim suum fecere. Sic Innocentius III. in ea causa disserte ad auctoritatem Leonis provocat. *c.* 7. *&* 8. *de his quæ fiunt à Prælat. sine consens. Capit.*

34 In Concilio Valentino vulgata est regula, irritam esse Episcoporum donationem, vel venditionem, vel commutationem rei ecclesiasticæ absque collaudatione, & subscriptio-

tione Clericorum. Juxta crisim Eruditorum hoc Decretum in nullo Concilio Valentino vel Galliæ, vel Hispaniæ reperitur. Superest tamen. *c. 1. d. t.*

35 Hodierno usu Episcopi juxta formulam, in Pontificali præscriptam, jurant in sua ordinatione, quod non alienare velint bona mensæ suæ. Similiter & Beneficiati ad ingressum possessionis jurant, se non alienaturos bona beneficii sui.

36 Juxta leges civiles nomine vetitæ alienationis venditio, donatio, emphyteusis, aut ususfructus conditio, & specialis hypothecæ obligatio exprimitur. His novum jus admisçet & *conditionem*. Quidam prætendunt, legendum esse *conductionem*, utpote longioris temporis. Nonnulli explicant illam conditionem contractui adjectam, qua status, causa, & natura prædii; v. g. per impositionem tributi, pensionis, servitutis immutari videretur. Reliquis placet voculam illam, quæ Librariorum vitio irrepere potuit, aut venditioni quondam substituta fuit, expungere. *c. 5. de Reb. Eccl. non Alien.*

37 Inde ad mentem legum, Cannonumque res eo recidit, ut Beneficiatus fructibus sui beneficii libere uti, fruique, & ex proventibus vivere possit, ita tamen, ut ipsas res integras conservet, relicturus successoribus, quod & ipsi libere, & plene proventus percipere queat, quia, sicut ipsa Religio perpetua est, ita & ejus patrimonium servari debet illæsum. *L. 14. C. de SS. Eccl.*

Cap. 4. De Solemn. alien.

38 Supersunt tamen & alienationis legitimæ causæ; utpote necessitas, utilitas, & pietas. Ait S. Gregorius (*a*): *Et sacrorum Canonum, & legalia statuta permittunt, ministeria Ecclesiæ esse pro redemptione captivorum vendenda.* Refert. *c. 14. & 15. XII. q. 2.*

39 Inter has causas pietas primas fert, quia melius est aurum impendi redimendis captivis, & alendis pauperibus, quam ornandis templis. Clamat S. Bernardus (*b*): *O vanitas vanitatum, sed non vanior, quam insanior! fulget Ecclesia in parietibus, & in pauperibus eget.*

40 In Decreto Gratiani frequens est locus veterum auctoritatum, quæ commendant, & vasa sacra, utcunque pretiosa, & consecrata esse distrahenda, ut eorum pretio necessitati pauperum succurri queat. *Nam Ecclesia non habet aurum, ut servet, sed ut eroget, & in necessitatibus subveniat.* Refert. *c. 70. & 71. XII. q. 2.*

41 Causa hujus pietatis apud veteres omni exceptione major est: corruptis tamen sæculis illa satis viluit. Queritur S.

(*a*) S. Greg. lib. 6. ep. 35. (*b*) S. Bern. Apol. ad Guil. cap. 11.

S. Bernardus (*a*): *Ecclesia suos lapides induit auro, & filios suos nudos deserit; de sumptibus egenorum servitur oculis divitum. Inveniunt curiosi, quo delectentur, & non inveniunt miseri, quo sustententur.*

42 Meminere veteres Canones & aliarum causarum; utpote, si necessitas, vel utilitas Ecclesiæ alienationem persuaderet. Quum veteri more tota potestas administrationis penes Episcopum staret, justa causa alienationis Concilio Provinciali dicenda fuit, ut ejus Decreto probaretur. Hilarius Papa (*b*) sæculo V. in Galliam rescripsit: Prædia ad Ecclesiam pertinentia in alterum non transferantur, *nisi prius apud Concilium alienationis ipsius causa doceatur; ut, quid fieri debeat, communi omnium deliberatione tractetur.*

43 Succedente nova partitione administrationis successit, quod examen causæ ad eos devolveretur, qui alienationem per sua suffragia probare debent, quia prætensum Decretum Leonis requirit totius Cleri tractatum. *c. 52. XII. q. 2.*

44 Hinc, si agatur de bonis spectantibus ad Capitulum, vel Conventum, omnes Canonici, vel Monachi ad sonum campanæ convocandi in unum sunt, ut deliberent, an justa, & sufficiens causa sit alienationis? Et quilibet dicat suum suffragium ex animi sententia. Quantum ergo ad tractatum singulis est suum suffragium; quantum vero ad consensum majoris partis sententia spectatur: nisi minor pars possit, & velit causam rationabilem opponere, ut negotium differendum videatur. Si convenerint vel omnes, vel major pars in unam sententiam, tunc instrumentum hujus tractatus, & consensus erigitur, vulgari formula: tales Canonicos, & Monachos N. post longum, & diligentem tractatum communi consensu confirmasse, quod talis possessio propter talem causam alienetur, & pecunia ad dictam causam convertatur, credentes, hoc utilius Ecclesiæ expedire. Hic tractatus, & consensus Capituli Episcopi auctoritate abhinc stipandus est, sive agatur de Ecclesia Cathedrali sive Collegiata, sive & Regulari, non tamen exempta. *c. 1. de Reb. Eccl. non Alien.*

45 Si agatur de bonis Ecclesiæ, quæ non habet Capitulum, aut Conventum, sufficit solus consensus Episcopi, etiam inconsulto Clero Cathedrali. Solet hodie Episcopo porrigi supplex libellus, qui eum plerumque remittit ad Decanum ruralem, ut justam informationem prætensæ cau æ capiat, judicium suum ad Episcopum relaturus: quo accepto Episcopus annuit, vel renuit, nisi uberius examen videatur necessarium.

In-

(*a*) S. Bern. ibi. (*b*) Hil. ep. 8.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Informatio capienda est juxta. *L. 5. ff. de Reb. eor. qui sub tutel.*

46 Paulus II. prætendit, nulla Ecclesiarum, aut Monasteriorum bona inconsulto Pontifice alienari posse. Hic rigor obtinet in Ecclesiis, & Monasteriis exemptis. Quippe in aliis Ecclesiis, aut Monasteriis hæc lex, quoad hoc punctum, recepta ubique haud est. *Extrav. Com. un. de Reb. Eccl. non Alien.*

47 Et vero, si ipsi exempti habeant alias Ecclesias non exemptas, sibi pleno jure subjectas, earum alienationem sufficit illius Superioris, qui habet jurisdictionem quasi episcopalem, consensu probari, confirmarique.

48 Juxta Pontificale Romanum Episcopi in sua inauguratione spondere jurato debent, quod possessiones ad mensam suam pertinentes haud alienaturi sint, inconsulto Romano Pontifice. Inde, quando hodie ad Pontificem pro licentia alienationis recurritur, solet Papa alicui in partibus committere; ut videat, an expediat, illam rem alienari, & ad relationem illius auctoritatem interponere: alias enim alienatio etiam ex auctoritate Papæ admissa irritaretur veluti jure non facta. Rescriptum Apostolicum dicitur: *Si in evidentem*, quia continet clausulam: *si per informationem alienationem in evidentem & urgentem necessitatem factam esse repereris.* In Gallia rescriptum *motu proprio* cum clausula *invitis Clericis* non admittitur.

49 Præter consensum Superioris ad alienationem requiritur etiam assensus Patroni de iis bonis, quæ à Patrono profecta sunt. In Gallia, & alibi eo exemplo oportet in alienatione intervenire & consensum Principis, quia Patronus, vel Protector bonorum ecclesiasticorum habetur. Si ea occasione ad Regem recurritur, tunc informatio, aut examen causæ judicibus loci, aut aliis Regiis Deputatis demandatur: qua facta, si necessitas, aut utilitas appareat, literæ nomine Regis expediuntur, quibus licentia alienandi exprimitur.

50 Tria potissimum inde ad alienationem requiruntur; nimirum legitima causa alienandi, tractatus, seu discussio causæ, & consensus tum Superioris, tum Capituli, ubi is desideratur. De consensu oportet constare per publicum instrumentum, cui omnes subscribere debent. Hodie tamen receptum est, quod nomine Capituli præsentibus omnibus subscribat Secretarius, vel Notarius.

51 Reliquæ solemnitates, quas Gratianus *ad Can. 2. X. q. 2.* copiosius ex legibus civilibus collegit, passim negliguntur. Maxime enim in his causis hodie spectari solet, an subsit, sub fue-

fueritque urgens necessitas, vel utilitas Ecclesiæ, aut an inde grave damnum Ecclesiæ succreverit? Primum ergo fert in alienatione punctum, ut causa alienationis graviter discutiatur, atque in instrumento specifice, omnibus circunstantiis vallata, exprimatur, ut facile probari queat, aut præsumi debeat. Si forma est servata, consensusque Superioris apparet, semper pro utilitate Ecclesiæ præsumitur. Solemnitates vero aliæ extrinsecæ probari debent, quia non præsumuntur, nisi antiquitate, & longinquitate temporis suffulciantur.

52 Nonnullæ alienationes etiam post lapsum notabilis temporis suspectæ habentur; utpote quæ in familiares, aut cognatos ipsius Prælati redundasse probantur. Justinianus certis personis, veluti œconomo, ejusque propinquis interdixit, res Ecclesiæ acquirere. *Auct. quibuscunque de SS. Eccl.* In Germania plerumque subhastatio in illis alienationibus, quæ decreto Superiorum egent, requiritur.

53 Si nihilominus posthac notabilis læsio Ecclesiæ apparet, potest, non obstante quâcunque alienatione cum omni solemnitate facta, peti restitutio in integrum, ita tamen, ut expensæ in rem utiliter, vel necessario bona fide factæ refundantur. *c. 1. de Restit. in integr.*

54 Quantum ad causam pauperum restituendam, plerumque patrimoniis Ecclesiarum nihil funestius est quam luxus, & fastus administratorum. Hinc enim Ecclesiæ passim egent, quia male administrantur. Queritur apud Alexandrum II. B. Petrus Damiani (*a*): *Quotidie regales epulæ, quotidie apparatus, quotidie nuptiale convivium, & unde refrigerare debuerant indigentes, rubentium tabularum recreant gestatores.*

55 Quid ergo? an in morali doctrina per rationes status fastus, luxusque quiscunque Cleri excusari potest? En stimulos Pastorales (*b*) Bartholomæi à Martyribus: *Dicunt aliquando Pastores: non possumus subditos nostros in obedientia, & officio continere; nisi splendore, & pompa auctoritatem apud eos consequamur. O cæcitatem insignem! Ministri Christi prudentiores Christo esse volunt. Christus namque, mediantibus hominibus plenis spiritu suo, id est, spiritu humilitatis, & paupertatis mundum subegit; ac spiritum carnis, & mundi expugnavit: modo vero dicitur, spiritu mundi, id est, nisi Pastores armentur pompa, ac fulgore sæcularis potestatis. Quid magis præposterum potuit excogitari &c.* Ecce! *Ejusmodi pompa plus scandalizat subditos, quam ædificat.* Juxta vetus Decretum Concilii Carthaginensis: *Episcopus*

(*a*) Damian. lib. 1. ep. 10. (*b*) Stim. Past. p. 2. c. 6. de hum. & mod. Prælat.

pus vilem suppellectilem, & mensam, ac victum pauperem habeat, &, dignitatis suæ auctoritatem fide, & vitæ meritis quærat. Quid consultius hia rationibus status? *cap. 7. D. 41.* Inquit S. Bernardus (*a*): *Honorificabitis ministerium vestrum non cultu vestium, non equorum fastu, non amplis ædificiis; sed moribus ornatis, studiis spiritualibus, operibus bonis.* Synodus Cameracensis de ann. 1565. hæc monet (*b*): *Homini ecclesiastico, quacunque dignitate fulgeat, plus affert laudis frugalitas in mensa, quam sumptus: plus dedecoris exquisitus apparatus, quam simplex: plus molestiæ longus accubitus, quam brevis, & naturæ sufficiens. Sit ergo cultus in mensa, & conviviis, alibive in gravitate, & sobrietate, quam in pompa, & deliciis.*

TIT. XX.

De Hospitalibus, & locis Religiosis.

CAP. I.

De vario Hospitalium genere.

1 Corruptis sæculis passim officium hospitalitatis, quam S. Apostolus Episcopo commendat, per luxum & fastum Cleri expunctum videri poterat. Inquit S. Hieronymus (*c*): *Ante omnia hospitalitas* ex ratione status *futuro Episcopo denuntiatur. — Episcopus, si omnes non receperit, inhumanus est.*

2 Principio Episcopi partium fuit, pauperibus, viduis, infirmis, peregrinis, orphanis, senibusque prospicere, quibus per Diaconos partem oblationum deductis, quæ Clero & fabricæ impendenda fuerant, erogavit. Postquam Ecclesia statos reditus nacta est, quarta egentibus cujuscumque generis assignata est, quibus, ut liberalius haberentur, extructæ sunt ad sublevamen Episcoporum peculiares domus, quas hospitalia vocamus, quasque rexerant Presbyteri, & Diaconi, Episcopis rationem administrationis reddituri. *L. 32. C. de Episc. & Cler.*

3 Hospitalium nonnulla privata devotione erecta sunt, quæ passim laicalia dicuntur, ut distinguantur ab illis, quæ jure religiosorum locorum censentur, quia auctoritate Episco-

(*a*) S. Bern. ad Henr. Senon. c. 2. (*b*) Conc. Camer. de vit. & honest. Cler. c. 2. (*c*) S. Hier. in epist. ad Tit. c. 1.

copi ad illum pium usum ritu ecclesiastico deputata sunt. *Arg. c. 10. de Privil. & ibi Panormit.*

4 Canonici, & Monachi (*a*), quibus vi regulæ hospitalitas commendata est, cœperant extra clausuram ad portas Monasterii hospitalia construere, in quibus pauperum curam Monachus, Canonicusve gereret, Abbati rationem sui officii redditurus.

5 Labentibus sæculis quædam hospitalia sunt in titulum ecclesiasticum erecta, quæ inde solis Clericis sunt conferenda, sub obligatione impendendi proventus honestæ suæ sustentationi superfluos secundum leges fundationis in usum pauperum. Vetat Clemens I. hospitalia Clericis in titulum conferri, *nisi in fundatione secus constitutum fuerit, seu per electionem sit de Rectore loci hujusmodi providendum. Clem. 2. de Relig. domib.*

6 Nonnulla hospitalia aliquando per viam suppressionis fuerant Monasteriis, aut Capitulis unita, ita scilicet, ut ipsum hospitale una cum dote, ac proventibus sit erectum in Monasterium, aut Capitulum; quo casu ipsa hospitalia sunt quodammodo extincta, aut in Monasterium, seu Capitulum commutata. Sæpius tamen suppressio fit cum speciali onere hospitalitatem juxta primævam eorum fundationem exercendi: quod ex legibus incorporationis, & unionis est hauriendum.

7 Subinde hospitalia simplici unione Monasteriis tribuuntur, ut curam, & administrationem illius suscipiant, cum obligatione hospitalitatem exercendi, & proventus impendendi juxta leges ipsius fundationis. Præcipit Concilium Tridentinum inde (*b*), ut impositum onus, officiumque ex asse impleant.

8 Inde à sæculo XII. frequenter hospitalia fuere credita viris, mulieribusque religiosis in communi viventibus, ut ipsi infirmorum, & pauperum curam haberent; ita tamen, ut superintendentia, & primaria quasi administratio penes alios, sive laicos, sive Ecclesiasticos staret.

9 Præcipit Concilium Chalcedonense, ut *Clerici in Ptochiis, & in Monasteriis, aut Martyriis constituti, sub potestate sint ejus, qui in ea civitate est Episcopus, secundum traditionem SS. Patrum, nec per præsumptionem recedant à suo Episcopo.* Refert. *c. 10. §. 1. XVIII. q. 2.* Cap. 2. De Jur. Episcop.

10 Leges civiles passim inspectioni Episcopi commendant administrationem hospitalium, ut eorum bona secundum le-

(*a*) Syn. Aquisgr. c. 141. (*b*) Trid. sess. 25. c. 8.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

pus vilem suppellectilem, & mensam, ac victum pauperem habeat, &, dignitatis suæ auctoritatem fide, & vitæ meritis quærat. Quid consultius hia rationibus status? *cap. 7. D. 41.* Inquit S. Bernardus (*a*): *Honorificabitis ministerium vestrum non cultu vestium, non equorum fastu, non amplis ædificiis; sed moribus ornatis, studiis spiritualibus, operibus bonis.* Synodus Cameracensis de ann. 1565. hæc monet (*b*): *Homini ecclesiastico, quacunque dignitate fulgeat, plus affert laudis frugalitas in mensa, quam sumptus: plus dedecoris exquisitus apparatus, quam simplex: plus molestiæ longus accubitus, quam brevis, & naturæ sufficiens. Sit ergo cultus in mensa, & conviviis, alibive in gravitate, & sobrietate, quam in pompa, & deliciis.*

TIT. XX.

De Hospitalibus, & locis Religiosis.

CAP. I.

De vario Hospitalium genere.

1 Corruptis sæculis passim officium hospitalitatis, quam S. Apostolus Episcopo commendat, per luxum & fastum Cleri expunctum videri poterat. Inquit S. Hieronymus (*c*): *Ante omnia hospitalitas* ex ratione status *futuro Episcopo denuntiatur. — Episcopus, si omnes non receperit, inhumanus est.*

2 Principio Episcopi partium fuit, pauperibus, viduis, infirmis, peregrinis, orphanis, senibusque prospicere, quibus per Diaconos partem oblationum deductis, quæ Clero & fabricæ impendenda fuerant, erogavit. Postquam Ecclesia statos reditus nacta est, quarta egentibus cujuscumque generis assignata est, quibus, ut liberalius haberentur, extructæ sunt ad sublevamen Episcoporum peculiares domus, quas hospitalia vocamus, quasque rexerant Presbyteri, & Diaconi, Episcopis rationem administrationis reddituri. *L. 32. C. de Episc. & Cler.*

3 Hospitalium nonnulla privata devotione erecta sunt, quæ passim laicalia dicuntur, ut distinguantur ab illis, quæ jure religiosorum locorum censentur, quia auctoritate Episco-

(*a*) S. Bern. ad Henr. Senon. c. 2. (*b*) Conc. Camer. de vit. & honest. Cler. c. 2. (*c*) S. Hier. in epist. ad Tit. c. 1.

copi ad illum pium usum ritu ecclesiastico deputata sunt. *Arg. c. 10. de Privil. & ibi Panormit.*

4 Canonici, & Monachi (*a*), quibus vi regulæ hospitalitas commendata est, cœperant extra clausuram ad portas Monasterii hospitalia construere, in quibus pauperum curam Monachus, Canonicusve gereret, Abbati rationem sui officii redditurus.

5 Labentibus sæculis quædam hospitalia sunt in titulum ecclesiasticum erecta, quæ inde solis Clericis sunt conferenda, sub obligatione impendendi proventus honestæ suæ sustentationi superfluos secundum leges fundationis in usum pauperum. Vetat Clemens I. hospitalia Clericis in titulum conferri, *nisi in fundatione secus constitutum fuerit, seu per electionem sit de Rectore loci hujusmodi providendum. Clem. 2. de Relig. domib.*

6 Nonnulla hospitalia aliquando per viam suppressionis fuerant Monasteriis, aut Capitulis unita, ita scilicet, ut ipsum hospitale una cum dote, ac proventibus sit erectum in Monasterium, aut Capitulum; quo casu ipsa hospitalia sunt quodammodo extincta, aut in Monasterium, seu Capitulum commutata. Sæpius tamen suppressio fit cum speciali onere hospitalitatem juxta primævam eorum fundationem exercendi: quod ex legibus incorporationis, & unionis est hauriendum.

7 Subinde hospitalia simplici unione Monasteriis tribuuntur, ut curam, & administrationem illius suscipiant, cum obligatione hospitalitatem exercendi, & proventus impendendi juxta leges ipsius fundationis. Præcipit Concilium Tridentinum inde (*b*), ut impositum onus, officiumque ex asse impleant.

8 Inde à sæculo XII. frequenter hospitalia fuere credita viris, mulieribusque religiosis in communi viventibus, ut ipsi infirmorum, & pauperum curam haberent; ita tamen, ut superintendentia, & primaria quasi administratio penes alios, sive laicos, sive Ecclesiasticos staret.

9 Præcipit Concilium Chalcedonense, ut *Clerici in Ptochiis, & in Monasteriis, aut Martyriis constituti, sub potestate sint ejus, qui in ea civitate est Episcopus, secundum traditionem SS. Patrum, nec per præsumptionem recedant à suo Episcopo.* Refert. *c. 10. §. 1. XVIII. q. 2.* Cap. 2. De Jur. Episcop.

10 Leges civiles passim inspectioni Episcopi commendant administrationem hospitalium, ut eorum bona secundum le-

(*a*) Syn. Aquisgr. c. 141. (*b*) Trid. sess. 25. c. 8.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

gem fundationis dispensentur per fideles ministros. Hinc ejus est, Præfectos hospitalium probare, & si infideles repererit, destituere. *L.* 42. § 9. *L.* 46. §. 3. *C. de Episc. & Cler.*

11 Hoc exemplo monet S. Gregorius Januarium (*a*), Episcopum Calaritanum, ut ab Administratoribus hospitalium rationes sui officii exigeret. *Ut tibi*, inquit, *singulis quibusque temporibus rationes suas Xenodochi, qui in eis sunt constituti, vel fuerunt, subtiliter reddant.*

12 Ad Ludovicum Regem ann. 858. è Carisiaco Palatio, quo convenerant, scribunt Episcopi (*b*): *Sed & Rectoribus Monasteriorum, & Xenodochiorum, id est, hospitalium præcipit, ut, sicut canonica docet auctoritas, & Capitula Avi, & Patris vestris præcipiunt, Episcopis propriis sint subjecti, & Monasteria, atque hospitalia sibi commissa ipsorum regant consilio; quoniam Episcopi paternam sollicitudinem eis secundum ministerium illorum studebunt impendere.*

13 Jure novo è Synodo Romana sub Eugenio II. de ann. 826. superest Decretum *de Xenodochiis, & aliis similibus locis, ut per sollicitudinem Episcoporum, in quorum Diœcesi existunt, ad easdem utilitates, quibus constituta sunt, ordinentur.* Refert. *c.* 3. *de Relig. dom.*

14 Invalescentibus novis exemptionibus Monasteriorum, & Religiosi, Clericique, qui administrationem hospitalium nacti sunt, privilegio exemptionis suum officium ab Ordinariorum jurisdictione liberare sategerunt, ut liberius de illorum proventibus disponere possent. *Clem.* 2. *d. t.*

15 Ad exemplum Concilii Viennensis S. Synodus Tridentina (*c*) ad curam Episcoporum revocat, *ut hospitalia quæcunque à suis Administratoribus, quocunque illi nomine censeantur, etiam quomodolibet exemptis, fideliter, & diligenter gubernentur.*

16 Et alibi (*d*): *Episcopi habeant jus visitandi hospitalia, aliaque pia loca, etiamsi prædictorum locorum cura ad laicos pertineat; ac omnia, quæ ad Dei cultum, aut animarum salutem, seu pauperes sustentandos instituta sunt, ipsi ex officio suo juxta SS. Canonum statuta cognoscant, & exequantur; non obstantibus &c.* Ergo exemptionis privilegia ab hospitalibus sublata sunt.

17 Inquit Concilium (*e*): *Quodsi ex consuetudine, aut ex privilegio, aut ex constitutione aliqua loci aliis ad id deputatis ratio reddenda esset, tunc cum iis etiam adhibeatur Ordi-*

(*a*) S. Greg. lib. 3 ep. 24. (*b*) Labbæ Tom. 8. Conc. col. 654.
(*c*) Conc. Trid. sess. 7. c. 15. (*d*) Sess. 22. c. 8. (*e*) Ibi c. 9.

dinarius; & aliter factæ liberationes dictis Administratoribus minime suffragentur.

18 Quid amplius? (*a*) *Si hi, qui administrationem hospitalis habent, etiamsi laici sint, ab Ordinario moniti hospitalitatis munus adhibitis omnibus, ad quæ tenentur, necessariis, reipsa obire cessaverint; non solum per ecclesiasticas censuras, & alia juris remedia compelli ad id possint, sed etiam hospitalis ipsius administratione, curave perpetuo privari possint.*

19 Quantum tamen ad visitationem Episcopi, excepit S. Synodus hospitalia, quæ immediate sub ipsa Regum protectione consistunt; utpote ut sine eorum prævia licencia ab Episcopo non visitentur. Constat ex historia, jam pridem Xenodochia quædam, aliaque pia loca à Fundatoribus immediate protectioni Regiæ commendata fuisse. Synodus Regiaticina ann. 850. (*b*) rationes hujus propositi exponit: *Hi, qui Monasteria, & Xenodochia sub defensione sacri Palatii posuerunt, ideo fecisse probantur, quod à nullo melius, quam à summis Potestatibus protegenda crediderint; & si ea, contra decreta institutorum personis, quibus non licet, dederint, ipsi* coram Deo *impugnatores efficiuntur, qui propugnare debuerunt &c.*

20 Frequens tum & fuit, quod Fundatores sua hospitalia per suos hæredes administrari voluerint, ita tamen, ut ipsis invigilaret Episcopus. Inquit laudata Synodus (*c*): *Quæ autem sub defensione quidem sunt Ecclesiæ, sed juxta institutorum* (id est Fundatorum) *Decreta per hæredes, vel pertinentes, qui religiosam vitam duxerint, regi debent, procuret Episcopus, ut ab eis non negligantur; & si in aliquo malæ tractationis obnoxii reperiantur, ecclesiasticæ subjaceant disciplinæ.* Itaque jam pridem persuasum fuit, administrationem laicorum non excludere auctoritatem Episcopi, ut hospitalia visitet, & rationibus reddendis adsit, prout Synodus Tridentina supposuit, aut & instauravit.

21 Juxta Interpretes superest tamen & post Concilium Tridentinum, quod Episcopus vel à computu, vel à visitatione per leges fundationis, aut constitutiones locorum excludi queat, quia & Concilium Tridentinum (*d*) clausulam subjecit: *Nisi forte in institutione, & ordinatione talis Ecclesiæ, seu fabricæ expresse secus cautum esset.*

22 Hospitalia, privata laicorum auctoritate erecta, quia

(*a*) Trid. sess. 25. c. 8. (*b*) Synod. Regiatic. c. 16.
(*c*) Ibi c. 15. (*d*) Trid. sess. 22. c. 9.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

profana censentur, ab auctoritate Episcopi, quoad jus visitationis, tum jure communi, tum & Tridentino Decreto exemta relinquuntur, ut tamen computibus reddendis adesse possit, nisi secus in fundatione, aut ordinatione cautum sit.

23 Moribus locorum plerumque Magistratus sibi curam, & inspectionem hospitalium vindicat, ut Administratores laicos instituat, ab iisque rationes annuas exigat. Reliquum tamen est Episcopo, si Superiores laici negligentes fuerint in exactione rationum, aut correctione delinquentium, post monitionem eorum negligentiam supplere pro illa vice.

Cap. 3. De Præfec. Hospital.

24 Veteri more plerumque hospitalibus præerant Diaconi. Sic constat, veteres Pontifices Diaconias instruxisse certis proventibus, ut in iis, & ex iis per curam Diaconi Cardinalis pauperes, & ægri sustentarentur. Refertur de Gregorio III. quod Diaconiam SS. Sergii, & Bacchi instituerit, & concedens omnia, quæ in usum Diaconiæ existunt, statuerit perpetuo tempore pro sustentatione pauperum in Diaconiæ ministerio deservire.

25 S. Gregorius M. sæpius meminit Diaconorum, qui Xenodochiis præerant. Meminit alibi & Subdiaconi Xenodochio præpositi. In reliquis requirit S. Gregorius (*a*), ut, qui hospitalibus, aliisque piis locis præficiuntur, sive Clerici, sive laici, tales sint, *qui vita, moribus, atque industria inveniantur esse dignissimi.* Id tamen S. Pontifici in votis stetit, ut potius eligerentur Religiosi, quam sæculares.

26 Invalescente hospitalium diversitate, & multitudine frequenter accidit, quod Religiosis, in communi viventibus, hospitalia committerentur, ut tum bona, pauperum usibus deputata, summa fidelitate, & integritate administrarent, conservarentque, tum & infirmis, pauperibusque, insigni charitate, & mansuetudine inservirent, eisque corporaliter, & spiritualiter providerent. Meminit Clemens V. hospitalium militarium Ordinum, & aliorum Religiosorum Ordinum. *Clem. 2. de Relig. domib.*

27 Labentibus sæculis diversi Ordines Religiosi utriusque sexus inclaruere, qui curam, & ministerium diversorum infirmorum profitentur. Nostris moribus sæpe accidit, quod his Religiosis cura infirmorum, & directio hospitalis relinquatur, sed ita, ut computum iis reddant, qui vel secundum leges fundationis, vel consuetudines locorum, vel jus commune locis piis superintendunt.

28 Reliquis piis locis, in quibus vel pupilli educantur, vel

(*a*) S. Greg. lib. 3. epist. 24.

vel infantes recipiuntur, vel senes aluntur, vel peregrini, & hospites foventur, fere ubique præfici solent Administratores, & Rectores, laici, oportet inde & eos, fide pietate, vitæ innocentia, industria, integritate, & charitate esse probatos.

29 Est & in his piis domibus maximi momenti, ut, quæ ad salutem animarum pertinent, sedulo curentur. Jure communi hospitalia quoad curam animarum sunt subjecta ordinario Pastori loci. Inde hospitalia sub regimine laicorum constituta, passim ab Ecclesiis Parochialibus dependent, etsi interdum Oratoria, aut Sacella pro commoditate pauperum ibidem degentium, ad audiendam Missam, aut alia pia exercitia obeunda habeant annexa. Alia hospitalia vero Religiosorum Ordinum plerumque vel ex privilegio, vel longa consuetudine, vel alio speciali titulo habent peculiares Presbyteros, ut tum ipsis Religiosis, tum ipsis infirmis, pauperibusque Sacramenta administrent, aliaque pia exercitia præbeant. Præcipit Clemens V. utrimque veterem usum observari. *Clem. 2. de Relig. dom.*

Cap. 4. De Admin. Offic.

30 Hospitalia igitur ab hominibus trium generum reguntur; utpote Administratoribus, Clericis, & Ministris. Ministri ægris, & pauperibus succurrunt, vel sumptibus hospitalium, vel & gratis. Recentiores nonnulli Ordines peculiare votum emittunt, infirmis pauperibus vel in nosocomiis, vel & domi assistendi. Clerici pauperes, & ægros docent, & Sacramentis beant, quorum stationes in antiquis hospitalibus desierunt in beneficia, in novis vero pro libitu amoveri possunt, ut electioni optimorum locus sit. Administratores bonorum curam gerunt.

31 Corruptis sæculis passim datum est vitio tum Clero sæculari, tum Regulari, quod hospitalium administrationem nacti Ecclesiastici pios proventus in usus proprios verterint. Præcipit inde Concilium Viennense, ut eorum administratio viris laicis, providis, bonis, & idoneis Patribusfamilias crederetur, qui, ad instar Tutorum, & Curatorum inventarium conficere, juramentum præstare, & annuas rationes Episcopo reddere tenerentur. *Clem. cit.*

32 In Gallia leges regiæ Ludovici XIV. (*a*) nonnullas alias cautelas adjecerunt. In Germania Jus Electorale Saxonicum ab œconomis, seu hospitalium quæstoribus etiam cautionem idoneam exigit. Hamburgi, & Hallæ præscriptum est, ut œconomus hospitalium improles sit, quia nonnunquam Liberorum cau-

(*a*) Nov. 123. c. 23. Nov. 131. c. 15.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

causa pauperibus bona, & proventus hospitalis intercipiuntur, aut minuuntur.

33 Inter recentiores corruptelas hospitalium & illud observatum est, quod aliquando numero, & salariis Ministrorum facultates hospitalium exhauriantur, ut fere nihil, vel justo minus ad usus pauperum, & infirmorum supersit. Querebatur ann. 1212. Synodus Parisiensis (*a*): *Cum pauci sani possint multis infirmis competentius ministrare, indignum illud esse, ut numerus sanorum ibidem manentium excedat numerum infirmorum, aut peregrinorum.* Hac occasione nonnullæ leges hospitalium tum numerum, tum & salaria Ministrorum definiunt. Inquit Synodus: *Bona etenim ibidem ex fidelium devotione oblata, non sunt sanorum usibus deputata, sed potius infirmorum.*

34 Si contingit, quod hospitalia cuidam certo generi infirmorum, aut pauperum ex lege fundationis sint destinata, quorum numerus, vel periculum nostra ætate evanuit, S. Synodus (*b*) arbitrio Episcopi reliquit, ut illos pios proventus in alium pium usum, qui eorum institutioni sit proximior, ac pro loco & tempore utilior, procul ab omni scrupulo convertat, ut Administratores ansam captare non possint, hospitalium illorum reditus, & possessiones in proprios usus vertendi, eo prætextu, quod hujus generis pauperes, & infirmi haud supersint. Consultius tamen est, ut hujusmodi commutationes, præsertim, si fundatio sit notabilis, fiant utriusque potestatis consensu. In Gallia exeunte sæculo XVII. Ordo S. Lazari plurimos amisit proventus, quibus Ludovicus XIV. quædam Nosocomia restituit, ac dotavit.

Cap. 5. De Select. Paup. & Infirm.

35 Recidit ad officium Administratorum, ut veros pauperes, ac ægros à reliqua turba indignorum mendicabulorum, histrionum, nebulonumque secernant. Ait S. Carolus in Concilio Mediolanensi V. (*c*) *In hoc pauperum delectu, non egestatis, inopiæque, solum, sed morum etiam, ac vitæ, probitatisque ratio habeatur.* Quippe fundatorum intentio spectat eis succurrere, qui probabili causa egent.

36 Queritur ann. 1536. Synodus Coloniensis (*d*), *quod in quibusdam locis fit, ut neglectis miseris, ac inopibus, quibus hospitalia dedicata sunt, ex privato affectu Magistrorum, ac Magistrarum, qui hisce hospitalibus præsunt, non modo validi, sed & quibus victus, & vestitus suppetit, recipiantur, tantum quod illic commodius, & in otio vivatur.* In-

(*a*) Synod. Paris. p. 3. c. 9. (*b*) Trid. sess. 25. c. 8.
(*c*) Conc. Mediol. V. p. 3. Tit. quæ ad pia loc. pertin.
(*d*) Synod. Colon. p. 11. c. 6.

37 Inquit S. Synodus (*a*): *Sint autem Mendicantibus validis*, utpote qui labore manuum comparare necessaria vitæ per vires, & valetudinem corporis possunt, *non solum hospitalia clausa, sed & mendicare publice, ac ostiatim penitus interdictum. Et, qui secus agere comperti fuerint, arceantur, ac legalibus, nostrisque constitutionibus comprehensis, pœnis subdantur. Utilius enim esurienti panis tollitur, si de cibo securius justitiam negligat, quam eidem frangitur; ut seductus in justitiæ acquiescat.*

38 Vaga, & valida mendicitas nonnullorum hominum tum Ecclesiæ, tum Reipublicæ per quam pernitiosa, & periculosa, olim habebatur. Inde Valentinianus junior legem edidit, qua hi inertes, & absque ulla debilitate miseri homines urbe pelluntur. *L. un. de Mendic. valid.*

39 In Oriente Justinianus Quæstorem instituit, qui in peregrinos, causasque adventus inquireret. *Mendicantes vero,* inquit, *si hujus terræ*, utpote indigenæ, *fuerint, & corporibus quidem validis utuntur, vitæ autem eis decens non est occasio; hos non frustra esse pondus terræ permittere, sed tradere citius eos operum publicorum attinet artificibus ad ministerium.* Et infra: *læsos autem, vel læsas corpore, aut canitie graves, nos sine molestia esse jubemus in hac nostra civitate, aut pie agere volentibus adscribendos.* Refert. *Nov.* 80. *c.* 5.

40 Præcipiunt Capitularia (*b*) *de mendicis, qui per patrias discurrunt, — unusquisque fidelium — suum pauperem de beneficio, aut de propria familia nutriat, & non permittat alicubi ire mendicando.*

41 Juxta Decretum Concilii Turonensis II. (*c*) *Unaquæque civitas pauperes, & egenos incolas alimentis congruentibus pascat; & tam vicani Presbyteri, quam cives unusquisque suum pauperem pascant: quo fiet, ut ipsi pauperes per alias civitates non vagentur.*

42 His exemplis & recentiores leges Politices vulgarem, indiscretioremque mendicitatem reprimunt, passim editis edictis, ut peregrini, nisi justam causam sui adventus per literas testimoniales exhibuerint, à finibus Provinciæ arceantur, aut in patriam relegentur. Indigenæ vero, si quidem viribus valent ad opera publica, justam mercedem laboris sui merituri adigantur; illis vero, qui vere ægri, aut pauperes sunt, in hospitalibus provideatur. En saluberrimum consilium: *Nuper*, refert Zypęus, *Alostenses omnes undique ad-*

(*a*) Synod. Col. c. 5. (*b*) Capit. Franc. lib. 1. c. 118. (*c*) Conc. Turon. II. c. 5.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

advenas, validos mendicantes, fossis, quæ urbem cingunt, purgandis devoverunt; atque ita opus publicum minimo sumptu perfecerunt, vitia otiosorum minuerunt; quinimo id obtinuerunt, ut brevi eum locum mendicantes ut Charybdim vitarent, improbum laborem declinaturi.

43 Quantum ad disciplinam Ecclesiæ, decrevit S. Carolus in Concilio Mediolanensi IV. (*a*) ut, ubi mendicorum curæ ita consultum non est, ut certo quodam pio loco collecti, non mendicatim, victum sibi quæritent, Episcopi provideant, ut Parochi illos, qui intra fines suarum curarum sunt, in libro accurate, ordineque conscribant, exploraturi, *quo & unde illi migrent? quod vitæ christianæ institutum teneant? an, & quantum fidei rudimenta teneant? an diebus festis saltem Missæ sacrificio, & devote intersint? an, & quoties per annum confiteantur? an constituto saltem tempore Paschatis sacram Communionem sumant?* His addit: Parochi, *quos doctrinæ christianæ rudes mendicantes vagos viderint, festis diebus stata hora ad ejusdem doctrinæ Scholas convenire diligenter curent, eosdemque instruant.*

44 Reliquum officium est Administratorum, ut in hospitalibus honestati provideatur (*b*). Vetant Synodi: *in hospitalibus piisque diversoriis, ubi hospitalitas exercetur, mares cum fœminis*, etiam prætextu *matrimonii ne versari permittantur.* Hæc cautela multo magis in Orphanotrophiis, & Brephotrophiis, observanda, quia constat, nimis periculosam esse utriusque sexus familiarem conversationem.

45 Consulit S. Franciscus Salesius (*c*), ut inde singuli dormiant soli, aut nonnisi cum illis, quibus merito confidi possit. Maximi momenti abhinc est, ut his puerorum receptaculis nonnisi morigeri, & pii Rectores, & Rectrices præficiantur.

46 Superest Concilii Tolosani de ann. 1590 (*d*). Decretum, *ut infantes, ubi primum per ætatem licuerit, locis iis quibus commode, & per facultates fieri poterit, moribus optimis, artibusque, quæ sexum deceant, tam mares, quam fœminæ instruantur, donec eis Deo dante provisum fuerit.*

Cap. 6. De Confr.

47 Nostra ætate sat frequentes sunt & aliæ piæ societates per modum confraternitatum, quæ & ipsæ piis locis accensentur, quia religionis causa instituuntur, ut illi, qui tali Congregationi nomen dant, mutuo exemplo, & zelo ad quædam singularia pietatis opera excitentur. In Concilio

(*a*) Conc. Mediol. IV. p. 3. tit. quæ ad pia. loc.
(*b*) Concil. Mediol. I. de pior. loc. administr. (*c*) S. Franc. Sal. lib. 1. ep. 5.
(*d*) Conc. Tolos. p. 3. c. 6.

lio Basileensi Ægidius Carlerius, Decanus Cameracensis, hæc verba, ut refutaret errores Husitarum, fecit. *Non sunt de se illicitæ Confraternitates ipsæ; imo honestatis titulum habent, & parere possunt fructum. Nam Frater, qui juvatur à fratre, est quasi civitas firma.*

48 Harum quædam Confraternitatum sunt penitus laicales, id est, quæ laicorum directioni subsunt; quibus & aliquando peculiaria sacella sunt ad divina officia Confraternitatum per Presbyteros à Magistris harum piarum sodalitatum assignandos peragenda. Nonnunquam hæc sacella, & altaria, ad eum usum destinata in Ecclesiis Parochialibus, aut Regularium visuntur, quorum totalis directio & administratio residet penes laicos.

49 Aliæ sunt, ad quas quidem laici, veluti sodales, adscribuntur, ita tamen, ut earum omnimoda directo sit penes Ecclesiasticos, sive sæculares, sive Regulares. Harum, & illarum piarum Societatum salubris scopus est, ut fideles per particulares quasdam actiones faciliorem sibi salutis viam concilient.

50 Inde recentioribus constitutionibus in tanta diversitate Confraternitatum id cautum est, ut juxta Concilii Arelatensis (*a*) de ann. 1234. Decretum, *nulla fiat Confraternitas laicorum sine auctoritate, & consensu Episcopi Diœcesani.*

51 Quippe Episcopi est, examinare statuta, & privilegia Confraternitatum, ut nihil contineant, quod publicis, & necessariis christianis officiis adversetur, vel ipsis Sodalibus periculo salutis esse queat. Concilium Senonense de ann. 1524. vetat (*b*), *ne deinceps juramenta super observatione statutorum Confraternitatum aut præstentur, aut exigantur.*

52 S. Carolus in Concilio Mediolanensi IV. cavet (*c*), ut, *quo tempore in Basilica Cathedrali, Ecclesiave Parochiali officium celebratur, tunc ne in ullis Confratriæ, Scholæve Oratoriis civitatis, aut locis illius ab eisdem Confratribus recitari liceat officia, sed vel ante, vel post recitentur.*

53 Decreto Concilii Tridentini Episcopi etiam tanquam S. Ap. Delegati, habent jus visitandi Confraternitates laicorum, etiam, *quas Scholas, sive quocunque alio nomine vocant, ac omnia, quæ ad Dei cultum, aut animarum salutem, seu pauperes sustentandos instituta sunt*; etiamsi in Ecclesiis Regularium exemptorum illæ Scholæ, Confraternitatesque, earumque Capellæ erectæ sint, exerceanturve, repre-

(*a*) Conc. Arel. c. 9. (*b*) Conc. Senon. c. 30.
(*c*) Conc. Mediol. IV. tit. 18.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

sis abusibus, quos aut superstitio, aut ignorantia, turpis quæstus causa novellis devotiunculis sæpius aspergit.

* 54 Pastorum zelo quam maxime dignum est, populum ad solidiora Christianæ pietatis exercitia, cujuscunque sodalitii titulo instruere & instituere? S. Pius V. (*a*) pro educatione, & instructione christiana puerorum præcepit Ordinariis, *ut in suis respective Diœcesibus, tot Societates, seu Confraternitates, quot ad hoc SS. opus exercendum opportunæ videbuntur, auctoritate Apostolica erigant, & instituant.* S. Carolus inter reliquas unam sodalitatem, quæ odiis, & dissidiis componendis invigilaret, in Concilio Mediolansi IV. (*b*) proposuit. *Ut odiis*, inquit, *dissidis, atque inimicitiis occurratur, rursusque paci, cujus, fideles imprimi amantissimi esse debent, tot sanctissimis vinculis inter se juncti, consulatur: id præter cætera Episcopi paterna sollicitudine curent in sua urbe, ac Diœcesi aliquum hominum, qui morum gravitate, spectata integritate, & auctoritate præstantiores sunt, confratriam — instituere: cujus officium sit, discordiæ flammas restinguere, dissidia amovere, concordiam inire, pacemque inter omnes conciliare.* Quid salubrius est his (*c*), aliisque spiritualis, corporalisque misericordiæ christianis officiis, utpote quibus infallibile æternæ electionis præsagium suffragatur? *Si consolentur afflictos, pascant egenos, vestiant nudos, redimant captivos, suscipiant peregrinos, si errantibus viam salutis ostendant, desperatis spem veniæ consequendæ promittant — quis sic erit alienus à fide, ut dubitet, tales contemplativæ virtutis esse participes.*

TIT. XXI.

De Sepulturis.

CAPUT I.

De Exequiis.

1 Inter christianæ misericordiæ officia recensetur & sepultura defunctorum. Ait S. Augustinus (*d*): *Ipse quoque Dominus, die tertio resurrecturus, religiosæ mulieris bonum opus prædicat, prædicandumque commendat, quod unguentum pretiosum super membra ejus effuderit, atque hoc ad eum sepeliendum fecerit. Et laudabiliter commemorantur in Evangelio, qui corpus ejus de cruce acceptum diligenter, atque honorifice tegendum, sepeliendumque curarunt.*

(*a*) S. Pius V. Bull. 137. in Bull. Rom. (*b*) Conc. Mediol. IV. p. IV. tit. 12. (*c*) Int. ep. S. Prosp. de vita contempl. l. 1. c. 25. (*d*) S. Aug. de civit. Dei lib. 1. c. 13.

2 Sunt sepulturæ christianæ diversi ritus, quorum nonnullos à Gentilibus, alios à Judæis missa superstitione, aut vanitate, adoptavit Ecclesia. Nec id vitio est; quippe juxta S. Augustinum (*a*): *Nos non propter superstitionem profanorum debemus — fugere, si quid inde utile ad intelligendas scripturas rapere potuerimus.*

3 Quum veteri more corpora defunctorum passim patenter deferrentur ad sepulchra; componere ea ad modestiam placuit. Hinc mox ab obitu occlusi sunt oculi, compressa labia, corpus ablutum, & decenti vestitu obvolutum. Supersunt hæc plus, minusque & hodie, etsi corpora plerumque loculis operiuntur. Præcipit Rituale Romanum Pauli V. ut quisque Clericus sacris vestibus sui Ordinis amictus tumulo tradatur, quod nostra ætate, nostrisque Provinciis quoad Episcopos, Abbates, & alibi quoad Sacerdotes observatur. In reliquis successit, quod loculus velo nunc nigro, idque magis, vel minus pretioso pro defunctorum conditione, aliquando appositis insignibus, tectus exponatur, exporteturque.

4 Antiquitus sat vulgare fuerat, quod corpora sub vesperam efferrentur. Hac occassione consuetum fuit sepulturis faces, & cereos adhibere. In veteribus monumentis frequens fit mentio luminum, & lampadum in sepulturis tum Gentilium, tum Judæorum, tum & maxime Christianorum, utpote in signum lætitiæ. Ait S. Chrysostomus (*b*): *Dic mihi, quid sibi volunt istæ fulgentes lampades. An non defunctos tanquam Athletas deducimus?*

5 Ad signum lætitiæ spectat & cantus ecclesiasticus in sepulturis Christianis. Et quidem sat diu superfuit, quod in exequiis defunctorum *Alleluja* audiretur. Inquit S. Chrysostomus (*c*): *Quid etiam Hymni? An non Deum glorificamus, & gratias agimus, quod eum, qui excessit, coronaverit? Quod à laboribus liberaverit? Quod abjecto metu eum apud se habeat? Nonne ideo sunt Hymni? Nonne ideo Psalmodiæ? Hæc omnia sunt lætantium.*

6 Gentilis luctus alienus est à funeribus Christianorum, *eum sciamus, eos non amitti, sed præmitti, recedentes præcedere, ut proficiscentes, ut navigantes solent: desiderare eos deberi, non plangi: nec accipiendas hic esse atras vestres,*

(*a*) Lib. 2. de Doctr. Christ. (*b*) S. Chrys. hom. 4. in ep. ad Hebr. (*c*) Ibi.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

sis abusibus, quos aut superstitio, aut ignorantia, turpis quæstus causa novellis devotiunculis sæpius aspergit.

* 54 Pastorum zelo quam maxime dignum est, populum ad solidiora Christianæ pietatis exercitia, cujuscunque sodalitii titulo instruere & instituere? S. Pius V. (*a*) pro educatione, & instructione christiana puerorum præcepit Ordinariis, *ut in suis respective Diœcesibus, tot Societates, seu Confraternitates, quot ad hoc SS. opus exercendum opportunæ videbuntur, auctoritate Apostolica erigant, & instituant.* S. Carolus inter reliquas unam sodalitatem, quæ odiis, & dissidiis componendis invigilaret, in Concilio Mediolansi IV. (*b*) proposuit. *Ut odiis*, inquit, *dissidis, atque inimicitiis occurratur, rursusque paci, cujus, fideles imprimi amantissimi esse debent, tot sanctissimis vinculis inter se juncti, consulatur: id præter cætera Episcopi paterna sollicitudine curent in sua urbe, ac Diœcesi aliquum hominum, qui morum gravitate, spectata integritate, & auctoritate præstantiores sunt, confratriam — instituere: cujus officium sit, discordiæ flammas restinguere, dissidia amovere, concordiam inire, pacemque inter omnes conciliare.* Quid salubrius est his (*c*), aliisque spiritualis, corporalisque misericordiæ christianis officiis, utpote quibus infallibile æternæ electionis præsagium suffragatur? *Si consolentur afflictos, pascant egenos, vestiant nudos, redimant captivos, suscipiant peregrinos, si errantibus viam salutis ostendant, desperatis spem veniæ consequendæ promittant — quis sic erit alienus à fide, ut dubitet, tales contemplativæ virtutis esse participes.*

TIT. XXI.

De Sepulturis.

CAPUT I.

De Exequiis.

1 Inter christianæ misericordiæ officia recensetur & sepultura defunctorum. Ait S. Augustinus (*d*): *Ipse quoque Dominus, die tertio resurrecturus, religiosæ mulieris bonum opus prædicat, prædicandumque commendat, quod unguentum pretiosum super membra ejus effuderit, atque hoc ad eum sepeliendum fecerit. Et laudabiliter commemorantur in Evangelio, qui corpus ejus de cruce acceptum diligenter, atque honorifice tegendum, sepeliendumque curarunt.*

(*a*) S. Pius V. Bull. 137. in Bull. Rom. (*b*) Conc. Mediol. IV. p. IV. tit. 12. (*c*) Int. ep. S. Prosp. de vita contempl. l. 1. c. 25. (*d*) S. Aug. de civit. Dei lib. 1. c. 13.

2 Sunt sepulturæ christianæ diversi ritus, quorum nonnullos à Gentilibus, alios à Judæis missa superstitione, aut vanitate, adoptavit Ecclesia. Nec id vitio est; quippe juxta S. Augustinum (*a*): *Nos non propter superstitionem profanorum debemus — fugere, si quid inde utile ad intelligendas scripturas rapere potuerimus.*

3 Quum veteri more corpora defunctorum passim patenter deferrentur ad sepulchra; componere ea ad modestiam placuit. Hinc mox ab obitu occlusi sunt oculi, compressa labia, corpus ablutum, & decenti vestitu obvolutum. Supersunt hæc plus, minusque & hodie, etsi corpora plerumque loculis operiuntur. Præcipit Rituale Romanum Pauli V. ut quisque Clericus sacris vestibus sui Ordinis amictus tumulo tradatur, quod nostra ætate, nostrisque Provinciis quoad Episcopos, Abbates, & alibi quoad Sacerdotes observatur. In reliquis successit, quod loculus velo nunc nigro, idque magis, vel minus pretioso pro defunctorum conditione, aliquando appositis insignibus, tectus exponatur, exporteturque.

4 Antiquitus sat vulgare fuerat, quod corpora sub vesperam efferrentur. Hac occassione consuetum fuit sepulturis faces, & cereos adhibere. In veteribus monumentis frequens fit mentio luminum, & lampadum in sepulturis tum Gentilium, tum Judæorum, tum & maxime Christianorum, utpote in signum lætitiæ. Ait S. Chrysostomus (*b*): *Dic mihi, quid sibi volunt istæ fulgentes lampades. An non defunctos tanquam Athletas deducimus?*

5 Ad signum lætitiæ spectat & cantus ecclesiasticus in sepulturis Christianis. Et quidem sat diu superfuit, quod in exequiis defunctorum *Alleluja* audiretur. Inquit S. Chrysostomus (*c*): *Quid etiam Hymni? An non Deum glorificamus, & gratias agimus, quod eum, qui excessit, coronaverit? Quod à laboribus liberaverit? Quod abjecto metu eum apud se habeat? Nonne ideo sunt Hymni? Nonne ideo Psalmodiæ? Hæc omnia sunt lætantium.*

6 Gentilis luctus alienus est à funeribus Christianorum, *eum sciamus, eos non amitti, sed præmitti, recedentes præcedere, ut proficiscentes, ut navigantes solent: desiderare eos deberi, non plangi: nec accipiendas hic esse atras vestres,*

(*a*) Lib. 2. de Doctr. Christ. (*b*) S. Chrys. hom. 4. in ep. ad Hebr. (*c*) Ibi.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quando ibi illi indumenta alba jam sumpserint. Fragmentum extat. c. 25. §. 1. *XIII. q.* 2.

7 Concilium Toletanum (*a*) de ann. 1473. per trimestre à perceptione fructuum suspendit Clericos, qui pro obitu suorum propinquorum ulterius luctuosas vestes induere præsumpserint, quia ex sententia Christi, *qui credit, etiamsi mortuus fuerit, vivit.*

8 Saluberrimus tamen locus superest piis suffragiis. Olim corpus sub vesperam ad Ecclesiam delatum, ibidem tota nocte expositum quiescebat, ad quod fideles orando excubabant. Inde superest hodiernum officium defunctorum, quod Vigiliis, & Nocturnis, laudibusque constat.

9 Præsente funere celebrabatur & Missa. Hoc exemplo præcipit Rituale Romanum, *ut Missa præsente corpore defuncti*, quantum fieri potest, *celebretur pro eo, antequam sepulturæ tradatur.* Quondam in lugubri Missa peculiaris præfatio, & oratio infra actionem dicenda illa fuit: *Hanc igitur oblationem, quam tibi pro anima famuli tui offerimus, quem hodie carnali corruptione liberasti, quæsumus Domine, placatus accipias, &, quidquid humanæ conditionis obreptione contraxit, expedias: ut tuis purificata remediis ad gaudium sempiternum perveniat &c.*

10 Finita Missa notantur orationes, & responsoria dicenda ad corpus defuncti, antequam terræ mandetur. Hæc rursus multum cum hodiernis conveniunt. Recentius institutum referunt reliqui ritus thurificationis, & aspersionis super corpus defuncti. Aliquando enim nihil tam varium fuit, quam diversarum Ecclesiarum diversus rituum, & precum usus.

11 Reliqua pompa funebris ad arbitrium testatorum, aut hæredum recidit. Inquit S. Augustinus (*b*): *Pompa funebris, agmina exequiarum, sumptuosa diligentia sepulturæ, opulenta monumentorum constructio vivorum sunt qualiacunque solatia, non adjutoria mortuorum.*

12 Pompam funebrem insequebantur sacrificia, oblationes, & eleemosynæ aliaque pia suffragia, quæ nonnunquam & die III. VII. XXX. aut XL. repetebantur. Juxta S. Augustinum (*c*); *prosunt illa defunctis, sed talibus, qui ita vixerunt ante mortem, ut possint eis hæc utilia esse post mortem.*

13 Præcipit Rituale Romanum (*d*), ut *in his præstandis, qua par est modestia, ac devotione, ita se habeant Parochi, aliique Ministri, ut ad defunctorum salutem, simulque*

(*a*) Conc. Tolet. c. 8. (*b*) S. Aug. de Verb. Apost. serm. 32. hodie 172.
(*c*) De cur. pro mort. c. 18. (*d*) Rit. Rom. de Exeq.

que vivorum pietatem, quemadmodum vere sunt, non ad quæstum, ejusmodi ritus instituti esse videantur.

14 Quid æquius Concilii Remensis de ann. 1583. Decreto (*a*)? *Quantum*, inquit, *attinet ad christianam sepulturam, quam nec superbam, nec neglectam esse decet, aut despectam, Paræci in hanc officii sui partem diligenter incumbant, ut piorum funera christianæ simplicitatis, ac modestiæ limites non excedant.*

15 Hac occasione nonnumquam locus est auctoritati civili ad reprimendas injustas exactiones, aut restringendas superfluas expensas; utpote si res egrediatur justam sumptus rationem. *Arg. L.* 14. §. 6. *ff. de Relig. & Sumpt. Fun.*

Cap. 2. De loc. Sepult.

16 Inter alia veteres leges cavent, ne defunctorum corpora in civitatibus sepelirentur. Inquit Theodosius junior: *Omnia, quæ super terram urnis clausa vel sarcophagis corpora detinentur, extra urbem delata*, per vias publicas *ponantur, ut & humanitatis instar* (id est humanæ fragilitatis, & mortalitatis effigiem) *exhibeant* prætereuntibus, *& relinquant incolarum domicilio sanctitatem*; utpote puritatem, ne fœtore cadaverum vivorum corpora inficerentur. *L.* 6. *C. Th. de Sepulchr. violat. & ibi Gothofred.*

17 His subdit Imperator: *Ac ne alicujus fallax, ac arguta solertia ab hujus se præcepti intentione subducat, atque Apostolorum, vel Martyrum sedem humanis corporibus æstimet esse concessam, ab his quoque, ut à reliquo civitatis solo, noverint se, atque intelligant esse submotos.* En veterem obtentum, quum invalescente Religione passim SS. Apostolorum, vel Martyrum corporibus, vel Reliquiis intra urbem Ecclesiæ, & altaria superstruerentur, reliquis Christianis votum passim stetit, merendi intra urbem sepulturam, ut eorum corpora in illis memoriis SS. Martyrum quiescerent.

18 Ex sententia S. Augustini (*b*): *Profecto etiam provisus sepeliendis corporibus apud memorias SS. Martyrum locus bonæ affectionis humanæ est erga funera suorum: quoniam, si nonnulla religio est, ut sepeliantur, non potest nulla esse, quando, ubi sepeliantur, attenditur.*

19 Hinc & ipsi Imperatores eligebant in liminibus SS. Martyrum inhumari. Juxta S. Chrysostomum (*c*): *Imperatores pro magno habuere, si juxta Apostolorum saltem vestibula corpora ipsorum sepelirentur, fierentque Reges Piscatorum fanitores.*

His,

(*a*) Conc. Rem. de Sepult. (*b*) S. Aug. lib. 2. Retract. c. 64.
(*c*) S. Chrys. hom. 26. in 2. ad Cor.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

20 His, aliisque exemplis consuetudo veteres leges abolevit. Unde in Oriente Leo (*a*) sapiens plenam libertatem cuique fecit, intra, vel extra civitatem eligendi sepulturam, quia diuturna consuetudo passim veteres leges oppressit. Sic sensim sepulchra urbana invaluerunt.

21 Quantum ad sepulturas Ecclesiarum, superest inter vetera Decreta Concilii Moguntini lex, *ut nullus mortuus intra Ecclesiam sepeliatur, nisi Episcopi, Abbates, aut digni Presbyteri, vel fideles laici*; utpote juxta interpretationem S. Theodolphi Aurelianensis, *si per vitæ meritum, talem vivendo suo corpori defuncto locum acquisiverunt.*

22 Juxta Decretum Concilii Nannetensis: *Prohibendum est etiam secundum Majorum instituta; ut in Ecclesia nullatenus sepeliantur, sed in atrio, aut porticu, aut in exhedris Ecclesiæ; intra Ecclesiam vero, & prope altare, ubi corpus, & sanguis Domini conficitur, nullatenus sepeliantur.* Refert sub aliena epigraphe Gratianus. *c.* 15. *XIII. q.* 2.

23 Prævalente remissione veteris disciplinæ, præcipit ann. 1581. Concilium Rothomagense (*b*), *ut non adeo promiscui, ut nunc fit, mortui sepeliantur in Ecclesiis, ac ne quidem ditiores; ne is honor detur pecuniis potius, quam gratiis Spiritus Sancti, sed hoc servetur Deo sacratis specialiter hominibus, eo quod præ aliis eorum corpora templa sint Christi, & Spiritus Sancti, & aliis in sublimitate, & dignitate, tam ecclesiastica, quam sæculari constitutis; quandoquidem & isti Dei ministri sunt, atque organa Spiritus Sancti: aliis insuper, qui nobilitate, vel virtutibus, vel meritis erga Deum, & Rempublicam fulgent. Cæteri pie, & religiose in cœmeteriis, ad hoc dedicatis sepulturæ tradantur.*

24 Cœmeteria græce, latine dormitoria appellantur; quia Paulus de mortuis fidelibus propter fidem resurrectionis veluti de dormientibus loquitur. Invaluit eorum pius, ac communis usus exemplo veteri atri, quod Ecclesia sepulturis fidelium obtulit. Jam ævo Gregorii Turonensis sepulturæ fidelium sacra benedictione parabantur. Cœmeterii tamen consecratio antiquior non est Ecclesiarum inauguratione, quatum una, eademque videtur fuisse. *Arg. c.* 7. *de Consecr. Eccl. vel Altar.*

25 Bonifacius VIII. inter cœmeterium contiguum, & remotius distinxit. Forte eodem tempore singularis benedictio remotiori cœmeterio impendi cœpit. *c. un. ibi in 6.* Hodie Rituale Romanum specialem formam benedicendi cœmeterii definit; unde fit, ut locis religiosis accenseatur.

Pri-

(*a*) Nov. Leon. c. 3. (*b*) Conc. Rothom. de curat. offic.

Cap. 3. De Divers. spec. sepult.

26 Primis Ecclesiæ sæculis fideles, qui ditiores erant, passim in propriis fundis, pauperes in campis subterraneis sepeliri consueverant. Supersunt nobis ex veterum exemplis inde sepulchra Majorum familiaria, hæreditariaque. *cap.* 2. & 3. *XIII. q.* 2.

27 His exemplis & novo jure decisum est, mulierem in sepulchro mariti esse tumulandam; & quidem, si plures habuerit maritos, cum ultimo, cujus domicilium, & honorem retinet, esse sepeliendam. *c.* 3. *de Sepult. in* 6. Hinc & filii cum suis Majoribus sunt sepeliendi. *c.* 4. *ibi in* 6.

28 Monachi, ut suam familiam, ita & sepulturam habent in Conventu, adeo, ut quidem aliam eligere possint. *cap.* 5. *de Sepult. in* 6. His accensentur & Oblati, siquidem plene oblati sint. *c.* 10. *X. ibi.* Atque tales censentur, qui se, & sua in Monasterium eo effectu tradiderunt, ut, vinculo regularis obedientiæ adstricti, ex bonis Communitatis alantur. Sunt enim & alii Oblati; utpote qui sua aut sibi retinent, aut nonnisi in ultima ægritudine se, & sua Monasterio adscribunt, ut in habitu monastico, veluti signo pœnitentiæ decedere videantur. *c.* 4. *de Sepult.*

29 Exceptis igitur Monachis reliqui vel in sepulturis Majorum, vel in cœmeteriis Parochialibus conduntur, nisi ultro aliam sepulturam elegerint. Quippe cuique integrum est eligere sepulturam, tametsi aliena sit. Hæc libertas & Conjugi, & filiisfamilias est, si puberes sint. Pro filio impubere Pater eligere potest, si ita habeat consuetudo. *c.* 4. *de Sepult. in* 6.

30 Veteri more omni invidia vacabat, siquis vel in Monasterio, vel in Ecclesia Cathedrali, aut Parochiali sepeliri elegisset. Tunc enim nullum privilegium, vel Jus Parochiali, aut Cathedrali Ecclesiæ præ aliis piis locis fuit. *c.* 6. *XIII. q.* 2. Ast cum hujus generis sepulturas maximæ oblationes aliquando sequerentur, sepulturæ in ædibus Monasteriorum electæ ægris oculis à Parochis, & Canonicis Cathedralibus, qui tanto fructu privabantur, sunt notatæ. Quare novo jure statutum est, quartam funeralium, veluti legitimam Parochiali Ecclesiæ esse reddendam, si alibi sepultura fuisset electa. *cap.* 8. & *passim de Sepult.* Aliquando alius locus sepulturæ eligi non potuit, nisi aut in Conventu religioso, aut in cœmeterio benedicto. *c.* 3. *ibi.* Sed Bonifacius VIII. declaravit, locum etiam minus religiosum, veluti Oratorium, aut Sacellum pro sepultura eligi posse. *cap.* 2. §. 1. *eod. in* 6.

31 Inter ea tempora ebulliere molitiones nonnullorum Religiosorum, qui freti privilegio, quod apud eos sepultura eligi posset, diversis artibus laicos sollicitarunt, ut in eorum

Con-

Conventu sepeliri eligerent. Repressit tam degeneres ausus Regularium Bonifacius VIII. adjectis pœnis. *c.* 1. *de Sepult. in* 6. Atque Clemens V. declaravit, hujusmodi transgressores dictas pœnas ipso facto incurrere, nec ab alio, quam à Sede Apostolica absolvi posse. *Clem.* 3. *de Pœn.*

32 Si nulla sit sepultura electa, Parochi officium est, defunctis Parochianis suis sepulturam parare, adeo, ut si quis eorum alibi supultus fuerit, per actionem spolii corpus vindicare possit. *c.* 5. *de Sepult.* Præcipit hinc Papa, ut, si quisquam Parochianorum alibi defunctus fuerit, ejus cadaver ad sepulturam propriæ Parochiæ remittatur, si id facile fieri possit. *c.* 3. *ibi in* 6. Passim tamen habet consuetudo, quod quisque, ubi moritur, ibi & sepulturæ tradatur. Quippe hoc modo multæ lites præcaventur.

Cap. 4. De Exact. Sepult.

33 Reliquis juris veteris, recentiorisque auctoritatibus irremissibiliter cavetur, ne pro sulputura pretium exigatur. Veteri more in magnis civitatibus funera per Clericos, quos Copiatas, Parabolanos, fossoresque dixere, exportabantur, humabanturque, quibus hodie alicubi Alexiani sucessisse videntur. Supersunt nobis veteres leges, quæ eorum ministrorum tum numerum, tum officium definiunt, tum & iis sumptum assignant, ut sepulturæ Constantinopoli gratis præstarentur. *Nov.* 59.

34 In Oriente, cum publici proventus funebres in alios usus detorquerentur, Leo sapiens decrevit, ut, quæ de his jam olim à Justiniano edita constitutio est immota, & inviolata permaneat. *Nov. Leon.* 12.

35 In Occidente, prævalente veterum legum contemptu, vigilavit S. Gregorius: *Hoc autem vitium*, inquit, *& nos, postquam Deo auctore ad Episcopatus honorem accessimus, de Ecclesia nostra omnino vetuimus, & per pravam denuo consuetudinem nequaquam usurpare permissimus &c.* Refert. *c.* 12. *XIII. q.* 2.

36 Supersunt in Decreto & reliquæ anteriores, posterioresque auctoritates, quæ vetant pro sepultura ecclesiastica vel pretium, vel præmium extundi, quia & hoc Religionis officium est gratis præstandum. *c.* 13. 14. 15. *ibi.*

37 Hæc argumenta & novo jure relucent, rejecta consuetudine, si quæ contraria inolevit, quia horribile nimis est, quod in quibusdam Ecclesiis locum venalitas perhibeatur habere. *c.* 8. 9. *de Simon. c.* 13. *de Sepult.*

38 Suppressis exactionibus, locus tamen relinquitur spontaneis oblationibus. Hinc tum veteres, tum recentiores auctoritates excusant, quod accipiatur, siquid vel à defuncto, vel

vel ab hæredibus, proximisque defuncti occasione sepulturæ *sponte, & gratis* oblatum fuerit. Hæc enim à primis Ecclesiæ sæculis pia, & laudabilis consuetudo invaluit, in funeribus oblationes pro mortuis faciendi. Inquit Hincmarus Remensis (*a*): *Si quid autem Ecclesiæ, vel altari — gratis oblatum fuerit à devotis quibuslibet, cum benignitate recipere non vetamus.* Et alibi: *Si autem aliquid quisquam gratis offerre voluerit, post sepultum corpus hoc suscipi non vetamus.*

39 Quum Albigenses & has oblationes Clero, Apostolicæ paupertatis obtentu, invíderent, rescripsit Innocentius III. pias consuetudines (*utpote in via simplicis oblationis*) esse servandas, repressis per quemque Episcopum locis illis, qui *malitiose*, videlicet per fermentum hæreticæ pravitatis, laudabilem consuetudinem convellere nituntur. *c.* 42. *de Simon.*

40 Quid clarius? Distinguit Innocentius III. ab exactionibus cujuscunque generis usum piarum oblationum, quia istæ gratis, & sponte præbentur. Hoc enim solo titulo vetus, & laudabilis consuetudo in veteribus, recentioribusque decretis relucet, quam tamen aliquando hæretici convellere nitebantur, ut Clerum cogerent ad victitandum ex solis decimis.

41 Postquam vero decimæ personales passim desierunt, & decimæ prædiales multis locis ad Monasteria, & Capitula devolutæ sunt, nonnullis Pastoribus, qui aliunde justo reditu destituti videbantur, per discretam taxationem earum oblationum etiam in via exactionis de congrua portione definienda, vel supplenda providendum fuit. Absit, vero, ut hæc vel causa, vel via suffragari possit reliquis Pastoribus, qui vel integris decimis lætantur, vel aliunde sufficienti reditu sunt instructi? Enimvero his nec vetus, nec laudabilis consuetudo, utpote titulo, & ratione destituta, in eo genere suffragatur. Concilium Coloniense (*b*) de ann. 1536. diserte Parochos, quibus sufficientes decimæ sunt, dispunxit ab egentibus Pastoribus; præcipiendo, *ut laudabiles consuetudines pro Parochorum sustentatione*, per viam taxationis, & exactionis, *in civitate Colonensi introductæ observarentur, donec ipsis Parochis de victu magis sufficienti fuerit provisum.*

42 Et vero procul dubio præstaret, quod utraque potes-

(*a*) Hincm. cap. lib. 1. c. 2. lib. 3. c. 2.
(*b*) Conc. Colon. p. 8. c. 7.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tas vel per collationes Decimatorum, vel per quamcunque aliam viam tenuioribus Pastoribus de congrua portione consuleret, ut nullus locus tam funestarum plerumque exactionum, & extortarum oblationum superesset. Quæ enim illa pia, vel laudabilis consuetudo, *neque sine mercede fieri defunctorum exequias*? Refert. *Nov.* 59. *præf. in fin.*

43 Id reliquum est, quod moneantur Parochi, aliique Sacerdotes, ut in horum jurium exactione omnis avaritiæ, & cupiditatis speciem sollicite cavere debeant. Præcipit Rituale Romanum, *ut Parochi, aliique Sacerdotes*, missis reliquis corruptelis, *iis eleemosynis contenti sint, quæ aut probata consuetudine dari* sponte *solent, aut Ordinarius* assentiente Principe *constituerit.*

Cap. 5. De Jur. Paroch.

44 Novo jure passim Pontifices novellis religiosis Ordinibus privilegium concessere, quod in eorum Ecclesiis libere sepultura eligi posset, adjecta ea cautela, ut *salva esset, justitia Ecclesiarum* (Parochialium) *à quibus corpora assumuntur.* Hæc cautela tum juri communi, tum privilegiis reliquis inscripta est, ut nulla fere authentica Bulla proferri possit, ea conditione destituta. *c.* 9. *de Sepult.*

45 Nostro usu hæc justitia Parochialis Ecclesiæ principaliter consistit in exequiis celebrandis. Hinc fit, quod Clerus Parochiæ, in qua quis decesserit, tollat cadaver, eoque ad Ecclesiam Parochialem delato, & Missa pro defuncto peracta, Parochus Clero comitante exhibeat corpus Superiori ejus loci, in quo sepeliri elegit.

46 Sensim tamen invaluit, quod exequiæ Parochiales absente funere agerentur quia corpus defuncti directe defertur ad locum sepulturæ; modo tamen Missa, sive exequiæ pro defuncto in Ecclesia Parochiali celebrarentur: atque id genus exequiarum in Ecclesia Parochiali celebrandum est, quod respondet Officio funebri ad ipsam inhumationem in loco electæ sepulturæ præscripto.

47 Ecclesia Parochialis veluti mater spectatur, ut per illas exequias ab ea veluti ultimum vale defunctus recipiat. Abhinc & exemplo matris in partem hæreditatis, veluti jure legitimæ, vocatur, si hæc ad extraneos ex dispositione Liberorum transeat. Hoc titulo quarta pars funeralium, reliquarumque piarum obventionum, quæ occasione sepulturæ alibi electæ extraneis Ecclesiis obtigerunt, Parochiali Ecclesiæ veluti legitima vindicatur. Placuit hanc portionem quartam, vel canonicam dicere, etsi pro locorum, & temporum diversitate diversa esse queat. Sic hæc novi juris argumentis

tis alicubi in triente *c.* 1. alibi in dimidietate *c.* 2. plerumque in quarta consistit *c.* 8. Standum ergo est in determinatione hujus portionis loci, aut viciniæ consuetudine *c.* 9. *de Sepult.*

48 Declarat Clemens V. *ut dictorum Ordinum Fratres de obventionibus, & omnibus, tam funeralibus, quam quibuscunque, & in quomodocunque relictis distincte, vel indistincte ad quoscunque certos, vel determinatos usus, de quibus etiam quarta, sive canonica portio dari, sive exigi non consuevit, vel non debet de jure, nec non de datis, vel qualitercunque donantis in morte, seu mortis articulo infirmitate donantis, vel dantis, de qua decesserit, quomodocunque directe, vel indirecte Fratribus ipsis vel aliis pro eisdem quartam partem (quam Apostolica auctoritate taxamus, & etiam limitamus) Parœcialibus Sacerdotibus, & Ecclesiarum Rectoribus, seu Curatis largiri integre teneantur.* Refert. *Clem.* 2. *ibi.*

49 Spectat ergo hæc quarta obventiones præcise electæ sepulturæ, ut in hanc quartam aud imputentur oblationes, quæ ipsi Ecclesiæ Parochiali in, & pro funere fiunt. Nam de hisce relictis nihil dicit Papa.

50 Juxta Tridentinum Decretum (*a*): *Quibuscunque in locis jam ante annos quadraginta quarta, quæ funeralium dicitur, Cathedrali, aut Parochiali Ecclesiæ solita esset persolvi, ac postea fuerit ex quocunque privilegio aliis Monasteriis, Hospitalibus, aut quibuscunque piis locis concessa, eadem posthac integro jure, & eadem portione, qua antea solebat, Cathedrali, seu Parochiali Ecclesiæ persolvatur; non obstantibus concessionibus, gratiis, privilegiis, etiam Mari magno nuncupatis, aut aliis quibuscunque.*

51 Passim tamen consuetudo hanc quartam funerariam vel minuit, vel remisit. Nostris moribus nonnullæ Ecclesiæ sibi nihil, nisi primas exequias retinent? In aliis vero Ecclesiis, ubi electa est sepultura, Parochus ad deducendum funus cum suo Clero invitatur, ut officio funebri, ad sepulturam celebrando, intersit, percepturus quartam partem funeralium, quæ circa funus adhibentur, præteritis reliquis obventionibus.

52 Alibi est & locus concordatis, & pactis, quibus hæ obventiones vel remittuntur, vel minuuntur. Statuit Bonifacius VIII. *hujusmodi compositiones, & pacta cum Prælatis, Capitulis, & Rectoribus, & Personis prædictis ab ipsorum*

(*a*) Trid sess. 25. c. 13.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Fratrum conventualibus Prioribus, seu Guardianis facta, vel approbata, de suorum Conventuum consilio, & assensu (dum tamen alias sunt licita, & honesta) debere ab ipsis Fratribus, in locis, in quibus fuerint facta, perpetuo, inviolabiliter observari: non obstante, quod Magistri, vel Ministri, aut Prioris generalium, vel Provincialium prædictorum non intervenerit in eisdem assensus &c. Refert. *c.* 3. *de Pact. in* 6.

Cap. 6. De Privil.

53 Interea sæpe vitio fuit religiosis Ordinibus, quod, freti suis privilegiis nonnumquam indignos ad sepulturam ecclesiasticam reciperent. Nam veteri, novoque jure fixa est regula, & post mortem indignos sepulturæ, tot precibus, & suffragiis stipatæ, communione, quibus in vita non comunicavimus. *c.* 1. *XXIV. q.* 2. *c.* 12. *de Sepult. c.* 5. *de Privil.*

54 Hinc Pagani, Judæi, Hæretici, Schismatici, & ipsi infantes S. Baptismo destituti à sepultura ecclesiastica arcentur. Juxta veterem regulam Synodi Aurelianensis, *Ecclesiam, in qua Paganus sepultus est, non liceat consecrare, neque Missas in ea celebrare, sed jactari foras, & mundari oportet.* Refert. *c.* 27. *D.* 1. *de Consecr.*

55 His accensentur excommunicati (*a*), si quidem, spreta pœnitentia, in censura decesserint; sed prævalente farragine censurarum placuit, Decretum restringere ad eos excommunicatos, qui sunt notorii percussores Clericorum, aut fuerint publice denuntiati, aut nominatim interdicti.

56 Aliquando de pœnitentibus defunctis anceps quæstio fuit. Præplacuit tamen jam & olim indulgentia. *c.* 30. & 31. *XIII. q.* 2. Superest tamen veteris rigoris & novo jure multiplex exemplum. Concilium Lateranense IV. sepultura indignos pronuntiat, qui præceptum annuæ Confessionis, Paschalisque Communionis neglexerint. *c.* 12. *de Pœnit. & Remiss.* Pronuntiat indignos sepultura & eos, qui in Torneamentis decesserint. *c.* 1. *de Torneam.* Juxta Concilium Tridentinum & ii indigni sepultura sunt ecclesiastica, qui duellum inierunt, si in ipso conflictu decesserint. *Trid. sess.* 25. *c.* 19. Alibi raptores, & violatores Ecclesiarum privantur sepultura ecclesiastica, nisi satisdent de satisfaciendo. *c.* 12. *de Raptor.* Denique usurarii manifesti excluduntur, nisi de reddendis usuris idonee caverint. *c.* 2. *de Usur. in* 6. Reliquorum manifestorum, & publicorum peccatorum, qui sine omni pœnitentia, & sæpe in ipso peccato perierunt, aliunde desperata est causa. *c.* 2. *de Furt.*

(*a*) Mart. V. Bull. ad evit. scand.

57 Præcipit Innocentius III. ut, si contingat, indignos ad sepulturam ecclesiasticam quocunque casu fuisse receptos, eorum corpora, si discerni queant, exhumentur, & ab ecclesiastica sepultura procul, auctoritate Superioris causa cognita, jactentur. *c.* 12. *de Sepult.*

* 58 Abhinc in morali doctrina, quod ad conciliandam justam reverentiam uberius superest argumentum, quam expendere, christiana fúnera esse vera religionis officia? Inquit S. Ambrosius: *Nemo potest indignari, quia humandis fidelium reliquiis spatia laxata sunt: nemo potest dolere, quia in sepulturis Christianorum requies defunctorum est. — In his vasa etiam initiata Ecclesiæ confringere, conflare, vendere licet.* Refert. *c.* 70. *XII. q.* 2. Quid disertius sententia S. Augustini (*a*)? *Nec*, inquit, *contemnenda, aut abjicienda sunt corpora defunctorum maximeque justorum, atque fidelium, quibus tanquam organis, & vasis ad omnia bona opera usus est Spiritus Sanctus. Si enim paterna vestis, & annulus, ac si quid hujusmodi, tanto carius est posteris, quanto erga Parentes major effectus; nullo modo spernenda sunt corpora; quæ utique multo familiarius, atque conjunctius, quam quælibet indumenta, gestamus. Hæc enim non ad ornamentum, vel adjutorium, quod adhibetur extrinsecus, sed ad ipsam naturam hominis pertinent. Unde & antiquorum justorum funera officiosa pietate curata sunt, & exequiæ celebratæ, & sepultura provisa: ipsique, dum viverent, de sepeliendis, vel transferendis suis corporibus filiis mandaverint; & Tobias sepeliendo mortuos Deum promeruisse, teste Angelo, commendatur. Ipse quoque Dominus die tertio resurrecturus, religiosæ mulieris bonum opus prædicat, prædicandumque commendat. — Et laudabiliter commemorantur in Evangelio, qui corpus ejus, de cruce acceptum, diligenter, atque honorifice tegendum, sepeliendumque curarunt: Et alibi: Corpori — humando quidquid impeditur, non est præsidium salutis, sed humanitatis officium.* Juxta Surium refert Metaphrastes (*b*): *S. Martianus, Presbyter, & œconomus magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ — noctu — obiens plateas, & civitatis angiportus, hujus quoque curam gerebat. Sicubi invenisset mortuum præ nimia paupertate abjectum, & cujus*

(*a*) S. Aug. de Civit. Dei lib. 1. c. 13. (*b*) Sur. ad diem 10 Jan.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

jus nemo curam gereret, &, quem talem vidisset, tanquam magnum aliquod lucrum assecutus, eum lubenter videbat; cumque eum libenter lavisset, & induisset, & alia justa pro more ei fecisset; deinde etiam mortuum tanquam vivum allo-quebatur: agendum, dicens, sis quoque particeps nobiscum ejus, quæ est in Christo, charitatis. Quæ cum diceret, habebat aliquando *eum, qui jacebat, audientem; surgebat enim, ò miraculum, quod verbis non potest explicari! & bonum amplectebatur Martianum — deinde sic mortuus, rursus erat mortuus.*

JURIS ECCLESIASTICI
D. VAN-ESPEN

PARS IV.

DE JUDICIIS ECCLESIASTICIS.

TIT. I.

De Jurisdictione Ecclesiastica.

CAPUT I.

De Causis Civilibus.

1 Apostolus advertens, inordinatum modum litigandi, & disceptandi super rebus temporalibus inter Fideles Corinthios (*a*) irrepere, eos arguit, quod quæstiones inter ipsos exortas ad profana infidelium tribunalia deferrent. *Audet*, inquit, *aliquis vestrum habens negotium adversus alterum, judicari apud iniquos, & non apud Sanctos?*

2 Recte monet Estius, quod hic Apostoli sermo dirigatur ad Actorem, & non ad reum: huic enim, si vocaretur, non erat integrum declinare Judicem ethnicum, modo competentem. Erat ergo, prout Estius pergit, Corinthiorum (*b*) peccatum in eo, *quod, cum possent causam agere apud Fideles saltem ut delectos arbitros, mallent apud infideles Judices experiri non sine Ethnicorum scandalo, & christianæ Religionis injuria; nam eo vitia Christianorum detegebantur apud infideles &c.*

3 Ut hujus recursus ad Judicia infidelium indignitatem evincat, & ostendat Apostolus, adjungit: *An nescitis, quoniam Sancti de hoc mundo judicabunt? Et si in vobis judicabitur mundus indigni estis, qui de minimis judicatis. Nescitis, quoniam Angelos judicabimus, quanto magis sæcularia?* Innuit his

(*a*) 1. Cor. cap. 6. (*b*) Est. Comment. in 1. Cor. cap. 6.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

jus nemo curam gereret, &, quem talem vidisset, tanquam magnum aliquod lucrum assecutus, eum lubenter videbat; cumque eum libenter lavisset, & induisset, & alia justa pro more ei fecisset; deinde etiam mortuum tanquam vivum allo-quebatur: agendum, dicens, sis quoque particeps nobiscum ejus, quæ est in Christo, charitatis. Quæ cum diceret, habebat aliquando *eum, qui jacebat, audientem; surgebat enim, ò miraculum, quod verbis non potest explicari! & bonum amplectebatur Martianum — deinde sic mortuus, rursus erat mortuus.*

JURIS ECCLESIASTICI
D. VAN-ESPEN

PARS IV.

DE JUDICIIS ECCLESIASTICIS.

TIT. I.

De Jurisdictione Ecclesiastica.

CAPUT I.

De Causis Civilibus.

1 Apostolus advertens, inordinatum modum litigandi, & disceptandi super rebus temporalibus inter Fideles Corinthios (*a*) irrepere, eos arguit, quod quæstiones inter ipsos exortas ad profana infidelium tribunalia deferrent. *Audet*, inquit, *aliquis vestrum habens negotium adversus alterum, judicari apud iniquos, & non apud Sanctos?*

2 Recte monet Estius, quod hic Apostoli sermo dirigatur ad Actorem, & non ad reum: huic enim, si vocaretur, non erat integrum declinare Judicem ethnicum, modo competentem. Erat ergo, prout Estius pergit, Corinthiorum (*b*) peccatum in eo, *quod, cum possent causam agere apud Fideles saltem ut delectos arbitros, mallent apud infideles Judices experiri non sine Ethnicorum scandalo, & christianæ Religionis injuria; nam eo vitia Christianorum detegebantur apud infideles &c.*

3 Ut hujus recursus ad Judicia infidelium indignitatem evincat, & ostendat Apostolus, adjungit: *An nescitis, quoniam Sancti de hoc mundo judicabunt? Et si in vobis judicabitur mundus indigni estis, qui de minimis judicatis. Nescitis, quoniam Angelos judicabimus, quanto magis sæcularia?* Innuit his

(*a*) 1. Cor. cap. 6. (*b*) Est. Comment. in 1. Cor. cap. 6.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

his Apostolus, si fideles forent aliquando judicaturi totum mundum, ipsomet etiam Angelos, creaturarum præstantissimos, quanto magis digni jam essent habendi, ut de rebus minimis, nimirum terrenis, quæ ad usum vitæ præsentis spectarent, judicium ferrent.

4 Post hæc concludit Apostolus: *Sæcularia ergo indicia si habueritis contemptibiles, qui sunt in Ecclesia illos constituite ad judicandum.* Intelligit Apostolus per contemptibiles, qui inter ipsos fideles sive in Ecclesia minimi habentur: eos tamen non vult absolute, & simpliciter terminandis sæcularibus judiciis esse præficiendos, sed duntaxat comparative ad infideles: unde S. Apostolus statim subjungit, quod id de *contemptibilibus* tantum *ad verecundiam* utpote fidelium, dixisset. Tandem quibus suas lites circa temporalia dijudicandas committant, declarat his verbis. *Sic non est inter vos sapiens quisquam, qui possit judicare inter fratrem suum?*

5 Vult ergo Apostolus, ut fideles quæstiones inter ipsos excitatas non in forensibus tribunalibus apud infideles agitent, sed eligant sibi ex suis aliquem sapientem, utpote veræ prudentiæ, & christianæ sapientiæ gratia in Ecclesia honoratum, cui quæstionum suarum decisionem committant.

Cap. 2. De Causis civil. laic.

6 Juxta hoc Apostoli consilium, & sensum sanctissimi Episcopi, cum ipsorum auctoritas esset præcipua in Ecclesia, & fideles in ipsis tanquam suis Patribus spiritualibus magis confiderent, jam dudum judicarunt sui muneris esse, causas, & quæstiones fidelium, etiam de rebus terrenis, audire, & dirimere, ipsosque ad concordiam revocare, simulque sua auctoritate paterna eos edocere, quantum præ bonis temporalibus, pro quibus tantopere disputarent, amanda sint cœlestia. Refert Possidius (*a*), S. Augustinum, passim *interpelatum à Christianis, & à cujuscunque sectæ hominibus, eorum causas audivisse diligenter, ac pie, & ut eas*, veluti arbiter *dirimeret, aliquando tota die jejunum perdurasse.* His addit, quam sancta intentione, genus illud occupationis, alioquin ipsi molestissimæ, susceperit; idque secundum Apostoli sententiam dicentis: *Audet quisquam vestrum &c.*

7 Quum illa pia arbitraria Sanctorum Patrum tanta integritate, charitate, & æquitate, qua animi per contemptum temporalium jacturarum, & desiderium æternorum præmiorum ad ultroneam concordiam disponebantur, elucerent, Principes, christiana religione suscepta, ea auctoritate illus-

(*a*) Possid. in vit. S. August.

lustrarunt. Refert Sozomenus de Constantino M. (*a*) *Litigantibus permisit, ut ad judicium Episcoporum provocarent, si Magistratus civiles rejicere vellent: eorum autem sententia rata esset, aliorumque judicium sententiis prævaleret, perinde, ac si ab Imperatore ipso data fuisset: atque res ab Episcopo judicatas Rectores Provinciarum, eorumque Officiales executioni mandarent.*

8 Hoc genus privilegii spectabat auctoritatem sententiæ ecclesiasticæ in via simplicis arbitrii. Edixit Arcadius, *si qui* "ex consensu" *apud sacræ legis Antistitem litigare voluerint, non vetabunt, sed experientur illius in civili duntaxat negotio,* "more arbitrii" *sponte residentis judicium &c.* Refert. *L. 7. & 8. C. de Episc. audient.*

9 Inde hæc via simplicis arbitrii ecclesiastici haud præjudicio fuit auctoritati civilium tribunalium. Represserat Valentinianus III. (*b*) eos, qui ecclesiasticis sententiis forensem jurisdictionem arrogarunt. Ait Imperator: *Præeunte vinculo compromissi coram Episcopo causas suas pecuniarias*, si volunt, *agant. Aliter eos* Episcopos *judices esse non patimur, nisi voluntas jurgantium interposita, sicut dictum est, conditione procedat. Si ambo ejusdem officii Litigatores nolint, vel alteruter*, utpote jure stricto experturis, *agant* coram civilibus Judicibus *publicis legibus, & jure communi.*

10 Habetur lex olim Constantino M. attributa, eam tamen sub nomine Theodosii editam innovavit, & confirmavit Carolus M. ubi præcipitur, ut *quicunque litem habens, sive Possessor, sive Petitor fuerit, vel in initio litis, vel in decursis temporum curriculis, sive cum negotium peroratur, sive cum jam cœperit promi* civilis Judicis *sententia, judicium elegerit sacrosanctæ Sedis Antistitis, illico sine aliqua dubitatione, etiamsi alia pars refragatur, ad Episcoporum judicium cum sermone litigantium dirigatur.* Refert. *c. 35. & 37. XI. q. 1.*

11 His auctoritatibus fretus Innocentius III. tribunali ecclesiastico aliquando & causam belli inter Joannem Regem Angliæ, & Philippum Regem Galliæ arrogasse videbatur. *c. 13. de Judic.* Viri quidem eruditi rejiciunt illam Constantini legem, tanquam suppositititiam, eam tamen jam pridem in Capitularibus Regum Francorum probatam, quasi adoptatam esse lib. 6. cap. 366. editionis Baluzianæ constat, ubi citatur non quidem sub nomine Constantini, sed Theodosii. Refertur quoque ab Ivone in suo Decreto part. 16.

(*a*) Sozom. lib. 1. Hist. c. 9. (*b*) Valentin. Nov. 12.

cap. 312. & à Gratiano c. 35. & 36. XI. q. 1. Cui tanquam à Theodosio editæ, & à Carolo M. innovatæ inhæsit etiam Innocentius III.

12 S. Leo quoque Rustico Narbonensi respondit: *Si pœnitens habeat causam, quam forte negligere non debeat, melius expetit ecclesiasticum, quam forense Judicium.*

13 Tota ergo Episcoporum jurisdictio, & auctoritas ecclesiastica in causis civilibus laicorum ad concordiam, pacemque, inter litigantes conciliandam, miserosque homines è litium, & actionum laqueis, ac tricis eripiendos veteri jure tendebat, ut proinde mirum non sit, si laicis daretur libertas, passim ad Episcopos, veluti communes Parentes, & pacificatores recurrendi.

14 Enimvero inde Concilium Triburiense & Ludovicum Regem Germaniæ monuit, consultius esse Reipublicæ, ut & ipsi Judices publici auspicio tentarent viam concordiæ inter litigantes restituendæ, antequam eos ad ordinem processus forensis admitterent. *Constituite*, inquit, *Comites, & Ministros Reipublicæ, qui placita non pro acquisitione lucri teneant, sed ut causæ Dei, & viduæ, ac pupilli, & populus justitiam*, per viam arbitrii, aut compositionis, *habeant, & plus litigantes ad concordiam salva justitia revocare studeant, quam committere, ut ipsi inde aliquod lucrum* ex sportulis, & taxis judicii *possint habere. Quos si pacificare non potuerint, tunc justum judicium* per ordinem forensis processus *decerni faciunt.*

15 Novo jure proprium tribunal Ecclesiæ forensi processu instruere placuit, quod prorogari & in causas civiles laicorum cœpit diversis obtentibus: utpote, quod causæ intervenisset vel juramentum, vel Notarius Apostolicus, ecclesiasticusque subscrisisset, vel negotium spectaret pupillum, viduamque, vel injuria recidisset in Clericum &c. Sic passim Judices ecclesiastici omnes contractus, omnes causas matrimoniales, omnes dispensationes testamentarias, & reliquas forenses lites suæ jurisdictioni arrogare poterant. En exempla. *c. 8. de for. com. & c. 3 ibi in 6. & alibi passim.*

16 Causa peccati præ reliquis latius patebat, quia difficile haud est, eo obtentu omnes plane causas Ecclesiæ tribunali vindicare, cum nullæ fere causæ sint, in quibus prætendi nequeat peccatum injustitiæ, vel injuriæ intervenire. Adeo extensa in decidendis causis civilibus, etiam laicorum, potestas Episcoporum mansit per undecim, & amplius sæcula, eamque Principes suis legibus promoverunt, & stabilierunt.

Cir-

Cap. 3. De Restr. Juris. Eccles.

17 Circa sæculum decimum tertium, hæc pacifica Ecclesiæ possessio turbari, ac paulatim diminui, ac tandem pene ad nihilum redigi, præsertim quoad causas civiles laicorum, cœpit. Refert Matthæus Paris (*a*), quod ann. 1246. plures Barones Franciæ inter se convenerint, & mutua fide se obstrinxerint, jurisdictionem sæcularem, quæ tota pene diversis obtentibus absorpta erat, à Clericis revindicare. *Nos omnes Regni Majores*, ajunt, *attento animo percipientes, quod regnum non per jus scriptum* novarum Decretalium, *nec per Clericorum arrogantiam, sed per sudores bellicos fuerit acquisitum, præsenti Decreto omnium juramento statuimus, & sancimus, ut nullus Clericus, vel laicus alium de cætero trahat in causam coram ordinario Judice, vel delegato* ecclesiastico, *nisi super hæresi, matrimonio, vel usuris — ut sic jurisdictio nostra* Judicum civilium in reliquis causis profanis *resuscitata respiret, & ipsi hactenus ex nostra depauperatione* per sportulas, & taxas forensis jurisdictionis *ditati*, reducantur *ad statum primitivæ Ecclesiæ.*

18 His consiliis Judicum civilium valde ingemuit Clerus: *Hæc*, inquit, *cum inaudiisset, ingemuit Papa spiritu perturbato: & cupiens eorum corda emollire, & constantiam enervare, admonitione præmissa eos nimis perterruit, nec se sic sensit prævalere.*

19 Prævalente progressu, & successu Judicum civilium, inde querebatur Guilielmus Durandus (*b*): *Quasi per quandam alluvionem, frustatim Domini temporales ad se omnia trahunt. Et, sicut frustatim lupus agnam comedit, ita & per ipsos jurisdictio ecclesiastica frustatim devoratur: quidquid ad jurisdictionem ecclesiasticam, potissimum quoad temporalia pertinet, sibi competere putantes, & pauci sunt casus ad Ecclesiam pertinentes, in quibus directe, vel indirecte per eos ecclesiastica jurisdictio non turbetur in diversis mundi partibus. Nec jam constituta remedia proficere possunt, sicut experientia docet.*

20 Inde à sæculo XIV. exolevit illa reverentia judiciorum ecclesiasticorum antiqua, cum in his tribunalibus, prout formularum solemnia invaluerunt, bona fides vacillavit. Judicia illa olim amica, quibus duce charitate verum, justumque exigebatur, & concordia partium, præcisis dissidiorum radicibus, quærebatur, degenerarunt in tribunalia, in quibus strictum jus regnabat, & omnes subtilioris artis apices captabantur, quibus litigantium animi pascebantur, potius

(*a*) Matth. Paris. ad ann. 1246. (*b*) Guil. Durand. de mod. Con. gen. Rubr. 70.

quam sedabantur, quia nemo quidquam de suo remittere consueverat. Presbyteri, & Clerici, qui ad causas perorandas provolabant, charitatem, & sanctimoniam procul habere. Hinc Principes magnam partem earum causarum, quam Ecclesiæ concesserant, revocarunt, & privati homines, quia necessario ubique litigandum erat, æque lubenter Judicem laicum adeunt.

21 In Gallia cœptum est ab actionibus realibus. Carolus V. Rex, ann. 1371. sub gravibus pœnis inhibuit Archiepiscopo Senonensi, ejusque Suffraganeis, ut de quibuscunque actionibus realibus, vel in rem scriptis posthac cognitionem sibi arrogarent. Huic legi successit lapsu temporis constitutio Francisci I. quæ & quascunque actiones personales laicorum à tribunali ecclesiastico avocat. Edixit ann. 1539. Rex: *Notum facimus, quod prohibuerimus, & prohibeamus quibuscunque subditis nostris, ne curent citari, aut in jus vocari laicos coram Judicibus ecclesiasticis pro causis mere personalibus, indicta pœna amittendæ causæ, & mulctæ arbitrariæ.*

22 In Belgio ann. 1522. Carolus V. Imp. edictum proposuit, *ut nemo, quiscunque sit, in hac nostra Provincia Flandriæ imposterum præsumat laicos ullos, aut personas sæculares (cujuscunque gradus, aut conditionis extiterint) citare, aut citari jubere, in jus vocare, vexare, aut alias ullo modo incommodum iis facessere ob causas, & actiones reales, personales, mixtas, profanas, & civiles alibi, quam coram ipsorum judicibus, & justitia sæcularibus, quibus competet, sexaginta librarum parisiis, viginti grossorum monetæ nostræ Flandricæ in libram, pœna indicta toties, quoties id fecisse deprehendentur.*

23 Ann. 1541. erigebantur inter Episcopum Leodiensem, & Carolum V. (*a*) concordata, vi quorum laici pene in omnibus causis privative Judici seculari subjiciuntur, declaraturque, quod nec hujusmodi causis Judices ecclesiastici se possint immiscere. Solæ fere causæ testamentariæ, & dotales, sive ex contractibus antenuptialibus resultantes, & de bonis amortizatis excipiuntur, idque cum variis limitationibus. Refertur quoque confirmatio concordati inter Archiepiscopum Cameracensem, & Consiliarios Hannoniæ, in quo inter cætera statuitur art. 21. *Cavebunt in posterum Ecclesiastici, ne citent, aut citari jubeant incolas Hannoniæ ratione pecuniæ ex contractu, emptione, aliisque talibus mere civilibus debitæ.*

Ex

(*a*) Edict. Brabant. p. 1. l. 1. t. 1. c. 2.

Cap 4. De caus. Cler. civil.

24 Ex his facile cognosci potest, ad quam angustos limites hodie restricta sit auctoritas, vel jurisdictio Judicum ecclesiasticorum in causis civilibus, & profanis laicorum: cœpit autem ejusmodi diminutio jurisdictionis ecclesiasticæ, cum immutaretur forma, & modus exercendi judicia ecclesiastica, & in his non amplius amicabili arbitrio, sed ad rigorem juris, & adhibitis solemnitatibus forensibus causæ tractarentur, & deciderentur.

25 Sollicita olim fuit Ecclesia, ut singulos fideles, etiam laicos, à forensibus judiciis retraheret, iique suas quæstiones de rebus temporalibus aut ipsis Episcopis, aut sapienti alicui secundum monitum Apostoli decidendas sine forensi strepitu crederent. Unde non mirum, si eo magis Clericos, & Monachos à forensibus judiciis abstinere jusserit, cum hi sint studiosiores rerum temporalium contemptores, eoque exemplo ipsi populo præluceant. Ait S. Augustinus (*a*): *Si pueri isti servi Dei*, utpote Monachi, & Clerici, *sunt, litem hanc cito inter illos finimus. Audio illos, ut Pater, & forte melius, quam Pater ipsorum. Video, quid sit juris, sicut Deus voluerit: cum paucis Fratribus fidelibus honoratis, Deo propitio, de numero vestro; id est, de plebe ista, audio inter illos causam; & sicut Dominus donaverit*, amicabili compositione, *finio.*

26 Præcipiunt inde veteres Canones, ne Clerici insalutato Episcopo ad lites forenses provocent. Statuit Concilium Carthaginense IV. *Discordantes Clericos Episcopos vel ratione, vel potestate ad concordiam* per viam amicabilis compositionis *trahat inobedientes Synodus per audientiam damnet.* Refert. *c.* 1. *D.* 90.

27 Juxta Decretum Concilii Carthaginensis III. *Quisquis Episcoporum, Præsbyterorum, Diaconorum, vel Clericorum, cum in Ecclesia ei crimen fuerit intentatum, vel civilis causa fuerit commota, si relicto judice ecclesiastico, publicis judiciis purgari voluerit, etiamsi pro ipso fuerit prolata sententia, locum suum amittat; & hoc in criminali judicio: in civili vero perdet, quod evicit, si locum suum obtinere voluerit.* Extat. *c.* 34. *XI. q.* 1.

28 En Decretum Concilii Chalcedonensis (*b*)! *Si quis Clericus*, inquit, *habet, cum Clerico litem, aut negotium, proprium Episcopum non relinquat, & ad sæcularia judicia,* insalutato Episcopo, *ne excurrat: sed causam prius apud proprium Episcopum agat; vel de Episcopi sententia apud eos,*

(*a*) S. Aug. de divers. serm. 49. (*b*) Nov. 79. c. 1.

eos, quos utraque pars, veluti arbitros *elegerit, judicium agitetur. Si quis autem præter hæc fecerit, canonicis pœnis subjiciatur.* Refert. *c.* 46. *integ. lect. ibi.*

29 Justinianus privilegium, quod alibi Monachis, & Monialibus indulsit, ad Clericos extendit, *ut, si quis habeat adversus eos pecuniariam causam, prius ad Deo amabilem Episcopum pergat, sub quo constitutus est, & interpellet eum, & ex non scripto mereatur judicium: &, si hoc fiat, ne inquietet eum, nec ad auditoria civilia trahat &c.* Et infra: *Quod si propter causæ naturam, aut propter quamdam difficultatem forte non fuerit possibili Deo amabili Episcopo decidere negotium, tunc licentiam esse, & ad civiles Judices pergere, & privilegiis omnibus custoditis, quæ reverendissimis Clericis sacræ præstant constitutiones, & litigare, & examinationem fieri, & terminum imponi volumus.* Velociter quoque decidi lites Clericorum præcipit Imperator, rationem subjungens: *Ut non propter hujusmodi causam sacris amoveantur obsequiis, & cum oporteat Deum placari, & decentia Sacerdotibus agi, auditoriis detineantur, & illis turbis, atque inhærente tumultu litigantium animabus. Nov.* 83. *Præf. &* §. 1.

30 Inferius Imperator illud moderamen subjicit: *Ut, si Episcopus sententiam tulerit, & alter litigantium intra decem dies contradicat iis, quæ judicata sunt, tunc locorum judex causam examinet; & si invenerit judicium recte factum, etiam per sententiam propriam hoc confirmet, & executioni propriæ tradat, quæ judicata sunt: & non liceat secundo in tali causa victo appellare. Si vero Judicis sententia contraria fuerit iis, quæ à Deo amabili Episcopo judicata sunt, tunc locum habere æppellationem contra sententiam judicis, & hanc secundum legum ordinem referri, & exerceri.* En alium casum! *Si tamen ex imperiali jussione, aut judiciali præcepto, Episcopus judicat inter quascunque personas, appellatio ad Imperium, aut ad eum, qui transmisit negotium, referatur.* Refert. *Nov.* 123. *c.* 21.

Cap. 5. De Privil. for.

31 Synodus Agathensis ad exemplum veterum Canonum decrevit, *ne Clericus quemquam præsumat apud sæcularem Judicem, Episcopo non permittente, pulsare.* Quippe à perfectione status Clericalis satis alienum videbatur, quod Clerici mox ad sæculares judices, præterita via compositionis, suas causas deferrent. *c.* 1. & 2. *XIV. q.* 1.

32 Gratianus inversam lectionem reddidit. *Clericum*, inquit, *nullus præsumat apud sæcularem judicem, Episcopo non permittente, pulsare.* Hac lectione Gratianus Clerico, in quantum convenitur, tribuit, quod Concilium Agatense de

de Clerico actore statuit. *c.* 17. *XI. q.* 1. *& Corr. Rom. ibi.* Hi tamen Correctores simul sibi notant, in eodem quoque Concilio actum de laicis, qui Ecclesiam, vel Clerum vexant. Refert Gratianus & hunc illius Synodi Canonem: *Siquis vero sæcularium per calumniam Ecclesiam, aut Clericum fatigare tentaverit, & convictus fuerit, ab Ecclesiæ limitibus & à Catholicorum communione, nisi digne pœnituerit, coerceatur. c. fin. V. q.* 6.

33 Labentibus sæculis miro zelo hoc privilegium Clericorum, ne à laicis ad Judices sæculares trahi possent, urserunt Pontifices, & Episcopi, uti vel ex Decretis eorum, Decretalibus Gregori IX. insertis cognosci potest. Nicolaus I. statuit (*a*), laicis nullum jus esse, Clericos dijudicandi. *c.* 1. *& seq. ibi.*

34 S. Gregorius VII. ait: *Quis dubitet Sacerdotes Christi, Regum, & Principum, omniumque fidelium Patres, & Magistros censeri! Nonne miserabilis insaniæ esse cognoscitur, si Filius Patrem, discipulus Magistrum conetur subjugare, & iniquis obligationibus illum suæ potestati subjicere, à quo credit, non solum in terra, sed etiam in cœlis* ad impetrandam remissionem peccatorum, *se ligari posse, & solvi?* Refert. *c.* 9. *D.* 96.

35 Ex antiquis his Decretis sat luculenter elucescit privilegium fori ecclesiastici, quod Clericos, si convenirentur, ab omni tribunali civili exemit. Juxta Decretum Concilii Parisiensis, quod jactatur, *nullus Judicum, neque Præsbyterum, neque Diaconum, neque Clericum ullum, aut Minores Ecclesiæ, sine permissu Pontificis, distringere, aut condemnare*, quocunque modo *præsumat.* Legit. *c.* 2. *de For. Comp.*

36 Hoc exemplo Innocentius III. laicis interdixit sub pœna excommunicationis, ne quemcunque Clericum ad sua tribunalia cogerent, etiamsi consensisset, quia privilegio fori, quod toti ordini concessum est, nemo renuntiare potest. *c.* 12. *ibi.*

37 Enimvero novum Jus proprium forum justitiæ in ejusmodi generis causis tribunali ecclesiastico vindicat. Inde invaluit, quod passim judices civiles omnis jurisdictionis in his causis, quæ vel bona, vel personas Ecclesiarum spectant, inhabiles declarentur. *c.* 7. *de Præscript.*

38 Fridericus II. Imp. quoque privilegium fori Ecclesiastici confirmaverat. *Statuimus*, inquit, *ut nullus ecclesiasticam personam* in criminali quæstione, vel civili trahere ad *judi-*

(*a*) S. Nicol. ad Bulgar. c. 20.

dicium sæculare præsumat. Refert. *Auth. Statuimus C. de Episc. & Cler.*

39 Extendebatur privilegium non modo ad Clericos quosque, sed etiam ad eorum familiares. Inde evenit, quod Episcopi passim ordinarent Clericos absque selectu, & sæpe ducti motivo maxime ampliandæ suæ jurisdictionis. Plures Clerici erant nonnisi tonsurati, aut Minoristæ ipsimet conjugati, & infimi conditionis homines. Nam fere quisque Clericus fieri ambiit, ut jurisdictionem civilem, privilegio fori fretus, effugeret, tum in causis civilibus, tum & præprimis in criminalibus. Nonnullis his abusibus mederi videbantur recentiores Decretales.

40 Pronuntiat Alaxander III., Clerico Actori non suffragari privilegium fori, si laicum conveniat, quia actor forum rei sequi debeat: licet in plerisque partibus aliter de consuetudine habeatur. *c. 5. de For. Compet.*

41 Causæ feudales relinquuntur jurisdictioni domini directi. Hinc & Clericus, sive ut actor, sive, ut Reus, in iis causis illius judicio stare debet, ut per dominum feudi causa terminetur. *c. 6. & 7. ibi.*

Cap. 6. De Us. hod.

42 Hac occasione, quod recentiores decretales nonnullas causas exceperint, alias præterierint, sensim actus est numerus earum causarum, in quibus civilia tribunalia Clerici, si conveniantur, subire debent. Postquam enim sensim causas civiles laicorum, exclusis Judicibus ecclesiasticis, recuperarunt sæcularia tribunalia, inde & ad causas civiles Clericorum processum fuit, ut in Gallia, & alibi de exemptione Clericorum à jurisdictione laicali, quoad eas causas mere civiles, fere nihil supersit. Sic accidit, quod ipsi Clerici coram laicis tribunalibus in causis civilibus non tantum à laicis citari cœperint, sed & ultro hæc tribunalia expetere, & suos creditores etiam Clericos convenire, utut inconsulto Episcopo, maluerint, promptiorem justitiam suæ causæ obtenturi.

43 In Galia ann. 1330. sub Philippo Valesio solemnis illa disputatio inter Petrum Cugnerium nomine Baronum, & Ludovicum Bertrandum nomine Prælatorum exarsit, ut utriusque jurisdictionis fines explorarentur. In ea contentione Bertrandus inficiari noluit, actiones reales Clericorum de jure scripto ad civiles Judices spectare, nisi consuetudo Ecclesiæ adversetur.

44 Successit usus, qui causas reales judici laico penitus detulit, ut nulla earum cognitio Judici ecclesiastico, qui harum actionum non tantum incompetens, sed & inhabilis censetur, relinquatur, quia hæc causa rem potius, quam personam respicit.

ju-

45 Bertrandus tunc obtendit, quod in actione mixta, aut super interdicto, quod in parte personale est, Clericus à foro sæculari excusetur. Hodie vero contrarium plane principium passim invaluit; nimirum, bona temporalia esse omnino de jurisdictione sæculari, ipsosque Judices ecclesiasticos esse incapaces cognoscendi, aut statuendi de realitate bonorum; adeo, ut abstinere debeant ab omni causa, cui realitas quædam sit admixta.

46 Quid de causis annuarum præstationum? Distinguunt, quando medium concludendi est reale; ut, quia petitur ratione prædiorum censualium, causa censeatur esse fori civilis, quia tunc magis prædia conveniri videntur, quam Possessores prædiorum: si autem medium concludendi sit personale, ut, quia arreragia, seu reditus annui petuntur extipulatione, vel alia obligatione personali, Clericus coram Judice ecclesiastico conveniri debeat.

47 Si contractus initus sit coram Notario Regio, hodie Clericus de eo coram Judice Regio convenitur. Quippe, dum contractus coram Notariis Regiis celebratur, solet adscribi clausula, quod contrahentes pro implemento dictarum obligationum voluntarie se subjiciant jurisdictioni civili. Quod enim novo jure obtenditur, Clericos non posse renuntiare privilegio fori, id quoad causas civiles in desuetudinem abiit, aut ad criminales causas rejicitur; cum in his ultimis tantum causis deducus inferatur clericali Ordini, in cujus gratiam privilegium indultum est. *Arg. c. 12. de For. Compet.*

48 Hodie & ipsa quæstio: an Clericus sit remittendus ad Judicem ecclesiasticum: spectat ad Judicem Regium, quia, ut ajunt, in ea causa intervenit quæstio facti, quam civilis Judex sibi vindicat, non obstante contraria decisione novi juris, quam usus abolevit, licet supersit. *cap. 12. de Sent. Excommun. in 6.*

49 Si Clericus in alia qualitate, quam Clerici convenitur, hodie se sistere debet coram Judice laico, quia ex eo negotio spectatur ut alius laicus; v. g. ut Tutor, Curator, ut Administrator, ut Depositarius &c.

50 Hac ratione & Clericus, quantum ad causam evictionis, recusare non potest forum sæculare, quia in hoc casu Clericus cen etur veluti Actor, aut Procurator emptoris laici. *L. 49. ff. de Judic.*

51 An Clericus, qua hæres laici, declinare potest forum laici, cui defunctus suberat? Quum hæres cum defuncto una, eademque persona, quantum ad causam hæreditatis, spectatur, ex persona hæredis forum haud mutatur.

52 Denique receptum est, Clericum in causa reconventionis adversus judicem, coram quo alium convenit, non posse excipere, quia plenum æquitatis est, & contra se experiri judicem, quem quis pro se elegerit. *c.* 1. §. 2. *III. q.* 8.

53 Ex his, aliisque, quæ ex praxi hodierna Pragmatici observant, apparet, privilegium fori ecclesiastici, quantum ad causas profanas Clericorum, valde decrevisse, ut rarissimi sint casus, quibus Clerici judicium sæculare in eo genere causarum efficaciter declinare queant; præsertim, quia & Judices Regii sibi solis auctoritatem arrogant judicandi, an causa ad Judicem ecclesiasticum remittenda sit, vel non? Persuasere tantam restrictionem ambages fori ecclesiastici, quibus processus forensis jure Decretalium redundat.

54 Id privilegium Prælatis, & Capitulis, quia dignitate effulgent, reliquum est, quod in eo genere causarum non alium judicem, quam ipsum Principem, aut supremum ejus Senatum agnoscere teneantur, ut vel hoc moderamine eorum statui consultum sit. Hoc tamen privilegium Abbatum, & Prælatorum intelligendum est de actionibus mere civilibus, sive profanis, non autem sacris, & ad spirituale regimen spectantibus.

55 Cæterum licet notoria praxis evincat, nec diffiteri possimus, Clericos moderno usu in causis mere civilibus conveniri posse: ratio tamen Canonum vetantium. Clericos in forensi judicio litigare, immota permanet, licet externa disciplina in ipsis expressa suum amiserit vigorem. Dicti enim Canones tantum intendunt, litibus, & forensibus jurgiis illos eximere, eosque inducere, quin & adstringere, ut quæstiones suas potius Episcopo, aut aliis viris prudentibus, & intelligentibus amicabiliter sine strepitu forensi decidendas committerent, dicente quotidie cum Ecclesia: *Extingue flammas litium.*

56 Sacris eloquiis, sanctorumque Patrum affatis jubemur, nos Magistratibus sive ecclesiasticis, sive civilibus humiliter submittere. S. Petrus ait (*a*): *Subjectis igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deum, sive Regi, quasi præcellenti, sive Ducibus*, & judicibus, *tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum: laudem vero bonorum, quia sic est voluntas Dei.* Ex sententia S. Pauli: (*b*) *Omnis anima potestatibus sublimioribus*, sive ecclesiastici, sive civilis imperii *subdita sit; non est enim potestas, nisi à Deo — Dei enim Minister est.* En S. Chrysostomi expositionem (*c*)! *Potestatibus*, inquit, *ex debito obedire jubet* Apostolus, *ostendens, quod ista imperentur omnibus, & Sacerdotibus, & Monachis, non solum sæcularibus. Id, quod statim in ipso exordio declarat, cum dicit: omnis anima potestatibus sublimioribus* sive ecclesiastici, sive civilis imperii *subdita sit, etiamsi Apostolus sis, si Evangelista, si Propheta, sive quisquis tandem fueris; non enim pietatem evertit ista subjectio.* Juxta S. Gregorium Naz. (*a*) *Subjecti sumus tum Deo, tum invicem aliis alii, qui cum imperio nobis in terra* in ordine ad causas ecclesiasticas vel profanas *præsunt, Magistratibus propter ordinis* à Deo instituti *conservationem. Etiam hæc in legum nostrarum numero est, ut quemadmodum hæris servi, uxores maritis, Ecclesia Domino, discipuli Pastoribus ac Doctoribus obtemperant; ita nos* (Clerici, & Monachi) *etiam cunctis potestatibus supereminentibus subjecti simus, non tantum propter iram, sed etiam propter conscientiam.*

(*a*) 1. Petr. 2. v. 13. (*b*) Rom. 13. (*c*) S. Chrys. hom. 23. in ep. Rom.

TIT. II.

De Causis Ecclesiasticis.

CAPUT I.

De Exemplis Novi Juris.

1 Veteri judicio finium regundorum Osius Cordubensis (*b*) inter utramque potestatem has rationes subduxit: *Tibi Imperator*, inquit, *Deus imperium commisit nobis*, utpote Episcopis, *quæ sunt Ecclesiæ, concredidit. Et, quemadmodum, qui tuum imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi divinæ; ita, & tu*, etsi Imperator, *cave, ne, quæ sunt Ecclesiæ, ad te trahens, magno crimini obnoxius fias. Date, scriptum est, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, et, quæ sunt Dei, Deo. Neque igitur fas est nobis, in terris imperium tenere; neque tu thymiamatum, & Sacrorum potestatem habes Imperator.*

2 Novo jure, quod jurisdictionem Ecclesiæ foro justitiæ exornavit, recepta est distinctio, qua causas mere ecclesiasticas discernere placuit à causis mixtis, quæ quidem per se profanæ sunt, sed ratione vel personarum, vel negotiorum, vel rerum de jure, aut de antiqua consuetudine ad forum ecclesiasticum revocantur. *c.* 4. *de Immunit. Eccles. in 6.*

3 Causæ mere ecclesiasticæ reputantur, quæ per se spirituales sunt, ita ut ex natura sua nihil temporalis negotii

(*a*) S. Greg. Naz. orat. ad Præsid. (*b*) Osius ep. ad Constant. Imp.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

52 Denique receptum est, Clericum in causa reconventionis adversus judicem, coram quo alium convenit, non posse excipere, quia plenum æquitatis est, & contra se experiri judicem, quem quis pro se elegerit. *c.* 1. §. 2. *III. q.* 8.

53 Ex his, aliisque, quæ ex praxi hodierna Pragmatici observant, apparet, privilegium fori ecclesiastici, quantum ad causas profanas Clericorum, valde decrevisse, ut rarissimi sint casus, quibus Clerici judicium sæculare in eo genere causarum efficaciter declinare queant; præsertim, quia & Judices Regii sibi solis auctoritatem arrogant judicandi, an causa ad Judicem ecclesiasticum remittenda sit, vel non? Persuasere tantam restrictionem ambages fori ecclesiastici, quibus processus forensis jure Decretalium redundat.

54 Id privilegium Prælatis, & Capitulis, quia dignitate effulgent, reliquum est, quod in eo genere causarum non alium judicem, quam ipsum Principem, aut supremum ejus Senatum agnoscere teneantur, ut vel hoc moderamine eorum statui consultum sit. Hoc tamen privilegium Abbatum, & Prælatorum intelligendum est de actionibus mere civilibus, sive profanis, non autem sacris, & ad spirituale regimen spectantibus.

55 Cæterum licet notoria praxis evincat, nec diffiteri possimus, Clericos moderno usu in causis mere civilibus conveniri posse: ratio tamen Canonum vetantium. Clericos in forensi judicio litigare, immota permanet, licet externa disciplina in ipsis expressa suum amiserit vigorem. Dicti enim Canones tantum intendunt, litibus, & forensibus jurgiis illos eximere, eosque inducere, quin & adstringere, ut quæstiones suas potius Episcopo, aut aliis viris prudentibus, & intelligentibus amicabiliter sine strepitu forensi decidendas committerent, dicente quotidie cum Ecclesia: *Extingue flammas litium.*

56 Sacris eloquiis, sanctorumque Patrum affatis jubemur, nos Magistratibus sive ecclesiasticis, sive civilibus humiliter submittere. S. Petrus ait (*a*): *Subjectis igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deum, sive Regi, quasi præcellenti, sive Ducibus*, & judicibus, *tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum: laudem vero bonorum, quia sic est voluntas Dei.* Ex sententia S. Pauli: (*b*) *Omnis anima potestatibus sublimioribus*, sive ecclesiastici, sive civilis imperii *subdita sit; non est enim potestas, nisi à Deo — Dei enim Minister est.* En S. Chrysostomi expositionem (*c*)! *Potestatibus*, inquit, *ex debito obedire jubet* Apostolus, *ostendens, quod ista imperentur omnibus, & Sacerdotibus, & Monachis, non solum sæcularibus. Id, quod statim in ipso exordio declarat, cum dicit: omnis anima potestatibus sublimioribus* sive ecclesiastici, sive civilis imperii *subdita sit, etiamsi Apostolus sis, si Evangelista, si Propheta, sive quisquis tandem fueris; non enim pietatem evertit ista subjectio.* Juxta S. Gregorium Naz. (*a*) *Subjecti sumus tum Deo, tum invicem aliis alii, qui cum imperio nobis in terra* in ordine ad causas ecclesiasticas vel profanas *præsunt, Magistratibus propter ordinis* à Deo instituti *conservationem. Etiam hæc in legum nostrarum numero est, ut quemadmodum hæris servi, uxores maritis, Ecclesia Domino, discipuli Pastoribus ac Doctoribus obtemperant; ita nos* (Clerici, & Monachi) *etiam cunctis potestatibus supereminentibus subjecti simus, non tantum propter iram, sed etiam propter conscientiam.*

(*a*) 1. Petr. 2. v. 13. (*b*) Rom. 13. (*c*) S. Chrys. hom. 23. in ep. Rom.

TIT. II.

De Causis Ecclesiasticis.

CAPUT I.

De Exemplis Novi Juris.

1 Veteri judicio finium regundorum Osius Cordubensis (*b*) inter utramque potestatem has rationes subduxit: *Tibi Imperator*, inquit, *Deus imperium commisit nobis*, utpote Episcopis, *quæ sunt Ecclesiæ, concredidit. Et, quemadmodum, qui tuum imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi divinæ; ita, & tu*, etsi Imperator, *cave, ne, quæ sunt Ecclesiæ, ad te trahens, magno crimini obnoxius fias. Date, scriptum est, quæ sunt Cæsaris, Cæsari, et, quæ sunt Dei, Deo. Neque igitur fas est nobis, in terris imperium tenere; neque tu thymiamatum, & Sacrorum potestatem habes Imperator.*

2 Novo jure, quod jurisdictionem Ecclesiæ foro justitiæ exornavit, recepta est distinctio, qua causas mere ecclesiasticas discernere placuit à causis mixtis, quæ quidem per se profanæ sunt, sed ratione vel personarum, vel negotiorum, vel rerum de jure, aut de antiqua consuetudine ad forum ecclesiasticum revocantur. *c.* 4. *de Immunit. Eccles. in 6.*

3 Causæ mere ecclesiasticæ reputantur, quæ per se spirituales sunt, ita ut ex natura sua nihil temporalis negotii

(*a*) S. Greg. Naz. orat. ad Præsid. (*b*) Osius ep. ad Constant. Imp.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

admixtum habeant. Statuit Innocentius III.: ne super rebus spiritualibus compromittatur in laicum; quia non decet, ut laicus in talibus arbitretur. *c.* 8. *de Arbitr.*

4 Hinc causas Sacramentorum mere esse ecclesiasticas, utpote ex natura sua spirituales, nemo dubitat, in quantum hæc restrictio spectat substantiam eorum, quantum enim ad modum, locum, tempus, aliasque circumstantias eorum plurima intercurrere queunt, quæ externam politiam spectant, ut inde ad Principum, Magistratuumque curam, & auctoritatem subinde recidant, utpote quibus incumbit externæ politiæ consulere, ut omnia recto ordine in Republica agantur. Hinc plurimæ tum in Codice Theodosiano, Justinianeoque, tum in Capitularibus Regum Francorum, tum & recentioribus Christianorum Principum edictis sanctiones ocurrunt, quæ illud jus Regium explicare censentur: utpote quia spectant statum publicum pro tranquillitate Reipublicæ conservanda, ordinandaque.

5 Ipsimet tamen Principes sæpius declararunt, quod causæ mere ecclesiasticæ tantum pertineant de jure ad forum ecclesiasticum. Idipsum obtinere in Belgio refert Antonius Anselmo (*a*): *Principes nostri religiose suis Constitutionibus vetuerunt, ne quis in caussis Politiam ecclesiasticam tangentibus, aut morum correctoriis recurrat ad Judicem sæcularem, aut per appellationem procuret aliquam supersessorium, seu suspensionem, aut clausulas inhibitivas.* Galliæ quoque Rex 1610. (*b*) injunxit *supremorum Senatuum Curiis, ut jurisdictioni ecclesiasticæ subjectas sinant causas, quarum ad eos spectat cognitio: quinimo eas, quæ Sacramenta, aliasque res spirituales, & mere ecclesiasticas concernunt, nec causas illas titulo possessori, aut alia demum quacunque occasione ad se traducent.*

6 Causas matrimoniales ad forum ecclesiasticum pertinere sat indicant Conciliorum Canones. Ait Concilium Milevitanum: *Placuit, ut secundum Evangelium, & Apostolicam disciplinam neque dimissus ab uxore, neque dimissa a marito alteri conjungantur, sed ita permaneant, aut sibi reconcilientur. Quod si contempserint, ad pœnitentiam rediganter. c. 5. XXXII. q. 7.*

7 Statuitur decreto Concilii Agathensis? *Sæculares, qui conjugale consortium* proprio arbitrio *sine graviori culpa dimittunt, vel dimiserunt, & nullas causas dissidii probabiliter proponentes, propterea sua matrimonia dimittunt, ut aut illicita, aut aliena præsumant: si, antequam apud comprovinciales Episcopos dissidi causas dixerint, & priusquam in judicio damnentur, uxores suas abjecerint, ab Ecclesiæ communione, & populi cœtu pro eo, quod fidem, & conjugium* adulterio perfidiave *maculant, excludantur.* Refertur sub epigraphe Concilii Carthaginensis. *c.* 1. *XXXIII. q.* 1. 2.

(*a*) Ant. Ansel. in suo Tribon. Belg. c. 84. §. 8. (*b*) Act. Cler. Gall. I. 1. p. 1. tit. 2. c. 9. art. 8.

8 Fuerunt olim causæ matrimoniales in Episcoporum Conciliis decisse. Inde Alexander II. in Galliam rescripsit cuidam Guilielmo, *ut hanc, quam nunc habes uxorem, nullatenus præsumas dimittere, vel aliam ducere, donec Episcoporum Religiosorum Concilium causam istam examinaverit.* Extra *c.* 10. *XXXV. q.* 6.

9 Extinctis Conciliis quisque Episcopus causas matrimoniales, quæ ad vinculum referuntur, seorsim suo tribunali, quod passim Consistorium vocant, reservavit. Statuit Concilium Tridentinum (*a*): *Causæ matrimoniales non Decani, Archidiaconi, aut aliorum inferiorum judicio, etiam visitando, sed Episcopi tantum examini, & jurisdictioni relinquantur.*

10 Hinc elucet, nec Abbates, etsi exemptos, illarum causarum cognitionem sibi arrogare posse, donec juxta decisionem Rotæ per tres conformes sententias, aut unam, quæ transit in rem judicatam, constiterit, Abbatiam, ejusque dependentiam esse nullius diœcesis, ut Abbas censeatur in illa loca habere jurisdictionem quasi episcopalem.

11 Reliquis inferioribus Judicibus nullus titulus suffragari in eo genere potest, nisi consuetudo immemorialis, per tres conformes sententias probata. Conservatorum privilegiorum jurisdictio ad id genus causæ haud porrigitur. Stylus Curiæ & in secunda instantia nonnisi Episcopis causas matrimoniales committere solet.

12 An, & quis modus hodie superest in eo genere causarum conciliandi forum ecclesiasticum cum civili? In Gallia & alibi vulgata est distinctio inter quæstiones juris, & quæstiones facti. Quæstiones juris foro ecclesiastico relinquere placuit. Juxta Concordata Regia Belgii (*b*) *quoad fœdus matrimoniorum — solius Judicis ecclesiastici erit cognoscere, etiamsi quæstio fœderis matrimonialis inciderit coram Judice sæculari; quo casu Judex sæcularis supersedere tenebitur, & hunc articulum (tanquam spiritualem) ad Judicem ecclesiasticum, per eum infra anni spatium terminandum, remittere.*

Si

(*a*) Trid. sess. 24. c. 20. (*b*) Concord. Carol. V. tit. 2. art. 1.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

13 Si vero non de jure, sed de facto quæstio incideret, nimirum si non quæratur, an matrimonium sit validum, sed an revera de facto ullum matrimonium fuit initum, tunc circa hanc facti quæstionem causa matrimonialis coram Judice sæculari tractari potest. Item si mota quæstione super causa matrimoniali intercederet tertia persona allegans, vim, seductionem, aliudve factum intervenisse, tunc licet matrimonii quæstio, & controversia, prout ait Imbertus (*a*), quantum ad eos, inter quos contractum asseveratur matrimonium, sit coram Pontificio Judice tractanda, allegati tamen facti decisio devolvi potest ad Judicem civilem.

14 Jus Decretalium Judici ecclesiastico & causam natalium vindicat, quia ipsa à jure, & valore matrimonii dependere solet. Inde nonnullibi inter quæstionem juris, & quæstionem facti distinguitur, ut quæstio juris; v. g. an legitima, illegitimaque suscepta proles sit? ad Judicem ecclesiasticum sit remittenda; quæstio vero facti, v. g. an revera hic sit filius; an ex matrimonio natus? Judici civilii restituitur. In Gallia causa Natalium censetur esse quæstio status, quæ Judici civili competit. Reliquæ quæstiones de dote, de alimentatione, de damnis, de expensis, aut alio interesse passim civili judicio competunt.

15 Jure Decretalium causæ beneficiorum, decimarum, funeralium, Juris Patronatus, & tot aliæ, veluti connexæ spiritualibus, ecclesiastico tribunali reservantur. *c.* 3. *de Judic.* Juxta receptum praxim placuit inter petitorium, & possessorium distinguere, ea divisione, ut petitorium sit Judicis ecclesiastici, possessorium vero civilis Judicis. Hodie hæ causæ rarissime in petitorio aguntur, sed duntaxat in possessorio.

Cap. 2. De Caus. Testam.

16 Superest fere, & nihil hodie ecclesiastico tribunali in causis Testamentorum, quas tantis exemplis olim christiani Imperatores specialiter Episcopis demandarunt, ac Christiani iisdem sua Testamenta consignarunt, executionisque curam commiserunt, ut Judici civili fere nihil relinqueretur. Conquestus est coram Philippo Valesio Rege Petrus Cugnerius: *Item volunt (Judices ecclesiastici) inventaria facere de bonis illorum, qui ab intestato decedunt; voluntque bonorum tam mobilium, quam immobilium possessionem habere, & ipsa per manus eorum distribui hæredibus, vel illis, quibus volunt conferre. Item Testamenta quoque volunt per manus suas executioni tradere; inventaria facere bonorum defunctorum, eademque servare; & hæredibus distribuere: & habent Officiales, qui*

(*a*) Imbert. in Manual. q. instit. Matrim. caus.

qui super his exequendis duntaxat deputati existunt.

17 Fuit & in veteri Gentilismo sat vulgare, quod Testatores tabulas Testamentorum in æde sacra, fidelis custodiæ causa, deponerent, ædituis, aut aliis templorum custodibus eorum justam executionem demandantes. *Arg. L.* 3. §. 3. *ff. de Tabul. exhib.*

18 Hoc exemplo christiani Principes Episcopis demandarunt, ut executioni piorum Legatorum invigilarent, aut ipsi, si Executor suo officio deesset, vacarent. Ait Justinianus: *Si hi, qui facere jussi sunt, semel, vel his ab Episcopo, vel œconomo admoniti, per publicas personas neglexerint, — Episcopus habeat licentiam vindicare illud lucrum, & illud, quod distribui debet, distribuere. Auth. sed si Testat.* §. 1. *ad L.* 28. *C. de. Episc. & Cler.*

19 Ex hac consuetudine consignandi tabulas Testamentorum inter manus Sacerdotum, ut earum Executores essent, verisimiliter fluxit, quod tum Testamentorum executio, tum & subnatarum inde controversiarum discussio, decisioque sensim ad Ecclesiasticos, quorum prudentiæ, & religioni defuncti passim sua elogia committebant, transierit.

20 Quippe inter illa sæcula laici, qui, utpote milites, vel servi, omni peritia legendi, scribendique destituebantur, fere in quavis re Clericorum opera, & industria egebant, quia soli literas propemodum noverant pingere. Sic accidit, quod, qui Testamentum condere vellet, deberet Notarium ecclesiasticum adsciscere, ut Testamentum literis consignaret.

21 Illis temporibus quid mirum, quod Clerici, qui traditionem formularum conservarunt, omnes generis lites susciperent decidendas, quia, studio Codicis Justinianei per Italiam suscitato, fere soli juris periti censebantur?

22 Reliquorum pondere, & numero spectatior per viciniores, remotioresque Provincias fuit Papæ auctoritas, qui inde undique ex diversis orbis partibus de quibusvis utriusque juris argumentis promiscue consultabatur, ut oblatas causas decideret. Supersunt novo jure & in eo genere rescripta Innocentii III. quæ contra rationes juris civilis duplicis quartæ exactionem filio, si fideicommisso gravetur, pepererunt. *c.* 16. & 18. *de Testam. & ibi Bohem.*

23 Hac auctoritate fretus Alexander III. reprobata solemnitate juris civilis de adhibendis septem testibus, rescripsit, *Testamenta, quæ Parochiani coram Presbytero suo, & tribus, vel duabus aliis personis idoneis, in extrema fecerint voluntate, esse firma, si quis hujusmodi audeat rescindere Testamenta.* Refert. *c.* 10. *ibi.*

In-

24 Inde in celebri illa disputatione Galliæ coram Philippo Valesio Rege excusavit Bertrandus objectos Cugnerii Regii advocati articulos, qui loquuntur de executoribus, & inventariis bonorum Testatoris, & Intestatoris: *Quod tam de jure scripto, quam de consuetudine speciali Prælati sunt executores legitimi Testamentorum; unde, si executio venerit ad Prælatum, nulli facit injuriam bona inter hæredes distribuendo, & de eis inventaria faciendo. Et hoc idem dicit de bonis intestatorum, maxime in locis, ubi sic de consuetudine extitit observatum à tanto tempore, quod in contrarium memoria hoc existit.*

25 Abhinc in Gallia successive decrescere cæpit in eo genere causarum auctoritas Judicum ecclesiasticorum. Auspicio interdicta fuit Notariis ecclesiasticis Testamenti confectio, abrogatis specialibus locorum consuetudinibus, quæ Testamenta coram Notariis ecclesiasticis facta probabant. Hac inhibitione facta, necesse erat, in confectione testamentorum adhibere Notarios Regios, qui ex stylo apponebant clausulam submissionis Judicibus Regiis; qua mediante submissione, & appositione sigilli Regii Testamenta inter casus Regios relata censebantur. Aliquamdiu tamen & hæc Testamenta mixti fori censebantur, ut juri præventionis locus fuerit. Paulatim tamen & hanc partem in Gallia amisit Judex ecclesiasticus; & cognitio de Testamentis, quæ erat etiam ex præscripto variarum consuetudinum mixti fori, facta tandem est cognitionis mere sæcularis; idque, sive Testamentum fuerit laici, sive Sacerdotis; sive Testatores subjecissent executionem Curiæ spirituali voluntariæ, sive non. Patet tamen ex notis Monarcii *ad L. 28. Cod. de Episc. & Cler.* quod non ita pridem adhuc in vigore essent consuetudines Provinciarum, permittentes cognitionem de causis testamentariis Judicibus ecclesiasticis, saltem per prærentionem.

26 Alibi alius usus superest. Concordata Brabantiæ (*a*) causas testamentarias in Diœcesi Leodiensi mixti esse fori censent, ut præventioni locus pateat, tum in ordine ad causam principalem, tum & ad reliquas quæstiones incidentes, emergentes, annexasque, & hoc, quando agitur actione personali, *salvo, quod in prædictis causis Judex ecclesiasticus non poterit judicando contravenire Ordinationibus, & Constitutionibus Ducum Brabantiæ, nec statutis, consuetudinibus, vel privilegiis locorum, hactenus editis, & observatis, seu imposterum edendis, & huic concordiæ non præjudicantibus; alioquin Princeps poterit providere.*

(*a*) Concord. Carol. V. tit. 1. art. 1. §. 3.

27 Alibi hæc concordia præplacuit, ut causæ Testamentorum ecclesiasticorum privative Judici ecclesiastico deferantur; laicorum vero Judici sæculari. En Concordatum Hanoniæ (*a*)! *Quoad causam quorumvis Testamentorum, Codicillorum, & ultimarum voluntatum, Presbyterorum, Parochorum, & Personarum ecclesiasticarum, Beneficiatorum, & Ministrorum gestantium habitum ecclesiasticum, & Clericorum Parochialium Tonsura insignitorum, capacium, & idoneorum similia condendi, actaque fuerint coram Notariis, aut testibus, aut alio modo juxta leges Ecclesiæ, cognitio ad „solum" Judicem ecclesiasticum spectabit; dictaque Testamenta, Codicilli, & ultimæ voluntates integre executioni mandabuntur in dicta Provincia Hanoniæ.* Ni fallor: hic usus & per reliquas Provincias Germaniæ frequentior est.

28 Quantum ad Legata pia, mandat Justinianus Episcopis, ut curam paternam habeant, monituri hæredes, & executores eorum, ut piam voluntatem defuncti adimpleant; quod si ipsi in negligentia, & inobedientia perstiterint, Episcopo reliquum est, negligentes deferre apud clarissimos Præsides Provinciarum, ut juridice ad executionem piorum legatorum cogantur. *L. 46. §. 1 & 2. C. de Ep. & Cler.*

29 Jus novum jurisdictioni ecclesiasticæ Episcoporum auctoritatem cogendi hæredes, & executores ad implementum piorum legatorum arrogat, tametsi à testatore illa coactio interdicta fuisset. *c. 17. & 19. de Testam.*

30 In Belgio plus, minusque hujus juris usus viget. In Gallia vero, si agatur de legato pio, prosecutio fieri solet per Procuratorem Regium coram Curia Regia, ita, ut Episcopus se immiscere nequeat.

31 Quid reliquum est? Synodus Audomarensis (*b*) de ann. 1583. præcipit Parochis, & Pastoribus, ut affulgente mortis periculo moneant Parochianos suos, *ut tempestive Testamentum condant salutare, atque ita disponant tempori, domui, rebusque suis, ut in morte esse dispositum desiderent, ne opus sit, animum tum anxie his occupari, cum ea relinquenda sunt.* His subdit: *Ubi illi vitam cum morte mutaverint, sint eorum* (procul ab omni proprii commodi studio) *veluti Procuratores; tum ut, animabus eorum, subsidio fortassis egentibus, sacrificiis, precibus, eleemosynis, cæterisque charitatis officiis succurratur, tum etiam, ut eorum, quas ultimo testati sunt, piæ voluntates, ac testamentariæ consti-*

(*a*) Concord. Hanon. art. 8. (*b*) Synod. Audom. tit. 24. c. 1.

tutiones executioni, ita ut oportet, mandentur. Perquirant itaque amicabiliter, *quid condiderint piorum legatorum; quod ubi intellexerint, observent, justis exequiarum rite peractis, an hæredes, & Testamenti executores id adimpleant; &, si tardi, aut negligentes illi fuerint, moneant eos, nostra etiam auctoritate, si opus fuerit &c.*

Cap. 3. De reliq. caus. civ.

32 Jure novo, quod prætendit, res Ecclesiarum Clericorumque esse simpliciter à jurisdictione civili exemptas, horum bonorum tum mobilium, tum immobilium causas Judicis ecclesiastici foro vindicat, ut in eas Judex civilis immiscere se haud possit. *c. 2. de For. Compet. in 6.*

33 In Belgio id genus exemptionis restringitur ad bona amortizata, utpote illa, quæ à jurisdictione sæculari per Principem sunt exempta, literis desuper rite expeditis, vel quæ à 70. aut 80. annis tanquam amortizata per Ecclesiam possessa fuerunt. Ajunt Concordata (*a*): *Officialis* Episcopi *cognoscet de proprietate bonorum amortizatorum, ut supra etiam contra laicum.* Quid vero, si agatur non de proprietate eorum bonorum, sed de servitutibus tantum urbanis, rusticisque eorum prædiorum? Cognitio ad Officialem non spectat (*b*): *nisi quando ambo fundi, tam dominans, quam serviens amortizati fuerint.* Quid de limitibus, & finibus eorum prædiorum (*c*)? *De terminis, & limitibus ponendis, vel amovendis Judex ecclesiasticus non cognoscat, sed sæcularis solus.*

34 In Gallia bona ecclesiastica, qualiacunque sint, non sunt exempta à jurisdictione civili: hinc de illis cognoscit Judex sæcularis. Quippe & amortizatio nihil illis tribuit, nisi jus legitimæ possessionis, ut in reliquis à foro civili haud dispensentur.

35 Juxta Concordata Belgii (*d*): *si autem laicus actione personali ex contractu per ecclesiasticam Personam conveniantur ratione bonorum mere ecclesiasticorum; ut puta decimarum vel oblationum, vel ratione bonorum* (*ut prædicitur*) *amortizatorum, poterit laicus in jus trahi coram Officiali, vel Judice sæculari: ita quod talis actio erit mixti* (ad effectum præventionis) *fori. Idem erit, si laicus invitis dominis videatur defructuasse bona mere ecclesiastica.*

36 In Gallia nulla cognitio Officiali ecclesiastico relinquitur in actionibus Personalibus contra laicos ratione bonorum vere ecclesiasticorum, multo minus, si causa spectet fundos, & possessiones.

Bel-

(*a*) Concord. Carol. V. tit. 3. art. 2. (*b*) Art. 4. (*c*) Art. 5. (*d*) Art. 10.

37 Belgii Concordatum statuit (*a*): *Abbates, & Abbatissæ, aliique, de statibus Brabantiæ* (*penes quos præcipue bona amortizata resident*) *juri stabunt tam active, quam passive, coram judicibus illis, coram quibus de antiqua consuetudine juri stare consueverunt*; nimirum coram supremo Principis Senatu. Hac aliaque occasione raro tractantur causæ hujus generis coram Judicibus ecclesiasticis.

38 Quid de mobilibus Clericorum? Inquit Concordatum Belgicum (*b*): *Bona mobilia, & moventia Presbyterorum, Diaconorum, Subdiaconorum, & Clericorum Beneficiatorum, actu suis officiis deservientium, aut in Universitate* per licentiam sui Episcopi *studentium, vel Reipublicæ causa absentium, viventium, vel piorum locorum, quoad forum, nisi in casibus, in quibus Judex sæcularis* ex jure Decretalium *habet in Clericos, sive eorum bona potestatem.*

39 In Gallia distinguitur inter bona Clericorum, piorumque locorum mobilia, quæ acquisita sunt per contractum sub sigillo Regio; utpote per Testamentum, donationem, emptionem, permutationemque: Judicis enim Regii est, de his jus dicere, si sine contractu sunt acquisita. Clericus, utpote reus, conveniendus de his est coram Judice ecclesiastico. Sunt tamen & hæc Judici sæculari subjecta in casu confiscationis, aut sequestrationis, exceptis illis, quæ spectant ad servitium divinum.

40 In Belgio decretum Judicis sæcularis, injectum pensioni ecclesiasticæ, quæ reservatur Sacerdoti super Pastoratu suo solvenda per Deservitorem ejusdem Pastoratus, irritum censetur. In Gallia vero Judex sæcularis decernere potest missionem possessionis in pensionem ecclesiasticam, quæ excedit honestam sustentationem Pensionarii.

41 In Belgio si sæcularis quispiam ejus (*Clerici*) colonus aut debitor alias esset, tum isti personæ sæculari à suo judice præcipi posset, ut manus suas non vacuaret. In Gallia actio Clerici contra suum colonum sæcularis censetur.

42 His jungunt Concordata Belgii causas contractus connubialis. Inquiunt: *Ut iidem Judices ecclesiastici de tribus duntaxat causarum generibus cognoscant; videlicet de validitate, aut invaliditate Testamentorum, de bonis ecclesiasticis amortizatis, de pactis antenuptialibus, nec omnino de aliis.* In Gallia nullus locus triplici illi generi causarum est ad declinandum forum Judicis civilis. In Germania tam exactas rationes divisarum causarum reddere non licet, quia & diver-

Mm 2 si-

(*a*) Art. 7. (*b*) Art. 8.

sitas religionum, regionumque variat. Spectat enim argumentum causas civiles Clericorum, locorumque piorum.

43 Recentioribus regionum moribus Judex ecclesiasticus in reliquis causis civilibus laicorum tam incompetens censetur, ut nec ejus jurisdictio partium consensu prorrogari possit in eas. Quoniam jurisdictiones, quæ vel patrimoniales sunt, vel Regiæ, & utraque promanentes à Principe, non pendent ex voluntate subditorum.

44 Inde illud principium juris novi, quod laicus ex contractu, si juramentum intervenerit, coram Judice ecclesiastico posset conveniri, passim exaruit. In Germania Recessus Imperii de ann. 1654. (*a*) judiciales relaxationes, & absolutiones juramentorum, ad effectus civilis obligationis, sæcularibus tribunalibus vindicat.

45 Hoc exemplo hodie & exaruit titulus protectionis, quo ex jure novarum Decretalium causæ civiles, & profanæ viduarum, pupillorum, & miserabilium personarum ad forum ecclesiasticum reducebantur. *c.* 15. *de For. Compet.*

46 Protectio miserabilium personarum procul dubio est ex officio utriusque potestatis. Forum civile elucet per auctoritatem jurisdictionis. Edixit & olim Constantinus Imp. *Quod si pupilli vel viduæ aliique fortunæ injuria miserabiles judicium nostræ Serenitatis oraverint, præsertim cum alicujus potentiam perhorrescunt, cogantur, eorum adversarii examini nostro sui copiam facere.* Refert. *L. un. Cod. quand. Imper. int. pupill. vel vid.*

47 Patrocinium Ecclesiæ ex officio charitatis per integritatem defensionis causis miserabilium personarum invigilat. In Concilio Mediolanensi III. (*b*) observat S. Carolus: *Pupillorum, viduarum, & egentium personarum cura Episcopo, communi omnium Parenti, à SS. Canonum legibus potissimum commendata, & commissa, negligi non debet, ne, si lædantur, vociferentur ad Dominum, qui exaudiet clamorem eorum. Quamobrem pro sui muneris officio Episcopus aliquem constituat Ecclesiasticum, vel alium pium hominem, christianæ charitatis operibus, atque officiis deditum, qui viscera misericordiæ indutus, id generis hominum patrocinium in omni causa suscipiat. Quod si aliqui jam huic pio operi præfecti sint, id agat Episcopus, ut ii munus sibi creditum exequantur quam diligentissime.*

48 Jam quondam sanxit Justinianus, ut, si negligentes fuerint judices in administranda justitia, adiretur loci Episcopus,

(*a*) Recess. Imp. §. 164. (*b*) Conc. Mediol. III. c. 12.

pus, judicem ad reddendam justitiam auctoritate sui eloquii, & officii permoturus, Jure Decretalium committitur Judici ecclesiastico, ut Judicis sæcularis defectum suppleat. Hinc inter Interpretes novi juris invaluit sententia, quod propter negligentiam Judicis sæcularis transferatur jurisdictio ad Judicem ecclesiasticum. *c.* 11. *de For. Compet. & ibi Gloss.* Hodie in Gallia fere inversa est alea, quod Magistratus suppleat defectum Judicis ecclesiastici per appellationem ab abusu, in casu denegatæ justitiæ.

Cap. 4. De Petit. & posses. in caus. eccl.

49 Ab eo genere causarum distinguuntur causæ mere ecclesiasticæ, quæ argumentis juris novi, & spirituales vocantur, quia ad titulum sacri ministerii referuntur. Sunt ex earum numero præcipue causæ beneficiales, quarum titulus ab electione, institutione, collationeque canonica dependet. *c.* 1. *de Reg. Jur. in 6.*

50 Jure Decretalium hæ causæ tum in petitorio, tum in possessorio tribunali ecclesiastico, missis Judicibus civilibus, reservantur. Spectantur enim ut connexæ, ut utrumque oporteat ab eodem judice, eademque sententia, si ambæ liquidæ sint, decidi. *c.* 6. *de Caus. Possess. & Propr.*

51 Sæpe tamen hæ lites in turbas publicas degenerarunt, quia nonnumquam contendentes, stipati amicorum, clientumque viribus, ad arma convolarunt, ut alter alterum ex possessione beneficii vi dejiceret, vel repelleret. Hac occasione accurrerunt Judices Regii, ut, suppressis privatis, Possessorem auctoritate publica tuerentur.

52 Inter hæc sæcula itaque Judices civiles in eo genere nihil sibi arrogarunt, nisi decretum momentaneæ possessionis, seu recredentiæ, aut sequestri, ut seditiones privatas resecarent, rejecta in forum ecclesiasticum legitima cognitione possessorii, petitoriique.

53 Successive invaluit consuetudo in Gallia, quod possessorium retinendæ possessionis super quibuscunque Ecclesiis, & beneficiis ecclesiasticis foro sæculari relinqueretur. Martinus V. usum hujus Juris Regi Carolo VII. indulsit, eo moderamine, ut per hoc *nullum jus, seu jurisdictionem in præmissis cognoscendis de novo* Rex sibi arrogaret, *sed antiquum, si quod* ex veteri immemorialique consuetudine *habet, tantummodo conservaret.*

54 Hujus Bullæ exemplo, quæ data est ad Regem Galliæ, & alii Principes consuetudinem ambierunt, retinendæ, recuperandæque possessionis in causis beneficialibus, ecclesiasticisve cognitionem civili tribunali arrogandi, quia hæc interdicta non tam jus, quam factum spectant. *per Inst. de Interd.*

Ho-

55 Hodie & in eo genere vulgata est divisio possessorii in summarium, summarissimumque, & ordinarium, seu plenum. Illud, quod & recredentia dicitur, instar provisionis momentaneam fere possessionem spectat, interim scilicet, quousque de causa plenius cognosci queat. Recredentia enim est interlocutoria sententia judicis, qua, processu durante, in materia novitatis, manutenentiæ, aliisque possessoriis decernit super usu fructuum, aut rei litigiosæ, eo effectu, ut ejus fidei interim per modum sequestri credatur, & parti adversæ restituatur, si huic plenum possessorium fuerit adjudicatum. Quippe à Recredentiario inde exigitur sufficiens cautio de reddendis, restituendisque illis fructibus, quos Victor pleni possessorii lucrari, & habere potuisset, si actualiter possedisset. *Addita*, inquiunt, *legitima sufficienteque cautione de restituendis, reddendisque iis fructibus, quos lucrari pars adversa, & obtinere posset, si actu possessione foret gavisa.*

56 In materia beneficiali in ordine ad recredentiam, qui titulum habet, & exhibet, præfertur illi, qui titulum non habet. Nomine videlicet tituli veniunt omnia acta, quæ tribuere queunt jus ad beneficium; ut sunt literæ præsentationis, collationis, institutionis, literæ testimoniales approbationis super sufficientia doctrinæ, & morum, vulgo *visa*, acta captæ possessionis &c. Judices enim in decernenda recredentia duo maxime attendere debent, scilicet titulos partium, & earum capacitatem, quia ei recredentia adjudicanda est, qui habet apparentiorem titulum, si capax sit, & idoneus. Hoc nomine veniunt acta, quæ probant capacitatem personæ, ut sunt extractum ex registro baptismali, quo legitimitas, ætas, locus originis, baptismique probentur, literæ Tonsuræ, Ordinis, gradus academici, aut similium pro conditione, diversitateque beneficii.

57 In Gallia aliquando utriusque possessorii distinctus processus, divisaque instantia fuit, ita, ut prolata sententia recredentiæ de novo inchoaretur processus pleni Possessorii. Recentiores tamen ordinationes Regiæ præcipiunt, ambo jungi, & instrui per unum processum, quia expedit lites super possessorio abbreviari. Superest tamen, quod aliquando separatim duas ferri sententias, unam recredentiæ, alteram pleni possessorii oporteat; utpote si prior causa posteriore liquidior sit.

58 In decernenda recredentia Judex tantum summarie se informare solet, atque ex actis, sive hinc inde reproductis instrumentis dispicere, quis apparentiorem titulum habere videatur; & cui omnibus expensis possessio pro interim, quousque

que plene causa fuerit discussa, & plenius de jure contendentium constiterit, sit committenda. Monet Rebuffus (*a*), quod nunquam recredentiæ sententia proferri debeat, quando plenum possessorium potest expediri sine alia probatione, utpote quando non sunt alia facta allegata, sed ex ipsis titulis potest ipsum beneficium dijudicari.

59 Adjudicata recredentia, si nimirum causæ status eam requirere videatur, ulterius causa instruitur, ut plenarie Judices de titulis, & juribus ipsarum partium cognoscant, atque discutiant; ut appareat, quis contendentium canonicam possessionem habeat, atque in ea manutenendus sit; & cui per difinitivam sententiam plenum possessorium adjudicari oporteat. Hoc gradu non amplius merum, & nudum factum, sed ipsum jus totum, & integrum Regii Judices discutiunt, ut ex jure dijudicent, cui possessio beneficii, quæ sine canonica instructione, sive canonico titulo haberi nequit, competat?

60 Inde dubitari nequit, quin revera hodie Judices Regii in judicio possessorio ipsum petitorio, sive jus ipsum tractent, quamvis per sententiam duntaxat possessorum exprimant, quia petitorium jam exhaustum apparet. Vetant inde regiæ ordinationes, petitorium, & possessorium simul intentari. Cum enim in possessorio tituli, & jura litigantium ad amussim discutiantur, inconveniens visum est, si eodem tempore in petitorio coram Judice ecclesiastico disquirerentur.

61 Vetat & Rex, intentato possessorio intentari petitorium, quamdiu materia possessorii per sententiam definitivam plene terminata non fuerit, ipsique sententiæ totaliter satisfactum, tam quoad principale, quam quoad fructus, damna, & interesse, si hæc adjudicata sint, nisi per illum, in cujus favorem lata sententia fuit, fieret, quod executio non haberetur. Quinimo refert Fevretius (*b*), à suprema Galliæ Curia judicatam fuisse abusivam citationem in petitorio post absolutum, & adjudicatum plenum possessorium, quasi non adeo justum, & ordinatum foret, rursus titulos examinare coram Judice ecclesiastico, qui ad plenum in regio Senatu discussi fuerunt. Ast ipse Fevretius fateri debet, & juxta jus commune, & ipsas regias ordinationes petitorium posse coram Judice ecclesiastico, evacuato possessorio, intentari. Quod & ipsa Concordata Brabantiæ expresse permittunt (*c*), optantque, à Principe tempus terminandarum litium super pos-

(*a*) Rebuff. tract. de sent. execut. art. 1. &c. (*b*) Fevret. de Abus. l. 4. c. 11. (*c*) Concord. Brabant. tit. 4. art. 1.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

possessorio statui, *ut quæstio petitoria citius institui & terminari valeat.*

62 Aliquando in Gallia cognitio de possessoriis beneficialibus Judicibus Regiis non privative, sed cumulative cum ecclesiasticis competebat. Recentius tamen hic usus desiit, ut possessorium litium harum soli Judices Regii sibi vindicent.

63 Nec jam in cognitione adipiscendæ, recuperandæque possessionis subsitunt Regia tribunalia. Nam mox, ut collatio beneficii habetur, si possessio realis obtineri nequeat, possessio, quam juris vocant, capitur coram Notario, quæ sufficere creditur ad fundandum possessorium retinendæ possessionis.

64 Ut enim quæstio in materia ecclesiastica ad tribunal Regium deseratur, peti solet manutenentia, quæ est quædam provisio, seu verius quoddam beneficium Principis, quo pacificum possessorem, si metuit ex ea ejici, vel in ea turbari, in eadem sua quieta possessione per auctoritatem civilem tuetur, donec per justitiam alius potius jus habens, manutento per ordinem juris ejecto, appareat. Duo ergo pro obtinendis literis manutenentiæ requiruntur. Primo possessio, de qua saltem summarie apparere debet: turbatio facti, quæ generaliter sit per quemcunque actum, quo quis impeditur, libere, & quiete res suas possidere. Oportet enim modum, & qualitatem turbationis specifice exprimi, nisi ex actis appareat. Successit, quod & qualiscunque possessio, etiam juris, nec non qualiascunque turbatio facile admitteretur, ut literas manutenentiæ obtinere liceret; hinc evenit, quod omnes passim causæ ecclesiasticæ titulo manutenentiæ, sive possessorii ad civilia tribunalia, missis instantiis Judicum ecclesiasticorum, transierint.

65 Soli quidem Judices Regii in Belgio, & Gallia de possessorio in causa ecclesiastica judicant; non tamen soli Judices supremi, sed & subalterni, utpote à quibus immediate ad supremam Principis Curiam appellatur. Ita alicubi fit, quod à Conciliis Provincialibus ad Parlamenta Regia à sententia super possessorio in materia ecclesiastica quotidie appelletur; eaque appellatione pendente petitorium suspendatur, aut & ipso processu obsorbeatur.

66 In Imperio Germaniæ ex jure veteris investituræ juxta pacta Calixti II. cum Henrico V. Pontifex huic Imperatori concedit, ut *si quæ inter partes discordia emerserit, Metropolitani, & Provincialium* Episcoporum *consilio, & judicio, saniori parti consensum, vel auxilium præbeat* ad titulum possessionemque feudi, quod dignitati ecclesiasticæ cohæret, definiendam, tuendamque, exceptis omnibus, quæ ad Romanam Ecclesiam pertinere noscuntur.

67 In Gallia, & alibi inde Ecclesiastici ipsi amant, & optant passim causas ecclesiasticas, beneficialesque apud Regia tribunalia potius, quam coram Judicibus ecclesiasticis examinari, & agitari, tum, quia exemplis novi juris in stylum Curiarum ecclesiasticarum irrepsit per dilationes, & appellationes morosus processus, ut litigantibus citius pene expectandus sit finis vitæ, quam litis. Ait S. Bernardus (*a*): *Is modus, qui frequentatur, execrabilis plane, & qui, non dico Ecclesiam, sed nec forum deceret. Miror namque, quemadmodum aures tuæ religiosæ audire sustinent disputationes Advocatorum, & pugnas verborum, quæ magis ad subversionem, quam ad inventionem proficiunt veritatis. — Nihil ita absque labore manifestam facit veritatem, ut brevis, & pura narratio.*

68 Interea reliquum est Episcopis, ut, quantum possibile est, lites, & controversias more antiquo ad mentem Apostoli, & veteris disciplinæ, præsertim inter Clericos de beneficiis, aliisque causis ecclesiasticis componant, ea integritate, & æquitate, ut dissidentes libenter eorum arbitrio quæstiones suas decidendas subjiciant exempla S. Caroli (*b*), de quo refert Scriptor: *De litibus est memorabile, Notariis, scribisque fori Caroli tempore accidisse, ut peritiam eorum litium, quæ de beneficiis tam frequenter alibi inter Clericos esse solent, pene dediscerent. Nulla enim eo vivente lis erat hujusmodi. Vocatus quisque, nihil agitans, ne cogitans fere quidem, beneficium* pro merito vitæ *accipiebat, sine controversia retinebat, sine auctoritate sui Antistitis non dimittebat, aut permutabat.*

69 In Concilio Mediolanensi VI. monet S. Carolus & reliquos Episcopos, *ut, antequam litis, reive alicujus judicium constituatur, studeant omni æquitatis officio, paternoque consilio lites dirimere, controversias sedare, & transactionibus litigantes reconciliare &c.: sin autem id assequi non poterunt, id saltem curent, ut lites brevius, quam in foro laicali moris est, definiatur.*

*70 In morali doctrina quid expressius superest, quam lites esse à statu Cleri alienas? Juxta S. Ignatii M. monitum (*c*): *Toti namque Dei estis: cum enim nulla lite implicamini, quæ vos discruciare possit, profecto secundum Deum*

(*a*) S. Bern. de Consid. lib. 1. c. 10. (*b*) In vit. S. Carol. lib. 7. c. 4.
(*c*) S. Ignat. M. ep. ad Eph.

vivitis. Inquit S. Chrysostomus (*a*): *Cessent jurgia, lites, rixæ; procul enim ista esse debent, qui Dei pacis servus est. Servum*, inquit Apostolus, *Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes.* Ex sententia S. Ambrosii (*b*): *Decet benignum esse justum, non alieni cupidum, imo de suo jure cedentem potius aliqua, si fuerit lacessitus, quam aliena jura pulsantem, fugitantem litium, abhorrentem à jurgiis, redimentem concordiam, & tranquillitatis gratiam, si quidem de suo jure visum bonum aliquid relaxare, non solum liberalitatis, sed plerumque etiam commoditatis est — dispendio litis carere, non mediocre lucrum est.* En S. Augustini rationes! (*c*) *Jam quidem* juxta S. Apostolum *omnino delictum est, quod judicia habetis. Et ne quisquam hoc ita excusaret, ut diceret, justum se habere negotium, sed iniquitatem se pati, quam vellet à se Judicum sententia removeri, continuo talibus cogitationibus, vel excusationibus occurrit, atque dicit: quare non magis iniquitatem patimini? Quare non potius fraudamini?* Concilii Melodunensis (*d*) de ann. 1579. Decreto quid præstantius? *Caveant Sacerdotes à litibus, & processibus; servos Dei non oportet litigare, multo magis à forensi Procuratoris, aut Causidici munere, nisi quantum per* veteres *Canones licet, abstinere debent.* Quippe ut Concilium Turonense (*e*) de ann. 1583. observat, *valde indecorum est, inter eos esse jurgia, & lites, qui nihil nisi charitatem, & unitatem spirare, aut docere debent.* An alia causa est Monachorum pro bono Communitatis? Inquit S. Bernardus (*f*): *Hoc autem dicimus, tutius esse omni Christiano, & Monacho possidere quippiam minus in pace, quam cum lite amplius. Sic quippe caniti: melius est modicum justo super divitias peccatorum multas. Quid, quod de altari contenditur, & hoc adversus filios Levi, id est, Clericos? Clericorum est, altari deservire, & de altari vivere: nobis nostra professio, & antiquorum Monachorum exempla victum ex propriis præscribunt laboribus, & non ex Sanctuario Dei.*

TIT.

(*a*) S. Chrys. hom. 6. in 2. ad Tim. c. 2. (*b*) S. Ambr. lib. 2. de Offi. c. 21.
(*c*) S. Aug. Enchr. c. 18. (*d*) Conc. Melod. tit. 17.
(*e*) Conc. Turon. tit. 19 de Jurisdict. & visit.
(*f*) S. Bern. ad Odon. Abb. ep. 297. edit. Mabili.

TIT. III.

De Jurisdictione Criminali.

CAPUT I.

De Delictis Clericorum.

1 Eorum justitiæ in causa criminali est civilis imperii. Ait S. Apostolus (*a*): *Non enim sine causa portat gladium; Dei enim minister est, vindex in iram ei, qui malum agit.* Sensus est, gladium portat, sive Potestas, sive Princeps, tanquam Dei minister, à quo gladium accipit, ut sit vindex in iram, id est, ut ejus vice, ac nomine justitiam exerceat vindicativam in puniendis iis, qui malum agunt, vel pacem publicam turbantes, vel honestatem vitæ communis lædentes. Ad hoc enim instituta est potestas sæcularis; ut & publicam pacem (securitatem, libertatemque) conservet, & vitæ communis, *utpote Societatis humanæ*, honestatem tueatur. Ita Estius in locum S. Apostoli.

2 Quemadmodum Principes christiani Patribus & Dominis domesticam familiæ correctionem, utpote privatam, & leviorem reliquerint, sic & eorum delictorum, quæ Ecclesiam, disciplinamque Cleri spectant, correctio ad sacram potestatem remissa est. En legem Gratiani & Valentiniani Imp. *Ut, si qua sunt ex quibusdam dissensionibus, levibusque delictis ad religionis observantiam pertinentia, locis suis, & à suæ diœceseos Synodis audiantur, exceptis, quæ actio criminalis ab ordinariis, extraordinariisque* civilibus, utpote publicis *Judicibus, aut illustribus potestatibus audientia* (audienda legunt) *constituit.* Ecce Synodis ecclesiasticis reservatur correctio delictorum, quæ contra disciplinam canonicam, aut orthodoxam religionem committuntur. *L. 23. C. Th. de Episc. & Cler.*

3 Provocat inde ad hanc legem S. Ambrosius (*b*): *Nec quisquam*, inquit, *contumacem judicare me debet, cum hoc asseram, quod augustæ memoriæ Pater tuus non solum sermone respondit, sed etiam legibus suis sanxit, in causa fidei, aut ecclesiastici alicujus ordinis eum judicare debere, qui nec munere impar sit, nec jure dissimilis; hæc enim verba rescripti sunt, hoc est, Sacerdotes de Sacerdotibus voluit judi-*

(*a*) Rom. 13. (*b*) S. Ambr. ep. 13.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

vivitis. Inquit S. Chrysostomus (*a*): *Cessent jurgia, lites, rixæ; procul enim ista esse debent, qui Dei pacis servus est. Servum*, inquit Apostolus, *Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes.* Ex sententia S. Ambrosii (*b*): *Decet benignum esse justum, non alieni cupidum, imo de suo jure cedentem potius aliqua, si fuerit lacessitus, quam aliena jura pulsantem, fugitantem litium, abhorrentem à jurgiis, redimentem concordiam, & tranquillitatis gratiam, si quidem de suo jure visum bonum aliquid relaxare, non solum liberalitatis, sed plerumque etiam commoditatis est — dispendio litis carere, non mediocre lucrum est.* En S. Augustini rationes! (*c*) *Jam quidem* juxta S. Apostolum *omnino delictum est, quod judicia habetis. Et ne quisquam hoc ita excusaret, ut diceret, justum se habere negotium, sed iniquitatem se pati, quam vellet à se Judicum sententia removeri, continuo talibus cogitationibus, vel excusationibus occurrit, atque dicit: quare non magis iniquitatem patimini? Quare non potius fraudamini?* Concilii Melodunensis (*d*) de ann. 1579. Decreto quid præstantius? *Caveant Sacerdotes à litibus, & processibus; servos Dei non oportet litigare, multo magis à forensi Procuratoris, aut Causidici munere, nisi quantum per* veteres *Canones licet, abstinere debent.* Quippe ut Concilium Turonense (*e*) de ann. 1583. observat, *valde indecorum est, inter eos esse jurgia, & lites, qui nihil nisi charitatem, & unitatem spirare, aut docere debent.* An alia causa est Monachorum pro bono Communitatis? Inquit S. Bernardus (*f*): *Hoc autem dicimus, tutius esse omni Christiano, & Monacho possidere quippiam minus in pace, quam cum lite amplius. Sic quippe caniti: melius est modicum justo super divitias peccatorum multas. Quid, quod de altari contenditur, & hoc adversus filios Levi, id est, Clericos? Clericorum est, altari deservire, & de altari vivere: nobis nostra professio, & antiquorum Monachorum exempla victum ex propriis præscribunt laboribus, & non ex Sanctuario Dei.*

TIT.

(*a*) S. Chrys. hom. 6. in 2. ad Tim. c. 2. (*b*) S. Ambr. lib. 2. de Offi. c. 21.
(*c*) S. Aug. Enchr. c. 18. (*d*) Conc. Melod. tit. 17.
(*e*) Conc. Turon. tit. 19 de Jurisdict. & visit.
(*f*) S. Bern. ad Odon. Abb. ep. 297. edit. Mabili.

TIT. III.

De Jurisdictione Criminali.

CAPUT I.

De Delictis Clericorum.

1 Eorum justitiæ in causa criminali est civilis imperii. Ait S. Apostolus (*a*): *Non enim sine causa portat gladium; Dei enim minister est, vindex in iram ei, qui malum agit.* Sensus est, gladium portat, sive Potestas, sive Princeps, tanquam Dei minister, à quo gladium accipit, ut sit vindex in iram, id est, ut ejus vice, ac nomine justitiam exerceat vindicativam in puniendis iis, qui malum agunt, vel pacem publicam turbantes, vel honestatem vitæ communis lædentes. Ad hoc enim instituta est potestas sæcularis; ut & publicam pacem (securitatem, libertatemque) conservet, & vitæ communis, *utpote Societatis humanæ*, honestatem tueatur. Ita Estius in locum S. Apostoli.

2 Quemadmodum Principes christiani Patribus & Dominis domesticam familiæ correctionem, utpote privatam, & leviorem reliquerint, sic & eorum delictorum, quæ Ecclesiam, disciplinamque Cleri spectant, correctio ad sacram potestatem remissa est. En legem Gratiani & Valentiniani Imp. *Ut, si qua sunt ex quibusdam dissensionibus, levibusque delictis ad religionis observantiam pertinentia, locis suis, & à suæ diœceseos Synodis audiantur, exceptis, quæ actio criminalis ab ordinariis, extraordinariisque* civilibus, utpote publicis *Judicibus, aut illustribus potestatibus audientia* (audienda legunt) *constituit.* Ecce Synodis ecclesiasticis reservatur correctio delictorum, quæ contra disciplinam canonicam, aut orthodoxam religionem committuntur. *L. 23. C. Th. de Episc. & Cler.*

3 Provocat inde ad hanc legem S. Ambrosius (*b*): *Nec quisquam*, inquit, *contumacem judicare me debet, cum hoc asseram, quod augustæ memoriæ Pater tuus non solum sermone respondit, sed etiam legibus suis sanxit, in causa fidei, aut ecclesiastici alicujus ordinis eum judicare debere, qui nec munere impar sit, nec jure dissimilis; hæc enim verba rescripti sunt, hoc est, Sacerdotes de Sacerdotibus voluit judi-*

(*a*) Rom. 13. (*b*) S. Ambr. ep. 13.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

dicare, quin etiam, si alias quoque argueretur Episcopus, & morum esset examinanda causa, etiam hæc voluit ad episcopale judicium pertinere.

4 Quid ergo de publicis delictis Clericorum, videlicet, quæ ipsam Reipublicæ tranquillitatem turbant? Rescripsere Arcadius, & Honorius Imp.: *Quoties de religione agitur, Episcopo oportet judicare; cæteras vero causas, quæ ad ordinarios cognitores, veluti delicta communia, vel ad usum publici juris pertinent, legibus oportet audiri.* Refert. *L. 1. C. Th. de Relig.*

5 Correctionem ergo delictorum leviorum, quæ à Clericis in disciplinam ecclesiasticam committuntur, ad Episcopos placuit remittere: publica vero crimina reservantur publicis Judicibus: *Nomen Episcoporum, vel eorum, qui Ecclesiæ necessitatibus serviunt, nec ad judicia sive ordinariorum, sive extraordinariorum Judicum pertrahuntur: habent illi Judices suos, nec quisquam* (potius quidquam) *his cum legibus publicis commune, quantum ad causas tamen ecclesiasticas pertinet, quas decet Episcopali auctoritate decidi.* Et infra: *Quidquid vero negotiorum*, quæ spectant statum Reipublicæ, *aliunde incidet, id ipse Præses Provinciæ terminabit.* Quid clarius veteri differentia? *L. 3. C. Th. de Episc. Judic.*

6 Exemplo enim militum placuit delicta ecclesiastica, quæ à Clericis ut Clericis in disciplinam ecclesiasticam, aut ordinem, & statum ecclesiasticum committuntur, secernere à delictis vulgaribus, seu communibus, quæ à Clericis, ut civibus, & membris Reipublicæ adversus regimen politicum perpetrantur. His quippe exceptis, priorum censura ad judicium ecclesiasticum remissa est, quia *Clericos*, de delictis ecclesiasticis, *nonnisi apud Episcopos accusari convenit. L. 41. C. Th. de Episc. & Cler.*

7 Credunt nonnulli, eam delictorum distinctionem quoad immunitatem Clericorum à Judicio sæculari sublatam per Honorii constitutionem, qua decernitur indefinite: *clericos nonnisi apud Episcopos accusari convenit.* Dein additur: *Igitur si Episcopus, vel Præsbyter — apud Episcopum, siquidem alibi non oportet, à quolibet fuerunt accusati &c. L. 41. C. Th. de Episc. & Cler.* Per indefinitam hujus legis locutionem videtur correctio omnium delictorum à Clericis commissorum Episcopo attributa: Justinianus tamen illam criminum distinctionem iterum observavit in sua Novella 83.: ast hoc moderamine is usus est, ut, siquidem Clericus de vulgari, seu civili crimine in sæculari judicio conveniretur, convinceretur, pro executione tamen sententiæ pœna capitali damnari non possit, nisi prius per Episcopum sacerdotali, Clericalique dignitate nudatus fuisset. *Auth. Cler. quoque* §. 1. & 2. *C. de Episc. & Cler.*

8 Beneficio Imperatoris successit & aliud moderamen: *Ut, si quis Clericum, aut Monachum, vel Monialem, de crimine civili, apud Judicem accusaverit, & crimen per legitimam accusationem potuerit approbare, tunc Episcopo locorum gesta monumentorum palam faciat; &, si ex his agnoscatur, proposita crimina commisisse, eum, tunc ipse Episcopus secundum regulas ab honore, sive gradu, quem habet, separet: Judex autem ultionem ei inferat legibus congruentem. Si vero Episcopus putaverit, gesta non juste confecta, tunc liceat ei deferre, & mudare honore, seu gradu accusatam personam; ita tamen, ut hujusmodi persona sub legitima cautela fiat, & ita ad Nos,* utpote Principem, *negotium tam ab Episcopo, quam à Judice referatur, ut nos hoc cognoscentes, quæ nobis videntur, jubeamus.* Quid clarius? Clericus de crimine civili accusatus, convictusque à Judice publico capitali pœna percelli non potest, nisi Episcopus sententiam Judicis probasset, aut, si dissensisset, Principis decisio causam definivisset. *Nov. 123. c. 21.*

9 Hoc moderamine Concilia Matisconense II. (*a*), & Parisiense V. sæculo VI. decreverunt, *ut nullus Judicum neque Presbyterum, neque Diaconum, aut Clericum ullum, aut Juniores Ecclesiæ sine scientia Pontificis per se distringat, aut damnare præsumat.*

10 Capitularia Francorum (*b*) generatim pronuntiant, instaurantque, *ut Clerici ecclesiastici Ordinis, si culpam* quamcunque *incurrerit, apud ecclesiasticos judicentur, non apud sæculares.* Et alibi: *Nemo audeat Clericum, aut Monachum, aut Monialem fœminam ad civile judicium accusare, sed ad Episcopum.* Et inferius: *Placuit, ut Clerici non distingantur, vel non dijudicentur, nisi à propriis Episcopis. Fas enim non est, ut divini muneris Ministri temporalium potestatum subdantur arbitrio. Nam, si propriorum Episcoporum justionibus inobedientes extiterint, tunc juxta canonicas sanctiones, per Potestates exteras adducantur, id est, per Judices sæculares.*

11 Sensim ergo causæ criminales sine criminum distinctione ad Judicem ecclesiasticum etiam privative fuerunt devolutæ, prout tam Principum, quam Pontificum, & Synodorum posteriores sanctiones evincunt, quæ nulla facta delictorum distinctione causas criminales Clericorum Episcopis, sive Judicibus ecclesiasticis deferunt. *Ut nemo unquam Episcopum apud*

(*a*) Conc. Matisc. II. cap. 10. Paris. V. cap. 4. (*b*) Capitul. I. 1. cap. 38. lib. 5. cap. 378. lib. 7. cap. 222.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

apud sæcularem Judicem, aut alios Clericos accusare præsumat &c. Refert. *c.* 1. 2. 3. 7. 8. 14. *XI. q.* 1.

12 Gratianus veteris legis lectionem sic refert: *Continua lege sancimus, ut nullus Episcoporum, vel eorum, qui necessitatibus Ecclesiæ serviunt, ad judicia, sive ordinariorum, sive extraordinariorum Judicum pertrahatur. Habent illi suos Judices, nec quidquam his publicis est commune cum legibus* (*a*). In integra lectione subditur; quantum tamen ad causas ecclesiasticas pertinet, quas decet episcopali auctoritate decidi. *Grat. cap.* 5. *ibi.*

13 Abhic argumentis novi juris Judicibus civilibus nulla jurisdictio in crimina, utcunque enormia, Clericorum relinquitur, nisi ad exequendum supplicium eorum, qui per degradationem solemnem à Clero ejecti, brachio sæculari, veluti incorrigibiles traduntur. *cap.* 10. *de Judic.*

14 Recentiores Imperatores id genus privilegii ecclesiastici & in publicas sanctiones Imperii retulerunt. Inquit Fridericus II. *Statuimus, ut nullus ecclesiasticam personam in criminali quæstione, vel civili trahere ad judicium sæculare præsumat, contra constitutiones Imperiales, & Canonicas sanctiones.* Refert. *Auth. Statuimus C. de Episc. & Cler.*

15 Concilium Tridentinum (*b*) criminales causas æque, ac matrimoniales judicio Episcoporum reservat. Quo Decreto inferiores judices ecclesiastici excluduntur, ut tamen Officialem Episcopi excipere oporteat, quia vice, & nomine Episcopi jus dicit, ita, ut tribunal Officialis reputetur, & tribunali Episcopi. *c.* 3. *de Appell. in* 6.

16 Olim latissime patuit privilegium fori Clericis competens in materia criminali, adeo, ut iidem tametsi enormium criminum rei, & convicti à Judice ecclesiastico duntaxat possent judicari & condemnari, idque non ad publicum, & capitale supplicium, sed ad carcerem perpetuum, jejuniumque in pane & aqua.

17 Id facile indulgebatur, ut vel sic Clerici ad meliorem frugem revocarentur, & ordinis ecclesiastici dignitati consuleretur, cavereturque, ne sacerdotalis Ordo sæcularium insultationi exponeretur. Et sane quis ambigat, quin contumeliosum appareat, ipsos Sacerdotales propalam in plateis publicis coram populo necari, aut corporalibus suppliciis affici? Quod & Pagani ipsi agnoverunt. Nam decori Vestalium dabatur, ut luituræ pœnas, ludibrio, & oculis vulgi subtraherentur, defossæ in specum vivæ.

Sci-

(*a*) Capitul. I. ut supr. (*b*) Trid. sess. 24. cap. 20.

18 Scitur quoque, quanto & ipsis laicis scandalo sit, dum Clericorum crimina propalantur, & omnium oculis exponuntur: quantumque hæc laicorum erga Sacerdotes venerationem, & obedientiam diminuant. Mirum pro in videri non debet, quod Imperatores, & Principes christiani aliquando admodum favorabiles fuerint in remittendis Clericorum delictis ad Judices ecclesiasticos, ipsique Episcopi etiam sanctissimi tanto zelo, & labore hoc privilegium fori vindicaverint, & contra laicorum conatus defenderint.

19 Refert Hincmarus (*a*) preces Gallicanorum Præsulum, ut Ebbonis Archiepiscopi Remensis, *verebundiæ parceretur, ac propter etiam Ecclesiæ opprobrium, & insolentem sæcularium insultationem; tum ne dignitas sacerdotalis polluceretur, si publice Ebbo de his, quibus impetus, & adhuc impetendus erat, convictus foret.* Cap. 8. De Privil. for. Eccl.

20 Inde novi juris argumentis passim denuntiatur censura Judicibus inferioribus, si Clericum, qui de fuga haud suspectus est, per lictores arripi, & in vincula, carceremque conjici faciant. *c.* 29. *de Sent. Excom.*

21 His exemplis decernit ann. 1301. Concilium Remense (*b*), ut *si in aliqua civitate, vel in aliquo loco Remensis Provinciæ contingat, quandoque Clericum detineri per laicalem justitiam, postquam dictus Clericus fuerit ab Episcopo illius loci; vel ab Officiali, vel Decano rurali, seu ex parte alicujus eorum legitime requisitus, cessetur à divinis in loco captionis, & detentionis, quousque fuerit competenter restitutus.*

22 Pronuntiat inde Concilium Constantiense: *Nullus* Magistratuum *ecclesiasticam personam in criminali quæstione ad judicium sæculare præsumat* propria auctoritate, *attrahere contra canonicas sanctiones, & contra constitutiones Imperiales.*

23 Invaluit tamen & inter ea tempora consuetudo, quod Reges civili potestati arrogarent casus privilegiatos Clericorum. Sic referunt Pragmatici Galliæ: *Cognoscit Rex, & ejus Officiarii de omni crimine privilegiato; ut sunt crimen læsæ Majestatis, falsæ monetæ, infractio salvæ Gardiæ &c. Et de hoc Rex, & ejus Officiarii sunt in possessione, & saisina à tempore cujus initii memoriam non existit, quod tempus immemoriale; juxta Theoreticam Joannis Monachi idem operatur, quod privilegium.* En natales casus privilegiati.

24 Quum enim Episcopi, neglecto delectu, passim omnis generis homines Ordinibus donarent, publicæ securitatis causa oportuit quædam atrociora crimina à privilegio fori exci-

pe-

(*a*) Hincm. cont. Gothscal. cap. 36. (*b*) Conc. Remens. cap. 1.

pere, sæculari tribunali saltem conjunctim cum Episcopo subjicienda, quæ vulgo casus privilegiati appellantur. Nam quia Privilegium Clericorum naturam juris communis juxta recentiores Decretales induerat, id, quod olim juris communis fuit, nunc privilegium audit.

25 In Gallia triplex genus criminum ea occasione distinguunt nonnulli. Delicta communia Clericorum relinquuntur Judici ecclesiastico. Hæc enim, si judices laicos audias, restringuntur ad injurias verbales, aliasque culpas, quibus peccatur contra disciplinam ecclesiasticam. Alia Clericorum delicta, quibus auctoritas Reipublicæ læditur, casibus privilegiatis accensentur. Juxta statutum Melodunense (*a*) de his Judices sæculares conjunctim cum ecclesiasticis cognoscunt, eaque de causa ad tribunal ecclesiasticum se conferre solent, nisi forte Officialis, justitiæ accelerandæ, & evitandæ captivorum transportationis causa, malit se conferre ad tribunal sæculare. Uterque Judicum per suum syndicum abhinc testium depositiones, interrogatoria, cæterosque articulos in separata volumina transcribenda curat, nisi alter solus cognoscere cœperit. Nam, quum qualitas criminis demum ex accusationibus innotescat: Officialis statim inquirere, &, si casus privilegiatus semet exserit, judicem laicum vocare potest. Similiter & laicus Judex cognoscere potest, antequam accusator, vel promotor, quia delictum utriusque potestatis commune deprehenditur, remissionem ad Officialem flagitat. Si Senatus cognoscit, Officialis non vocatur, sed Episcopus, Clerici accusati Superior, vices cuidam ex Clericis Senatoribus demandare tenetur. Ab his quidam secernunt enormiora crimina, quæ casus Regii dicuntur, quia regiæ jurisdictioni, independenter à tribunali ecclesiastico: reservantur. Testatur tamen famosus Galliæ Jurisconsultos, & Practicus Claudius de Prestre (*b*), se non vidisse unquam negatam remissionem Clerici ad Judicem ecclesiasticum, nisi in veste sæculari, quantumvis alias ageretur de crimine valde atroci. Et quidem juxta edictum Melodunense Clericus accusatus de delicto privilegiato remittendus est ad proprium suum Episcopum, qui si sit extra districtum Curiæ supremæ, à qua remittitur reus, solet illa Episcopo injungere, ut Vicarios in suo districtu constituat, à quibus una cum Judice regio de crimine & personis instruatur.

26 Innotuit differentia casus privilegiati, & delicti communis & alibi. Visum enim est, hunc stylum, & modum civilis potestatis, adversus facinorosos Clericos procedendi, potius esse dicendum conservationem, defensionem, & protectionem status politici, quam violationem, & usurpationem immunitatis, & jurisdictionis ecclesiasticæ, quia tam atrocia delicta Clericum privilegio fori indignum reddere videntur.

(*a*) Fleur. J. E. p. 3. cap. 14. §. 4. (*b*) Claud. de Prest. cent. 1. cap. 20.

27 Hactenus de qualitate, & numero casuum privilegiatorum inter Interpretes tam exacte non convenit, quia radix confusarum, potestatum, exinde sublata haud est. Observat III. de Marca (*a*): *Utraque potestatum suis limitibus est circumscripta, & in dissitis omnino negotiis exerceitur, cum illa spiritualibus addicatur, hæc publicis occupata sit: sed ferente rerum constitutione adeo vicinæ sunt ambæ, ut difficile sit etiam prudentissimo cuique fines controversos dirimere: certæ quidem regulæ in genere assignari possunt, quibus invicem disterminentur, sed multa accidunt in specie proposita, quæ peritissimos arbitros fallant, vetentque, ne fines, ut par est, inter eas potestates regere possint. Quæ locum habent non in controversiis fidei, quæ longo intervallo remotæ sunt à cognitione Principum, nec in rerum publicarum administrationibus, quæ alienæ sunt, à cura pascendi greges; sed in plurimis disciplinæ capitibus, quæ personas, aut res ipsas respiciunt.*

28 Attento Jure Decretalium Clerici omnes, & indistincte gaudent privilegio fori. Superest sub nomine Synodi Parisiensis Decretum, eo tenore: *Nullus Judicum neque Presbyterum, neque Diaconum, aut Clericum ullum, aut Minores Ecclesiæ sine permissu Pontificis per se distringere, aut condemnare præsumat. Quod si fecerit, ab Ecclesia Dei, cui injurium irrogare dignoscitur, tamdiu sit sequestratus, quousque reatum suum cognoscat, & emendet.* Refert. c. 2. de For. Compet. Cap. 4. De Restit. privil.

29 Juxta Pontificale Romanum mox suscepta prima Tonsura privilegium fori obtinetur. Sic in collatione primæ Tonsuræ Episcopus novellos Clericos alloquitur: *Filii charissimi animadvertere debetis, quod hodie de foro Ecclesiæ facti estis, & privilegia clericalia sortiti estis &c.*

30 Præcipit Synodus Tridentina (*b*), *ut ii duntaxat Tonsura initientur, de quibus probabilis conjectura non sit, eos non sæcularis judicii fugiendi fraude, sed, ut Deo fidelem cultum præstent, hoc vitæ genus elegisse.*

31 Quippe inde à sæculo XIII. invaluit Scholasticorum opinio, per susceptionem Tonsuræ, veluti Ordinem, imprimi

(*a*) De Marc. de Concord. Sacerd. & Imp. (*b*) Trid. sess. 23. cap. IV.

characterem indebilem, ut ab eo privilegium fori divelli non posset. Hoc præjudicio tum conjugati, quam cælibes cujuscunque conditionis susceptioni primæ Tonsuræ, ut ad metu civilis jurisdictionis exempti essent, inhiarunt, quamvis nec de statu Ecclesiæ assumendo, nec de habitu clericali gestando, cogitarent. Nec illud difficile erat, eoquod Officiales ecclesiastici desideraverint, plures esse foro suo subjectos. Questus est Petrus Cugnerius (*a*); *Item faciunt Prælati Tonsuram hominibus* 30. *annorum; & ultra, & etiam conjugatis aliquibus, quando veniunt ad eos metu intrusionis carceris, & punitionis alicujus criminalis delicti, quod antea perpetraverunt, & hoc plures fuit factum.*

32 Statuit Concilium Tridentinum (*b*): *Ut* minorum Ordinum *fori privilegio non gaudeat, nisi beneficium ecclesiasticum habeat, aut clericalem habitum, & Tonsuram deserens, alicui Ecclesiæ ex mandato Episcopi inserviat, vel in seminario Clericorum, aut in aliqua schola, vel Universitate, de licentia Episcopi, quasi in via ad majores Ordines suscipiendos versetur.* Apparet ergo, quod S. Synodus hoc privilegium fori non in simplicem Tonsuræ, minorumve Ordinum susceptionem refundat, sed in ministerium ecclesiasticum, cui vel actualiter quisque vacat, aut saltem per illas dispositiones proximius, remotiusque se impendit, ut Ecclesiæ servire velit, possitque.

33 Juxta declarationem S. Congregationis Clericus (*c*) incedens in habitu, & Tonsura clericali gaudet ipso jure fori privilegio, si alicui Ecclesiæ deserviat, etiam sine mandato Episcopi; aut studeat in aliquo Seminario, vel schola, aut Universitate, etiam citra licentiam Episcopi; quia etiam cessante mandato, vel licentia Episcopi habetur finis præcipuus Concilii.

34 Clerici minores, qui vestes clericales deposuere, pro eo tempore, quo eas non gestant, excidunt privilegio fori, nulla etiam prævia monitione, ita tamen, ut illud mox, ac resumpserint habitum, & Tonsuram, alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi deservituri, recuperent, quia tunc habent omnes conditiones à Concilio præscriptas.

35 Quid ergo, si appareat, quemquam Clericum fuisse factum, aut habitum, & tonsuram suscepisse in fraudem fugiendi judicii sæcularis? Satis inter Interpretes convenit, eum prætextu suscepti habitus ecclesiastici jurisdictionem sæcularem

(*a*) Petr. Cugn. art. 49. (*b*) Trid. sess. 23. c. 6. (*c*) Fagn. ad c. 1. de for. Comp.

rem effugere, quia fraus sua nemini patrocinatur. Indicium autem fraudis haud obscurum est, si mox à perpetrato delicto Tonsuram susceperit. Nam ex vicinitate, vel diuturnitate temporis dolus præsumitur abesse, aut adesse. Si Clericus tonsuratus in alio, quam clericali habitu capiatur, pro ea vice declinare forum sæculare non potest. In Gallia Clerici studentes haud amplius gaudent privilegio fori.

36 Causas criminales Episcoporum jam pridem in Synodis Provincialibus tractatas fuisse satis constat, estque passim ab omnibus admissum, & in Canonibus antiquis expressum. Præcipit Concilium Nicænum I. (*a*) *Ut hoc ergo decentius inquiratur, bene placuit annis singulis per unamquamque Provinciam bis in anno Concilia celebrari, ut communiter ab omnibus simul Episcopis Provinciæ congregatis discutiantur hujusmodi quæstiones.* Cap. 5. & 6. De for. Episcop.

37 En regulas Antiocheni Concilii: *Siquis Episcopus criminaliter accusatus, ab omnibus, qui sunt intra Provinciam, Episcopis acceperit unam, consonamque sententiam, ab aliis ulterius judicari non poterit, sed manere circa eum oportet, tanquam convenientem, quæ ab omnibus probata est, firmam, ratamque sententiam.* Refert. *c.* 5. *VI. q.* 4.

38 Quid vero, si judices dissentiant? Statuit Concilium: ut tunc Metropolitanus Episcopus à vicina Provincia Judices advocet alios, qui controversiam tollant; ut per eos simul, & comprovinciales Episcopos, quod justum visum fuerit, approbetur. *c.* 1. *& Corr. Rom. ibi.*

39 Concilium Sardicense (*b*) permittit interdum renovari judicium Synodi Provincialis, idque jus asserit Romano Pontifici etiam in causis criminalibus Episcoporum. En ex lectione Dionisii Decretum! *Quod si aliquis Episcoporum judicatus fuerit in aliqua causa, & putat, se causam bonam habere; ut iterum Concilium*, vel judicium, *renovetur, si vobis placet, S. Petri Apostoli memoriam honoremus, ut scribatur ab his, qui causam examinarunt*, id est, judicarunt, *Julio Romano Pontifici; & si judicaverit, renovandum esse judicium, renovetur, & det judices: si autem probaverit, talem causam esse, ut non refricentur ea, quæ acta sunt, quæ decreverit, confirmata erunt.* Quippe, quum sententiam Concilii retractare, etsi dissensissent pro minore parte judices, non liceret, nisi à majore, utpote adscitis ex vicinia Judicibus, Concilio fieret, id genus novi consilii proposuit Osius, ut pro reverentia S. Petri hæc prærogativa Julio Romano Pon-

(*a*) Conc. Nicæn. cap. 5. (*b*) Conc. Sard. cap. 4.

tifici tribueretur, ut procul ab omni dissentientium judicium studio decideret, an causa mereretur restaurationem judicii, nec ne?

40 Donec ergo rescriberet Pontifex, Gaudentius Episcopus dixit (*a*): *Necesse esse adjici, — ut, siquis Episcopus fuerit depositus judicio Episcoporum, qui sunt in vicinia, & rursus dicat, sibi defensionis negotium competere, non prius alius in Cathedram substituatur, quam Romanus Episcopus causa cognita sententiam tulerit.*

41 Si Pontifex Romanus judicium renovandum censeat, renovationem committere potest propinquis Episcopis. Inquit Canon: Si Papa *justum esse existimaverit, ejus rei examinationem renovari; Coepiscopis scribere dignetur, qui sunt propinqui Provinciæ, ut ipsi diligenter, & accurate* cum comprovincialibus Episcopis *singula perserutentur, & ex veritatis fide sententiam ferant.* Quid amplius? *Quod si is, qui rogat eau am suam iterum audiri, deprecatione sua moverit Episcopum Romanum, ut de latere suo Presbyterum mittat; erit in potestate Episcopi Romani, quid velit, & quid æstimet? Et si decreverit mittendos esse* à latere suo, *qui præsentes cum Episcopis judicent, habentes, ejus auctoritatem à quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. Si vero crediderit Episcopos sufficere, fa iet, quod sapientissimo consilio suo judicaverit.*

42 Sensus Concilii Sardicensis his Canonibus expressus est, ut Episcopi coram Synodo Provinciali accusari, judicari, & etiam gradu moveri queant, ipsaque sententia Synodi firma consistat, nisi Episcopus damnatus judicium renovari petierit, ipseque Pontifex Romanus ab Episcopis Provinciæ interpellatur, judicaverit, judicium renovandum juxta modum Canone VII. expressum.

43 Canonibus Sardicensibus quoad judicium Episcoporum in prima instantia consonat Synodus Chalcedonensis (*b*), statuens: *Si Clericus autem cum proprio Episcopo negotium, aut litem habeat, à Provinciæ Synodo judicetur.* Gelasius II. (*c*) quoque Papa diserte agnoscit, *Episcopos Provinciæ esse Judices, ad quorum judicium omnes causæ Episcoporum, & reliquorum Sacerdotum, ac civitatum causæ referantur, ut ab his omnibus juste consona voce di cernantur.*

44 Circa sæculum 8. & 9. hæc Synodorum auctoritas in decidendis Episcoporum causis diminui cœpit. Nam sub id temporis nova quædam collectio Canonum, & Epistolarum Decretalium Pontificum prodiit sub nomine cujusdam Isidori, in qua

(*a*) Cap. 4. (*b*) Synod. Chalced. c. 9. (*c*) Gelas. II. ep. ad Joann. constant.

qua ipsum jus judicandi, & deponendi Episcopos Synodis Provincialibus adimitur, & Romano Pontifici etiam in prima instantia asseritur. Collectio hæc, utpote continens epistolas sub gloriosis nominibus primorum Pontificum, & Martyrum exhibitas, maximo cum applausu fuerat excepta: ast ubi harum Decretalium auctoritas fuit stabilita, invaluit simul opinio, Episcopum sine auctoritate Sedis Apostolicæ damnari non posse, quod tanquam ab Apostolis ad posteros derivatum, ac quasi divinitus pro privilegio Sedi Apostolicæ, cui Petrus præsedit, concessum esse dicebatur.

45 Unde cum anno 835. Aldricus Cenomanensis Episcopus ante sententiam Episcoporum appellasset ad Gregorium IV. hic quidem Papa præcepit, ut causa ejus audiatur à Primate Diœceseos, sed judicium peragi prohibuit, quod sibi reservavit, vel Legatis suis in Provinciam mittendis. *Mandamus*, inquit idem Pontifex, *ut, si aliquis, quod non optamus, suorum æmulatorum Aldricum Cenomanensis Ecclesiæ Episcopum accusare damnabiliter attentaverit, ut honeretur B. Petri Apostolorum Principis memoria, Ecclesiæque Romanæ, cui præsedit, privilegium, & nostri nominis auctoritas, liceat illi post auditionem Primatum Diœceseos, si necesse fuerit, nos*, tam quoad effectum suspensivum, quam devolutivum, *appellare, & nostra auctoritate, aut ante nos, aut ante Legatos nostro ex latere missos juxta Patrum Decreta, suas exercere, & finire actiones. cap.* 11. *II. q.* 6.

46 Refert Gratianus ex collatione Isidori & spurias Decretales, quæ habent, tum Concilia Provincialia, inconsulta S. Sede, celebrari non posse, tum Episcopos sine auctoritate Papæ damnari non posse. His præjudiciis rescripsit Gregorius IV., causam Aldrici Cenomanensis à Primate Diœcesanos quidem audiri, sed definiri non posse. *c.* 11. *II. q.* 6.

47 Sic diserte Julius, Eleutherius, Damasusque pronuntiasse finguntur; *quamvis liceat apud Comprovinciales, & Metropolitanos, atque Primates Episcoporum ventilare accusationes, & criminationes, non tamen licet definire sine Sanctæ Sedis auctoritate.* En veros fontes appellationum. *c.* 6. 7. *& 9. III. q.* 6.

48 Novo jure inter causas majores, & minores Episcoporum placuit distinguere. Majores causas diximus, quæ vinculum conjugale inter Episcopum, & Ecclesiam spectant. Declarat Innocentius III.: translationem, cessionem, & depositionem Episcoporum, quibus vinculum conjugii spiritualis solvitur, non tam institutione canonica, quam ordinatione

ne divina soli Romano Pontifici esse reservatam. c. 2. *de Transl. Episc.*

49 Juxta Tridentinum Decretum (*a*); *Causæ Episcoporum, cum pro criminis objecti qualitate comparere debent, coram Pontifice maximo reserantur, ac terminentur.* Et infra (*b*): *Causæ criminales graviores contra Episcopos etiam hæresis, quod absit, quæ depositione, aut privatione dignæ sunt, ab ipso tantum summo Pontifice cognoscantur, & terminentur — minores vero criminales causæ Episcoporum in Concilio tantum provinciali cognoscantur, & terminentur vel à deputandis per Concilium Provinciale.*

50 In Francia jus vetus viget, quo Episcopus in Concilio Provinciali, cui, si XII. Episcopi non intersunt, vicini ad numerum concurrentem adhibendi, duntaxat judicatur, salva appellatione ad Pontificem, duce Canone Sardicensi. Nam Concilii Tridentini Decreto Clerus Gallicanus statim reclamavit. Abhinc & à Rege ann. 1657. publicum edictum obtinuit, ut Episcoporum causæ ex præscripto sanctorum Decretorum à Judicibus ecclesiasticis definirentur.

51 Sunt & aliarum gentium publicæ leges, quæ vetant incolas extra suas provincias in jus vocari: idque non tantum in causis civilibus, sed & ecclesiasticis: atque hinc notorius, & quotidianus usus delegandi judices appellationum in partibus, si quando à sententia Judicis ecclesiastici ad summum Pontificem appellatur. Quippe sunt ineluctabilia incommoda, si extra Provinciam, & in remotis locis causam prosequi oportet. Ajebat Ivo Carnotensis (*c*): *Si intra Provinciam, secundum quod instituta Majorum continent, fieret prima discussio, sicut necesse foret, non deessent accusatores, non deessent testes, qui pro hujusmodi negotiis non audent ad loca remota prodire.*

* 52 Suppressa veterum Canonum auctoritate sæpius superest impunitas scelerum, qui & vetus censura criminis remittebatur. Juxta S. Bernardum (*d*): *Luctu amarissimo dignum, quod secutum est. Quod hoc? Impunitas incuriæ soboles, insolentiæ mater, radix impudentiæ, transgressionum matrix.*

* 53 In morali doctrina quid funestius, reliquum est, quam Sacerdotum raram, & difficilem esse pœnitentiam. Inquit S. Augustinus (*e*): *Si sal infatuatum fuerit, in quo salietur? qui erunt homines, per quos à vobis error auferatur, cum*

(*a*) Trid. sess. 13. c. 8. (*b*) Sess. 24. c. 5. (*c*) Ivo ep. 68. (*d*) S. Bern. de Consid. lib. 3. cap. 5. (*e*) S. Aug. de Serm. Dom. in Mont. lib. 1. cap. 3.

eum vos Sacerdotes *elegerit Deus; per quos errorem auferat cæterorum.* Juxta S. Chrysostomum (*a*): *Alii enim, etsi sæpe delinquunt, possunt tamen ad veniam pervenire: si vero hoc Magister ipse patiatur, omni excusatione privabitur, & supplicia extrema persolvet.* En uberiores rationes! *Homo sæcularis post peccatum facile ad pœnitentiam venit* (*b*); *nam occupatus negligentia sæculari dum scripturis satis non attendit, semper ei, quæ in scripturis posita sunt, nova videntur; ideoque, cum audit aliquid de gloria Sanctorum, aut de pœna peccatorum, quasi novum aliquid audiens, expavescit; dumque aut bona concupiscit, aut mala timet, compunctus ad pœnitentiam cito decurrit. Nihil autem impossibilius, quam illum corrigere, qui omnia scit; & tamen contemnens bonum, diligit malum; omnia enim, quæcunque sunt in scripturis, propter quotidianam meditationem ante oculos ejus inveterata, & vilia æstimantur; nam, quidquid ibi terribile est, usu vilescit, propterea Clericus, qui semper meditatur scripturas, aut omnino observaturus est; & erit perfectus: aut, si semel cœperit illas contemnere, nunquam excitatur in illis, ut timeat.* Quid tristius? *Alto quippe*, ex sententia S. Bernardi (*c*), *demersi oblivionis somno, ad nullum dominicæ comminationis tonitruum expergiscuntur, ut vel ad ipsorum suum periculum expavescant.* Et alibi (*d*): *Alienis laboribus locupletantur Clerici, comedunt fructuum terræ absque pecunia, & prodit quasi ex adipe iniquitas eorum &c. Mens quippe assueta deliciis, nec exculta disciplinæ sarculo, multas contrahit sordes. Porro inveteratam rubiginem si tentet abradere, nec summis saltem digitis contigi patientur, sed, sicut, scriptum est, incrassatus est dilectus, & reclamavit.* Ait Auctor operis imperfecti (*e*): *Sed & si* deprehensus humiliaverit se, non ideo dolet, quia peccavit, *sed confunditur, quia perdidit gloriam suam.* Et infra: *Erubescit aliquando reus videri, qui semper fuerat judex.*

TI-

(*a*) S. Chrys. hom. 13. in Matth. (*b*) Inter Op. S. Chrys. Oper. imperf. hom. 30. in cap. 21. Matth. (*c*) S. Bern. serm. 77. in Cant. (*d*) Epist. 131. (*e*) Supr. int. Op. S. Chrysost. Com. 43.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

TIT. IV.

De Delictis Ecclesiasticis.

CAPUT I.

De Pœnitentia Canonica.

1 Forum ecclesiasticum pœnitentiæ in omnia delicta Clericorum, Laicorumque porrigitur. Ait S. Bernardus (*a*): *Ut sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata &c. Quænam tibi major videtur & dignitas, & potestas dimittendi peccata, an prædia dividendi?*

2 Supersunt longa serie veterum Conciliorum, Canonumque Decreta, quæ diversis peccatorum generibus ordinem, modum, tempus, processumque pœnitentiæ discretissime præscripserunt, in ordine ad decernendam salutarem expiationem, merendamque sacramentalem absolutionem. Exercuit Ecclesia hanc suam auctoritatem in omnia crimina, etiam levissima, publica, atque occulta. Porro omnia, quæ Episcopi circa crimina exercebant, cum Pœnitentiæ Sacramento connectebantur. Non enim erat forum externum in foro interno, seu sacramentali per XII. sæcula disjunctum.

3 Quippe sive Episcopi in peccata inquirerent, sive testes audirent, sive censuris, aliisque pœnis canonicis procederent; hæc omnia ad ipsius peccatoris reconciliationem tendebant. Sic non erat aliud tribunal, in quo excommunicandus, vel excommunicatus judicabatur, aliud, in quo pœnitens sacramentalem absolutionem merebatur.

4 Sæculo VII. (*b*) quidem invaluit, quod de peccatis publicis publicam, de peccatis occultis privatam pœnitentiam agere oporteret; ita, ut publicorum peccatorum confessio, pœnitentia, & absolutio Episcopo, ejusque delegatis ministris reservaretur; occultorum autem confessio, pœnitentia, & absolutio ad reliquos inferiores Presbyteros remitteretur. Utrumque tamen illud forum ad Sacramenti pœnitentiæ administrationem, sive peccatorum curationem directe, indirecteque referebatur. Sic omnis generis crimina jurisdictionis ecclesiasticæ in ordine ad forum pœnitentiæ fuere.

5 Ait Morinus (*c*): *Quapropter, qui propter crimen lege civili punitus fuerat: quia civili examine, & convinctione crimen publicum erat, pœnitentiæ publicæ post toleratam pœnam civilem, sive pecuniariam, sive corporalem, subdebatur: nonnunquam etiam post pœnitentiam publicam pœna civili puniebatur, pœnitentiam enim ut medicinam potissimum considerabant, peccatorem, ut ægrotum: ideo punitum quidem propter crimen pœna civili censebant, non autem sanatum. Christiana tantum pœnitentia eum vere sanare, vulnera per peccatum inflicta obducere credebatur.*

(*a*) S. Bern. de Consid. lib. 1. cap. 6. (*b*) Morin. de Pœnit. lib. 1. cap. 10. (*c*) Lib. 7. cap. 6.

6 Quum primordiis sæculi X. quidam jactarent, post sumptum lege civili de reis supplicium, nullam superesse Episcopis infligendarum pœnitentiarum auctoritatem, Concilium Romanum ann. 904. declaravit (*a*), hoc præjudicium omnino irregulariter inolevisse. *Habeant igitur Episcopi singularem urbium in sua diœcesi liberam potestatem, adulteria, & scelera inquirere, ulcisci, & judicare, secundum quod Canones censuerunt, absque impedimento alicujus. Et cum opus fuerit ad comprimendos rebelles, & contemptores, publicum placitum convocent, non ad præjudicandum, sed potius ad ea, quæ Deo placita sunt, & saluti animarum conveniunt, prosequendum.* Ecce forum pœnitentiæ ecclesiasticæ à foro civili justitiæ procul ab omni præjudicio diversum est.

7 Inde Synodus Romana *placitum publicum* à regiis Judicibus, utpote ministris fori justitiæ, in suppetitias esse vocandum censuit, si peccatores monitis, & Decretis Ecclesiæ, quibus ad suscipiendam pœnitentiam adigebantur, morem gerere detrectarent. Quippe illis sæculis coactæ pœnitentiæ frequentes erant. Statuit ann. 816. Synodus Moguntina (*b*): *Quod si Sacerdotum monitionibus noluerint aulem accommodare, volentes in pristinis perdurare criminibus, oportet eos per sæcularis potentiæ disciplinam à tam prava consuetudine coerceri?* Quid clarius? S. Synodus ministris pœnitentiæ monita, & censuras vindicat; jurisdictionem coactivam à ministris justitiæ in subsidium vocat.

8 Juxta Morinum (*c*) circa sæculum XII. cœpere Scolastici forum pœnitentiale à foro judiciali Ecclesiæ secernere, ita, ut forum pœnitentiale passim vilioribus, & inferioribus Presbyteris, in ordine ad sacramentalem absolutionem dispensandam, relinqueretur; forum vero judiciale Episcopo, aut ejus Vicario, aliisque, qui jurisdictione exteriori gaudeant, reservaretur. Hi civiles omnes, criminalesque Clericorum causas, nec non plerasque laicorum judicabant, sed

(*a*) Conc. Rom. c. 22. (*b*) Conc. Mog. c. 28. (*c*) Morin. lib. 2. c. 9.

cum juris formulis, strepituque, & tumultu forensi; censurasque pro prudentia sua soli pronuntiarunt, vel à jure illatas declararunt; absolutionemque donarunt, quam culpæ, & peccatorum expunctricem esse noluerunt, ne forum judiciale, & externum novi juris cum pœnitentiali, & interno confunderent; neve, quod necessum fuisset, longas, & multiformes secretæ omnium peccatorum confessionis ambages audiendo, defatigarentur.

9 Hac utriusque fori separatione stabilita, Episcopi, eorumque Oficiales omnium criminum cognitionem, etiam adversus laicos, tribunali ecclesiastico, secundum Canones, ut pote novi juris Decretales, arrogabant; imo de omni causa, ubi quæstio de peccato inciderat, cognoscere prætendebant. Nam eo obtentu & Innocentius III. sibi causam belli publici inter summos Principes vindicavit. *c.* 13. *de Judic.*

10 Judices regii animadvertentes forum externum, & contentiosum esse plane à foro interno, & sacramentali separatum, nec pœnas canonicas infligi amplius per modum salutaris, & medicinalis pœnitentiæ in ordine ad purgationem delictorum, sed modo omnino forensi, & strepitu judiciali ad meram vindictam cœperunt laicorum causas criminales non secus, ac civiles, sibi reservare. Superest tamen, quod ad exemplum causarum forensium delicta dividantur in civilia, ecclesiastica, & mixta. De ecclesiasticis solus Judex ecclesiasticus etiam contra laicos pro tribunali pronuntiat. De civilibus solius Judicis laici adversus laicos est cognitio. De mixtis uterque per præventionem jus dicit.

Can. 2. De hæres. & schism.

11 Inter delicta ecclesiastica primum locum tenet hæresis. Ex sententia S. Augustini (*a*) difficile est hæresin definire. Nonnunquam minus doctus hæreses putat, aut fingit, quas doctior à crimine excusat; uti in Philastrio, & Epiphanio contigisse S. Doctor observat.

12 Inde discretiores, & recentiores auctores apprime commendant, ut dogmata fidei à placitis scholæ caute distinguantur. Juxta S. Gregorium (*b*): *Sunt multi fidelium, qui imperito zelo succeduntur, & sæpe, dum quosdam, quasi hæreticos insequuntur, hæreses faciunt, aut fingunt.*

13 Ex rationibus S. Augustini superest vulgata hæresis definitio, quod sit *pertinax defensio dogmatis, Ecclesiæ universalis judicio condemnati*, sive Decreto Concilii Œcumenici, quod Arianismo Niceæ contigit; sive sanctione Concilii Provincialis, ab universa Ecclesia agniti, quod Pauli Samosateni placitis Antiochiæ accidit, sive Pontificis oraculo, per totam Ecclesiam recepto, quale D. Innocentius adversus Pelagium edidit. *c.* 29. *XXIV. q.* 3.

(*a*) S. Aug. de hæres. præf. (*b*) S. Greg. lib. 9. ep. 39.

14 Hoc exemplo Arcadius Imp. hæreticos, in ordine ad pœnas civiles, declarat, *qui vel levi argumento à judicio Catholicæ religionis, & tramite detecti fuerint deviare.* Monet Gothofredus (*a*): levi argumento denotari articulum dogmaticum, ut sensus sit, eum pro hæretico esse habendum, qui in quocunque articulo fidei, quamvis ipsi levis videatur, à judicio Catholicæ religionis, & tramite deviare convictus fuerit. Nam verba illa: *levi argumento*: referenda sunt ad verbum *deviare.* Nam juxta S. Hieronymum hæresis dicta est ab electione, quod scilicet eam sibi unusquisque eligat disciplinam, vel sententiam, quam *proprio arbitrio* putat esse meliorem. *c.* 27. *ibi.*

15 Duæ ergo hujus causæ disceptationes sunt: una de jure, ut appareat, num dogma orthodoxum sit, an hæreticum? atque de hoc unice Ecclesia, id est, Concilium generale, aut Provinciale, Papa, aut Episcopus pronuntiat. Nam illud omne, & solum est de fide Catholica, quod est in verbo Dei scripto vel tradito revelatum, & ab Ecclesia fide divina credendum omnibus propositum.

16 Veteribus sat familiare fuit, quod fideles, siquæ obrepsisset hæsitatio, ad sedem Apostolicarum Ecclesiarum remitterent, inter quas prima est Ecclesia Romana. Inquit Iræneus (*b*): *Ad hanc enim Ecclesiam propter potentiorem principalitatem, necesse est omnem convenire Ecclesiam; hoc est, eos, qui undique sunt fideles: in qua semper ab his, qui sunt undique, conservata est ea, quæ ab Apostolicis est, traditio.* Extat quoque Theodosii Imperatoris edictum his verbis expressum. *Cunctos populos, quos Clementiæ nostræ regit Imperium, in tali volumus Religione versari, quam D. Petrum Apostolum tradidisse Romanis, Religio usque adhuc* (in codice Theodosiano legitur *usque nunc*) *ab ipso insinuata declarat, quamque Pontificem Damasum sequi claret. L.* 1. *Cod. de fid. Cath.* Remisit ergo Theodosius populos speciatim ad fidem Ecclesiæ Romanæ, quia hæc Religionem ab Apostolis traditam *usque adhuc, usque nunc* semper custodivit.

17 In orthodoxis Provinciis spectatur & hæresis, ut crimen publicum, quia violat statum publicum Sacrorum, ipsamque tranquillitatem politicam Reipublicæ plerumque in discrimen mittit. Et vero indulgendum haud est, ut adversus Deum, &

(*a*) Gothofr. ad L. 28. C. Th. de hæret. (*b*) S. Iræn. adv. hær. lib. 3. c. 3.

dogmata divina liberius, quam adversus Principem, adversus leges Reipublicæ fundamentales, vel contra bonos mores quidquam effutiatur. Commendat S. Augustinus harum legum civilium æquitatem, quæ non tam vindictam, quam emendationem hæreticorum spirare videbantur. *c.* 37. *& passim XXIII. q.* 4.

18 Altera quæstio factum spectat, utpote, an hic, vel ille sit hæreticus? Juxta S. Augustinum: *Qui sententiam suam, quamvis falsam, atque perversam nulla pertinaci animositate defendunt, præsertim, quam non audacia suæ præsumptionis pepererunt, sed à seductis, atque in errorem lapsis parentibus acceperunt, quærunt autem causa sollicitudine veritatem, corrigi parati, cum invenerint, nequaquam sunt inter hæreticos deputandi.* Refert. *c.* 29. *XXIV. q.* 3.

19 Hac ratione & Innocentius III. damnatis opinionibus Joachimi Abbatis, auctorem ab hæresi excusavit, quia omnia scripta sua Apostolicæ Sedis judicio approbanda, vel etiam corrigenda subjecit. Hinc sat vulgatum est inter Interpretes axioma: *Non error, sed erroris pervicacia facit hæreticum.* Quid hac discretione æquius? *c.* 2. *de SS. Trinit.*

20 En aliud discretionis exemplum? Innocentius XII. ann. 1694. ad Episcopos Belgii rescripsit: *Ne ulla ratione quemquam vaga illa accusatione, & invidioso nomine Jansenismi traduci, aut nuncupari sinatis, nisi prius suspectum esse legitime constiterit, aliquam ex his V. propositionibus* in sensu vulgari *docuisse, aut tenuisse; nec quemquam sub hoc prætextu repelli ab officiis, muniis, beneficiis, gradibus, ac concionibus habendis, vel ab alia quacunque functione ecclesiastica permittatis, nisi servato juris ordine, eam pœnam, quæ viris, alioquin Catholicis gravissima est commeruisse probatum fuerit.* Hæsit satis diu invidiosum nomen; & quis eorum virorum, alioquin Catholicorum, qui tanto numero eruditum orbem saluberrimis scriptis instruxerant, in tanto contentionum æstu hucusque, servato juris ordine, cujuscunque illius erroris convinci potuit?

21 Jure novo & ipsa facti quæstio tribunali ecclesiastico vindicatur. Hinc Bonifacius VIII. prohibet districtius potestatibus, & dominis territorialibus, Rectoribusque, & Officialibus eorundem, ne ipsi de hoc crimine, cum mere sit ecclesiasticum, quoquo modo cognoscant, vel judicent. *c.* 18. *de hæret. in* 6.

22 Inde à quingentis annis hæ, aliæque hujus generis causæ peculiaria tribunalia, quæ Inquisitionum (*a*) dicuntur, pe-

(*a*) De Inquis. orig.

peperere. Auspicio Fratres Prædicatores maxime convertendis Albigensibus (*a*), aliisque hæreticis nomen dederunt; quod munus sibi pariter recens instituti sumpsere & Fratres Minores, quorum animis, dum callerent, utendum censuit Pontifex, cum maximopere proficerent. Nam voce, & scripto refutarunt hæreticos, Principesque, & populos excitarunt, ut pertinaces persequerentur, pellerentque; numerum, conditionemque hæreticorum cujusque loci exacte explorarunt; quam diligentes Episcopi, quam assidui Principes, quam prompti ex plebe cæteri essent in extirpandis hæreticis, curate observarunt, Romamque retulerunt. Jurisdictione quidem tum destituti, animarunt tamen nonnunquam Magistratus ad proscribendos, vel puniendos hæreticos, ac Dynastas ad arma sumenda, populumque ad belli societatem signo crucis panneo, pectori affixo, excitarunt, harumque expeditionum sociis easdem indulgentias dederunt, quas nacti sunt, qui ad bellum sacrum in terram sanctam profecti fuerant.

23 Successu temporis expeditiones in Inquisitiones degenerarunt. Fridericus II. Imp. Honorio III. Pontifici ann. 1224. Paduæ reconciliatus, quatuor edicta promulgasse dicitur; quibus sæcularibus Judicibus hæreticos, ab Ecclesia judicatos, puniendos commendavit, & obstinatis ignem ultorem, pœnitentibus carceres perpetuos præstituit: pœnas adversus perduellionem, & læsæ Majestatis crimen scriptas ad hæresin extendit, omnesque leges tum jure civili, tum jure canonico adversus hæreticos latas confirmavit. Præterea tuendos recepit Inquisitores, quod nomen iis, qui hæreticos indagarunt, datum, quodve in magna lege Theodosii M. adversus Manichæos deprehenditur. Innocentius IV. qui ann. 1243. in solium Romanum evectus est, observandis legibus hisce perpeti cura invigilavit. Dominicanosque, & Franciscanos, qui Ecclesiæ hac in re utilissimam operam navabant, eximia auctoritate ornavit, & Episcopis, quibus cognitio de crimine hæreseos ipso jure competebat, adjunxit, atque Magistratibus mandavit, ut ex judicio Episcoporum, & Inquisitorum apparitores conducerent, à quibus hæretici in carceres compingerentur, & bona eorum occuparentur.

24 Instinctu Raymundi de Pennafort ann. 1233. Inquisitio immigravit in Arragoniam; cognita etiam in nonnullis civitatibus Germaniæ, ac Franciæ, præsertim in Occitania, unde ortum habuit; sed in his haud diu commorata est. Regnum

(*a*) Fleu. Inst. Eccl. p. 3. cap. 9.

num Neapolitanum ob dissidia Regum, & Pontificum intactum mansit ab hoc judicio, quod in Arragonia quoque elanguit, ac in cæteris Hispaniæ Provinciis vix ulla sui vestigia reliquerat. Sed Ferdinandus Catholicus post penitus ejectos Mauritanos, quum novorum Christianorum plerosque videret ad simulationem christiani ritus compositos, metu eos, præsertim Judæos, quibus terra affluebat, in officio continendos censuit. Ejus precibus ann. 1483. Sixtus IV. dedit Bullam, qua Thomas de Turrecremata, Dominicanus, & Regi à Confessionibus, qui opus hoc urserat in primis, constitutus est Inquisitor generalis. Quo nomine ann. 1484. egit Conventum Hispalensem, ubi universus judicii ordo, quo etiamnum utuntur, designatus est. Idem Thomas ann. 1485. confirmatur ab Innocentio VIII, ex quo tempore hoc munus in Hispania semper fuit maximum, atque honorificentissimum. Interim Pontifici nihil juris in Inquisitionem Hispanicam, præterquam quod Inquisitorem generalem, quem Rex cunctis Provinciis præponendum nominat, confirmare soleat, qui vicissim ex nutu Regis nominat singularum Provinciarum Inquisitores.

25 Hispani hujusmodi tribunal, in regno Neapolitano formaturi, impediuntur à Pontifice, quia subjiciendum foret Consilio Inquisitorio Hispanico. Unde in illo regno hæretici judicantur ab Episcopis, vel à Pontificis, id est, Inquisitorum Romanorum delegatis, quibus tamen venia Regis, vel Proregis opus est. Simile quid ausi sunt Hispani in Belgio, ubi Dux Albanus regnante Philippo II. armata manu rem aggressus est. Cujus immanitatis metu defecere Batavi cum fœderatis Provinciis; nec in reliquo Belgio Inquisitionis ullum monumentum est.

26 In Francia, quum recentiores hæreses efflorescerent, audiebantur querelæ de negligentia Episcoporum in perquirendis, puniendisque ea labe infectis. Unde decursum aliquando ad illa judicia extraordinaria. Nam Parisiensis Senatus ab Episcopis impetravit literas, quibus Senatoribus Clericis vices suas demandarunt, ex quibus compositum est Concilium Inquisitorum à Clemente VII. ann. 1525. confirmatum. Sed inciderunt bella civilia, & edicta pacificationum, quibus ea omnia abolita sunt, ut nullum supersit Inquisitionis Franciæ vestigium, præterquam, quod Tolosæ modico stipendio alitur quidam è familia Dominicanorum, qui Inquisitor audit, sed sine ulla functione.

27 In Italia ex hæresi Lutherana ansam arripuit Paulus III. Romæ instaurandi hoc tribunal, quod remissum erat sæpius, instituta Congregatione Cardinalium, cum potestate absoluta de hæresi, similibusque criminibus cognoscendi, eisque normam functionum præscribendi. Quum Sixtus V. diversas alias Congregationes, quæ Romæ florent, instituisset; huic primum locum assignavit. Constat ea Cardinalibus septem, ac diversis ministris, habetque ipsum Pontificem Præsidem, ejusque potestas per omnem Italiam, imo, si Pontificem audias, per totum terrarum orbem extenditur.

28 In Germaniæ imperio exulat omne Inquisitionis tribunal, quia pacis Westphalicæ articuli libertatem religionum, quæ toleratæ dicuntur, indulgent, suspensa in Protestantes omni jurisdictione ecclesiastica.

29 In censura ecclesiastica hæreticis succenturiantur schismatici (*a*), quia, authore S. Cypriano, *qui unitatem Ecclesiæ non tenent, fidem non tenent.* Superest reliquum S. Patris argumentum. *c.* 18. *XXIV. q.* 1.

30 Juxta sententiam S. Hieronymi schisma, quod græcum nomen est, scissuram sonat, utpote scissionem, vel divisionem ab unitate Ecclesiæ Catholicæ, quæ, ex pluribus particularibus Ecclesiis sub uno capite coalescens, universalem, sive Catholicam, & unam Ecclesiam constituit. *c.* 34. *ibi.*

31 Censetur ergo schismaticus, qui reccedit ab unione omnium, aut pene omnium Ecclesiarum particularium, quæ Ecclesiam universalem conficiunt. Quare Optatus (*b*) Milevitanus Donatistas esse schismaticos pronuatiat, quod ab Ecclesiarum totius orbis communione discesserant. *Videndum est*, inquit, *quis in radice cum toto orbe manserit, quis forte exierit?* Idem argumentum contra eos sæpius urget S. Augustinus.

32 Schismatis quoque præjudicium est, siquis à Romanæ Ecclesiæ communione recedit. Est enim Ecclesia hæc propter Primatum unitatis centrum, ejusque Antistes omnium fidelium Caput. Quisquis ergo ab hujus consortio se separat, schismaticus præsumi potest. Hinc Theologi cum S. Thoma schisma definiunt, quod sit *divisio, per quam quis se ab unitate Ecclesiæ separat, in quantum Ecclesia est corpus mysticum ex universis fidelibus tanquam membris, & Romano Pontifice tamquam capite constans.*

33 Emerserunt quidem gravissimæ aliarum Ecclesiarum cum Romana controversiæ: si tamen pacis, & communionis vinculum inter eas abrumptum non est, schisma exortum dici ne-

(*a*) De Schismat. (*b*) Optat. adv. Parm. lib. 2.

nequit. Observarunt olim Asiani Episcopi non eandem cum Romana Ecclesia, sed diversam Paschalem diem celebrandi disciplinam, & maximam desuper habuerunt cum S. Victore Romano Pontifice disceptatione, istius tamen communionem non deseruerunt saltem ex parte sua. Galliæ quoque Episcopi, tametsi eandem cum Ecclesia Romana disciplinam observarent: *Victorem monuerunt, ut ea potius sentire vellet, quæ paci* (a); *charitatique erga proximum congruebant*, nimirum ut Asianus à sua communione non excluderet.

Cap. 3. De Caus. S. Cypr. &c.

34 Sanctus quoque Cyprianus semper saltem ex parte sua retinuit pacem, & communionem cum Ecclesia Romana, quamvis vehementem cum S. Stephano haberet litem de rebaptizandis hæreticis. Inquit S. Augustinus (*b*): *Nam illis temporibus, antequam plenarii Concilii sententia, quid in hac re sequendum esset, totius Ecclesiæ consensio confirmasset, visum est ei cum ferme octoginta Coepiscopis suis Africanarum Ecclesiarum, omnem hominem, qui extra Ecclesiæ Catholicæ communionem baptizatus fuisset, oportere ad Ecclesiam venientem denuo baptizari: quod non recte fieri tanto viro nimirum propterea Dominus non aperuit, ut ejus pia & humilitas & charitas in custodienda salubriter Ecclesiæ pace patesceret.* Enimvero S. Patet dissentiendi liberam facultatem reliquis, illæsa pace reliquit: *Quod ergo ille vir sanctus, aliter de Baptismo sentiens, quam se res habebat, quæ postea pertractata, & diligentissima consideratione firmata est, in Catholica unitate permansit, & charitatis ubertate compensatum est, & passionis falce purgatum.*

35 Stetit aliquamdiu contentio hæc (*c*): qualem vero exitum tunc sortita sit, nescitur: attamen sub S. Sixto, S. Stephani successore necdum fuisse sopitam ex epistolis S. Dionysii Alexandrini ad eum datis constat. Cum vero post tempora S. Sixti nihil de hac quæstione, aut occasione illius de Ecclesiarum scissione legatur, verosimilius est, pacem Ecclesiæ intercedente præcipue Dionysio Alexandrino redditam fuisse.

36 In reliquo decursu historiæ infestiora fuere schismata intestina, quibus unitatem unius, ejusdemque Ecclesiæ particularis in discrimen æmuli conjiciebant. Ita Novatus Romanam, & Donatus Carthaginensem Ecclesiam in partes distraxerant rejecta subjectione, quam legitimis Episcopis Cornelio, Cæcilianoque debebant.

No-

(*a*) Eusebius IV. cap. 24. (*b*) S. August. de unic. Bapt. lib. 1. cap. 18.
(*c*) Fleur. H. E. l. 7. cap. 32.

37 Novo jure Bonifacius VIII. omnis generis diris, & pœnis Cardinales de Columna devovit, quod in Papam schisma concitassent, eo obtentu, quod jactarent, Cælestinum V. Papatu se abdicare nequivisse. *c. un. de Schism. in 6.*

38 Reliquæ censuræ, & pœnæ hujus criminis sere eædem sunt, ac hæreseos. Inter alias omnes ordinationes, beneficiorum collationes, aliique actus judiciales à Prælatis schismaticis peracti, irriti sunt, illæso tamen plerumque valore Sacramentorum. *cap. 1. de Schismat.*

39 Schisma (*a*) ex suo genere sine hæresi esse potest, plerumque tamen in hæresi desinit, ut obtentui excusationis locus sit. Si schisma hæresi conjungitur, crimen censetur ecclesiasticum, ut ad solius Judicis ecclesiastici judicium referatur. Si autem merum sit schisma sine hæresi, tunc Judicis sæcularis est turbas componere.

Cap. 4. De Auth. Epis. damn. propt.

40 Posuit Spiritus Sanctus Episcopos regere Ecclesiam Dei. Possunt ergo vi sui officii episcopalis non tantum inquirere in personas de hæresi, aut perversa doctrina suspectas, atque de his judicium proferre, sed etiam valent de ipsa doctrina, utrum Fidei catholicæ aut christianæ morali consona sit, vel ab ea dissona, inquirere, & judicare, prout ostendit exemplum Apostolorum.

41 Legitur in actibus Apostolorum, quod, cum esset exorta quæstio sub initio nascentis Ecclesiæ, utrum conversos ex gentibus ad Christum oporteret circumcidere, & præcipere quoque, ut ab eis observaretur Lex Moysis, super hac controversia *convenerint Apostoli, & Seniores videre de verbo hoc.* Examinarunt Apostoli, & Seniores quæstionem illam, & judicialiter definierunt.

42 Hoc Apostolorum exemplum secuti Episcopi ab initio Ecclesiæ in nascentes errores, hæresesque sollicite inquisierunt, suaque auctoritate mox, ut eas detexerant, suis Decretis confixerunt, & damnarunt, idque præsertim præstiterunt in Conciliis. Supersunt in Decreto Gratiani veteres censuræ Concilii Grangrensis. *cap. 1. &c. D. 30.* Concilii Milevitani. *c. 52. & seq. D. 71.* de cons. Concilii Toletani XII. *c. 9. D. 9. ibi.*

43 Hortabatur olim S. Cyprianus Coepiscopos (*b*), ut conciliariter congregati inquirerent in decisionem controversiæ de Baptismo hæreticorum. *Superest*, inquit, *ut de hac ipsa re quid singuli sentiamus, proferamus.* Putarunt etiam Africani Patres, *quæcunque negotia in suis locis, ubi orta sunt, finienda,*

(*a*) Supr. §. 52. (*b*) S. Cypr. in Synod.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

da ; nec unicuique Provinciæ gratiam S. Spiritus defuturam, qua æquitas à Christi Sacerdotibus & prudenter videatur, & constantissime teneatur.

44 Cœperunt sensim inde à sæculo X. causæ fidei, veluti majores, & graviores, decisioni Sedis Apostolicæ reservari. Hac occasione, cum in Concilio Remensi ann. 1148. contra Gilbertum Porretanum Episcopi Gallicani fidei symbolum ederent, reclamarunt Cardinales, prætendentes, *nulli fas esse circa fidem quidquam determinare citra auctoritatem Romani Pontificis.*

45 Novo jure Innocentius III. diserte declarat: *Majores Ecclesiæ causas, præsertim articulos fidei contingentes, ad Petri Sedem referendas intelligit, qui, cum quærenti Domino, quem discipuli ipsum esse dicerent, respondisse notabat &c.* Refert. *c. 3. de Bapt.*

46 Ecclesia tamen Gallicana, ipsaque Universitas Parisiensis Episcoporum auctoritatem in decidendis fidei controversiis semper asseruerunt. In Concilio Constantiensi Joannes Gerson (*a*) inter conclusiones sub quibusdam articulis ponendas recenset ordine sextam: *Ad Episcopos spectat jure divino — propositionem quandam hæreticare, hoc est, hæreticalem decernere, vel determinare, nedum doctrinaliter (sicut Doctores Theologiæ possunt) sed etiam judicialiter, cum appositione Decreti pœnalis contra subditos rebelles, &c.* Hæc doctrina ita defendebatur à Gallis, ut tamen recognoscerent in Romano Pontifice Primatum jurisdictionis una cum prærogativa suffragii in dijudicandis fidei quæstionibus.

47 Ipsimet etiam regii Magistratus doctrinam illam tanquam basim quandam suarum libertatum reputare non dubitant, ac proptrea siquid in Bullis, Rescriptis, vel Brevibus Romanis contrarium eidem occurrere videatur, remedio appellationis, tanquam ab abusu, ab executione, & publicatione hujusmodi Bullas, & literas Papales prohibent, nequid contra libertates Ecclesiæ, & auctoritatem Episcoporum inducatur; uti visum est occasione Brevis Clementis XI. quod an. 1710. proscribebat mandatum Episcopi S. Pontii Tomeriarum in Galliis, tribus epistolis Pastoralibus stipatum. Appellationis causa erat, quod illo Brevi præcipue impeti videretur doctrina de auctoritate Episcoporum in definiendis articulis fidem tangentibus.

48 Alibi zelosiores Episcopi suum fecere, plures laxiorum Casuistarum opiniones proscribere, quorum Decreta refert Fag-

(*a*) Gerson Op. tom. 2. p. 281.

Fagnanus (*a*), ut evincat, ad quas tandem laxitates adducti fuerint Patroni Probabilissimi, sive sustinentes, unumquemque posse amplecti tuta conscientia opinionem probabilem, licet minus tutam, & minus probabilem.

* 49 Et inter hæc quid minus tutum, minusque probabile videri poterat, quam illa nonnullorum impudentia, qua passim quædam sententiæ Catholicorum infamia hæreseos notabantur? Quis calumniam excusaret? Ait S. Jacobus (*b*): *Nolite detrahere alterutrum Fratres. Qui detrahit Fratri, aut judicat Fratrem suum, detrahit legi, & judicat legem*, quæ præcipit, ut id, quod tibi fieri non vis, nec alteri facias. Refert Sozomenus (*c*), Ammonium aliquando adiisse S. Epiphanium, eique hæc verba fecisse: *Libenter equidem discerem, utrum aliquando in discipulos, aut in libros nostros incidisti? Illo* (Epiphanio) *negante, iterum quæsivit Ammonius; unde ergo hæreticos illos esse judicasti, qui nullum habes argumentum, quo sententiam illorum possis convincere? Et, cum Epiphanius diceret, id se auditu accepisse; nos vero, ait Ammonius, plane contrarium fecimus. Nam & discipulos tuos sæpenumero vidimus, & libros perlegimus: ex quibus est unus, qui Ancoratus inscribitur; cumque multi vituperavere, & tanquam hæreticum calumniari vellent, nos pro parte, uti par erat, propugnavimus, & causæ tuæ defensionem suscepimus. Proinde nec tu ex solo auditu absentes damnare debuisti, quos nequaquam tu ipse, certis argumentis inductus, conviceras; nec ejusmodi gratiam referre tuis laudatoribus.* Quid discretius exemplo S. Augustini (*d*)? *Nobis*, inquit, *tutum est, in ea non progredi temeritate aliqua sententiæ, quæ nullo in catholico regionali Concilio cœpta, nullo plenario terminata sunt.* Juxta S. Gregorii monitum (*e*): *Hoc ergo, Frater charissime, subtiliter perpendamus, & sub prætextu hæresis affligi quempiam veraciter profitentem fidem Catholicam non sinamus: ne, quod absit, hæresin fieri sub emendationis magis specie permittamus.* En sententiam S. Hieronymi (*f*)! *Nihil impudentius arrogantia rusticorum, qui garrulitatem auctoritatem putant, & in subjectum sibi gregem timidis sermonibus tonant.*

(*a*) Fagn. ad c. 1. de Const. (*b*) S. Jacob. c. 4. (*c*) Sozom. lib. 8 c. 15. (*d*) S. Aug. de Bapt. lib. 7. cap. 53. (*e*) S. Greg. lib. 6. ep. 25. (*f*) S. Hier. epist. ad Ocean.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

TIT. V.

De Reliquis Delictis Ecclesiasticis.

CAPUT I.

De Sortilegis Magnatis & superstitionis.

1 Sortilegium dicitur à sorte, soletque accipi in malam partem nimirum pro superstitiosa, & magica divinatione, qua quis futura, aut occulta, vel omnino incerta prædicere, aut cognoscere vult ex aliquibus signis, quæ ad ea cognoscenda, aut indicenda nec à natura, nec à Deo instituta, vel ordinata sunt.

2 Juxta S. Isidorum: *Sortilegi sunt, qui sub nomine fictæ Religionis per quasdam, quas Sanctorum sortes vocant, divinationis scientiam profitentur, aut quarumcunque scripturarum inspectione futura promittunt. c. 1. XXVI. q. 1.*

3 Sortes illæ divinatoriæ, utpote nullam vel naturalem, vel supernaturalem vim habentes ad occulta illa, ac mere contingentia, & plane ab incerto eventu dependentia manifestanda merito superstitiosæ divinationes, & maleficia reputantur, & ut talia jam pridem eas reprobavit Leo IV. in epistola ad Episcopos Britanniæ: *Sortes*, ait, *quibus cuncta vos in vestris discriminatis judiciis* (*quod Patres damnaverunt*) *nihil aliud, quam divinationes, & maleficia esse decernimus. Quamobrem volumus illas omnino damnari, & interchristianos ultra nolumus nominari, & ne exerceantur, sub anathematis interdicto prohibemus. c. 1. XXVI. q. 5.*

4 Natura sortilegii, seu sortium, prout eæ adhibentur ad cognitionem, sive manifestationem futurorum, vel occultorum, ad quem effectum nec ex natura sua, nec ex ordinatione Dei virtutem habent, probat intervenire maleficium. Nam si cultus divinus, vel id, quod soli Deo competit, exhibetur, aut tribuitur creaturæ, dicitur superstitio cultus indebiti, ut loquuntur Theologi post S. Thomam (*a*), ubi etiam, si cognitio futurorum contingentium, vel manifestatio omnino occultorum, quæ soli Deo competit, petitur à rebus ad eam manifestationem nec à natura, nec Dei ordinatione institutis, transfertur quidam Dei, cultus, vel Dei

(*a*) D. Thom. 2. 2. q. 2. art. 3.

Dei proprietas ad creaturam. Ac propterea sortilegi etiam Divinatores, tanquam divini aliquid præferentes, dicti sunt.

5 Cum sortes; sive signa adhibita ad futurorum, & occultorum cognitionem nullam ex se, aut à Deo virtutem habent: ideo sortilegium solet continere expressum, vel tacitum pactum cum dæmone, à quo mediantibus illis signis futurorum, & occultorum scientia expetitur.

6 Eisdem signis, quibus utuntur sortilegi ad prædictionem futurorum, etiam utuntur ad nocendum, & tunc proprie malefici dicuntur ob facinorum magnitudinem, ut loquitur *l. 5. Cod. de Maleficis.* Sicut autem varia sunt signa, quæ adhibentur ad præstigias, fallacias, aut maleficia exercenda, ita variæ sunt sortilegii, aut maleficii species, sortiunturque varia nomina à diversitate signorum.

7 Inter laxiores opiniones recentiorum Casuistarum legitima censura rejecit & has, quæ artes magicas, aliasque superstitiones á vitio excusabant, si ad bonum finem referrentur. Declaravit ann. 1398. facultas Theologica Parisiensis (*a*), eos falli, qui credunt licitum, uti ad bonum finem arte magica, aliisque superstitionibus, quas Deus, & Ecclesia damnant. Hinc & addit, sine errore sustineri non posse, *quod licitum sit, etiam permittendum, maleficia maleficiis repellere.*

8 Id ipsum expressit Rituale Romanum? *Aliqui* (dæmones) *ostendunt maleficium, & à quibus sit factum, & modum ad illud dissipandum. Sed caveat, ne ob ad magos, vel ad sagas, vel ad alios, quam Ecclesiæ ministros, confugiat, aut alia superstitione, aut alio modo illicito utatur.*

9 Vitio quoque corruptionis, infirmitatisque humanæ dæmones prodesse censentur, quando nocere desinunt. Hæc præjudicia in veteri Gentilismo tam diversas species idololatriæ peperunt, quarum nonnullas & ipsi Romani in veteri superstitione proscripserunt. Refert Paulus Jurisconsultus (*b*), capitali pœna luisse, *qui de salute Principis, vel summa Reipublicæ respondissent.*

10 Principes Christiani, proscripto Idolorum cultu, in classem criminis publici rejecerunt artes magicarum divinationum. Inquit Constantius Imp. *Nemo Aurpicem consulat, aut Mathematicum, nemo Ariolum. Augurum, & vatum pravat confessio conticescat &c. Etenim ultore gladio prostratus, supplicio capitis ferietur, quisquis jussis nostris obsequium denegaverit.* Refert. *L. 5. C. de Malefic.*

Et

(*a*) Fac. Paris. art. 5. & 6. (*b*) Paul. sent. 6. tit. 21.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

11 Et infra : *Multi magicis artibus usi* (aliqui legunt *ausi*) *elementa turbare, vitam insontium labefactare non dubitant, & manibus accitis, audent ventilare, ut quisque suos conficiat malis artibus inimicos: hos, quoniam naturæ peregrini sunt, feralis pestis absumat*: utpote feralem pestem vivicomburium interpretantur. *L. 6. C. de Malefic. & ibi Gothofr.*

12 Juxta legem Constantini M.: *Eorum est scientia punienda, & severissimis merito legibus vindicanda, qui magicis accincti artibus, aut contra salutem hominum moliri, aut pudicos animos ad libidinem deflexisse deteguntur. Nullis vero criminationibus implicanda remedia humanis quæsita corporibus, aut in aggrestibus locis innocenter adhibita suffragia*; utpote quia vel naturalia sunt, vel per simplicitatem à crimine publico excusantur. *L. 4. C. ibi.*

13 In Oriente tamen Leo sapiens hanc conniventiam legis missam fecit. *Sane vero*, inquit, *siquis aliquo modo incantamentis usus esse deprehensus fuerit; sive id restituendæ, conservandæve valetudinis, sive avertendæ à rebus frugiferis calamitatis causa fecerit, is Apostatarum pœnam subiens supremum supplicium sustineto.* Refert. *Nov. Leon. 65.*

14 In Occidente per regna, & sæcula barbara sat vulgaris fuit opinio, nosse, & posse homines, quos tempestarios, magosque dixere, per incantationes, aliasque artes grandinem in messes, & vineas mittere, aliaque mala hominum corporibus, & bonis per malos spiritus vel inferre, vel ab iis auferre. Vetant Capitularia (*a*): *Ut nec Cauculatores* (forte Calculatores) *nec incantatores, nec tempestarii, nec obligatores fiant. Et ubicunque sunt, emendentur, vel damnentur.*

15 Ex his elucet, ex veteri paganismo satis diu superfuisse divinationum, aliarumque magicarum susperstitionum genera, quæ & animis Christianorum nonnunquam altius, proh dolor! insiderant. S. Augustinus quatuor eorum genera recenset. *c. 1. XXVI. q. 3. & 4.*

16 Ex sententia S. Augustini. *Superstitiosum est, quidquid institutum est ab hominibus ad facienda, & colenda idola pertinens, vel ad colendam, sicut Deum, creaturam, partemve ullam creaturæ, vel ad consultationes, & quædam pacta significationum cum dæmonibus placita, atque fœderata, qualia sunt molinina magicarum artium, quæ quidem commemorare potius, quam docere asolent Poetæ &c.* Refert. *c. 6. ibi q. 2.*

17 Quid salubrius, quam quod hos malarum artium sectatores

(*a*) Capit. Franc. lib. 1. cap. 62.

tores Ecclesia foro pœnitentiæ subdiderit, aut per censuram à communione ejecerit? Supersunt in Decreto Gratiani sat amplo numero veteres auctoritates. *c. 1. &c. ibi q. 5.*

18 His exemplis & novo jure pœnitentia quadraginta dierum ei decernitur, qui per sortilegium de alienis satis omen capit. *c. de Sortil.* Alexander III. Presbyterum, qui per inspectionem Astrolabii furtum, quod Ecclesiæ evenit, indagare voluit, per annum à beneficio suspendit, licet per simplicitatem fecisset. *c. 2. ibi.*

19 Ecce vetera, novaque argumenta ad id genus criminis perstringendum! Forum justitiæ civilis imperii decrevit in illud penas corporales. Forum pœnitentiæ proprium est Ecclesiæ ad ferendas spirituales censuras.

20 Est utriusque judicis in ea causa discrete procedere, quia certum est, multa frequenter diabolicis artibus adscribi, quæ vel naturales causas habent, vel nonnisi phantastica sunt hominum figmenta. Ita jam à pluribus observatum est, illis sæculis, illisque regnis, quibus persuasum fuit, magiam veram esse artem, exundasse reorum numerum, quorum crimen ignorant sæcula, & regna, quæ vitium in somnia, & deliria rejiciunt phantasmatis. *c. 12. XXVI. q. 5.*

21 Quidquid vero reliquum est, recidit ad curam Pastorum, *ut frequenter, & sedulo populum commoneant, quo sibi à talibus veteratoribus, impostoribus, & deceptoribus, tunquam diaboli vere ministris caveant, has impietates, & abominationes committentibus per occultam operationem malignorum spirituum adversus Deum, & proximum, utque insuper horreant, & detestentur enormia talia peccata, quæ nonnisi ex inventione diaboli (ut dictum est) ortum habent, universi generis humani inimici, quocunque obtentu fiant, Divinationis, Magiæ, Mathematices, Astrologiæ, Prognostici, Physiognomiæ, Negromantiæ, Chiromantiæ, aut alio demum quocunque titulo quamlibet specioso.*

22 Nihil vulgarius, quam quod titulus pietatis jactetur, ut vel nonnullis piis cedulis, vel sacris verborum formulis, aliisque linteis, & ligaturis virtus, medendi morbis, averrendique grandinem tribuatur. Quum quidem his rebus nec ex natura sua, nec ex auctoritate vel divina, vel humana cum illo effectu ulla proportio sit, constat, eas esse superstitiones, quibus Deus tentatur potius, quam invocatur, quis fere, ad quotidianum miraculum his nugis provocatur. Petjus est, quod ad fidem faciendam jactent & exempla, venditentque historias: quasi vero historiæ esse nequeant sæpe fabellæ & exempla mendacia; aut vero sint & exempla, & historo-

toriæ. *Ideo eis quisque credere non debet, quia aliquando eveniunt — quia hoc permissu Dei fit, ut ipsi, qui hæc audiunt, vel vident, probentur, & appareat, qua fide sint, & devotione erga Deum.* Refert. c. 14. *XXVI. q.* 5.

23 Missis vanis obtentibus præcipit Concilium Tridentinum (*a*), *ut Ordinarii locorum Episcopi ea omnia prohibere, & e medio tollere sedulo curent, ac teneantur, quæ superstitio veræ pietatis falsa imitatrix*, per certum candelarum numerum ad celebrationem missarum, vel per alias formulas, & cærimonias ad invocationem Sanctorum, & Reliquiarum venerationem, aut cultum SS. Imaginum, privato arbitrio *induxit.*

24 Absit, ut tam æquis Decretis quisquam utcunque clanculo detrahere posset, nisi aliquando studium turpis quæstus indiscretiorem zelum animaret, ut nonnulli clament, religionem Sanctorum lædi, eoquod proventuosæ quædam superstitiones expugnantur. Sic & contra S. Paulum Ephesi clamabat Demetrius (*b*): *Viri! scitis, quia de hoc artificio,* & sacrificio *est nobis acquisitio.*

25 Hac occasione recentioribus sæculis & raruere Exorcismi. Olim inter gentiles multi fuere dæmoniaci; & ut Christiani ostenderent, quam contemnenda esset potentia dæmonis, Exorcistarum munus infimi Ordinis ministris concessere. Hodie eo munere funguntur Presbyteri (*c*); nec alii nisi speciali mandato Episcopi instructi, quia raro dantur energumeni, & nonnunquam imposturis ludere solent homines.

Cap. 2. De Delict. carn.

26 S. Apostulus incestuosum Corinthium Satanæ (*d*) tradidit in interitum carnis, *ut Spiritus* per pœnitentiam *salvus sit, in die Domini nostri Jesu-Christi* — & infra: *Nunc autem scripsi vobis*, inquit, *non commisceri: si is, qui Frater nominatur, est fornicator — cum ejusmodi nec cibum sumere*, ut criminis pudore salubriter suffundatur ad pœnitentiam agendam.

27 Inter hæc carnis crimina vulgatius, & perniciosius apparet adulterium, quod inde omnes gentes, veluti opprobrium naturæ abhorruerunt. Ait Ulpianus (*e*): *Adulterium natura turpe est.* Refert. *L.* 42. *ff. de Verb. signif.*

28 In foro justitiæ veteres leges civiles adulterium, veluti crimen publicum capitali supplicio addixerunt, ita, ut nec ei indulgentia Paschalis, quæ minorum criminum reis ob so-

(*a*) Trid. Decret. de observ. & evit. in celebr. Miss. (*b*) Act. cap. 19.
(*c*) Fleur. Inst. Eccl. p. 1. cap. 6. (*d*) 1. Cor. 5. (*e*) De Adult.

solemnitatem festi dari solebat, suffragari posset. *L.* 7. *C. Th. de Remiss. Crim.*

29 Justinianus inter adulterium, & adulteram diversitatem pœnæ statuit. Præcipit enim, ut adultera, virgidemia subacta, in monasterium mitteretur, perpetuam pœnitentiam ibi actura, nisi infra biennium eam maritus inde repetere voluisset. *Auth. sed hodie ad L.* 30. *C. ad Jul. de Adult.*

30 Est alicubi & hodie huic legi locus; sed minus conveniens, quia Monasteria passim desierunt esse loca pœnitentiæ, ut non posset non grandi periculo seductionis, & infectionis vacare, quod adulteræ, aut corruptæ alias fœminæ in consortium honestarum, & piarum virginum ablegarentur. Consultius ergo procul dubio est, ut peculiares domus ad simile mulierum genus recipiendum, recludendumque sub aptis directoribus, & directricibus assignentur.

31 In foro Ecclesiæ differentia delicti inter adulterum, & adulteram haud habebatur. Ait S. Ambrosius: *Nemo sibi blandiatur de legibus hominum. Omne stuprum adulterium est: nec viro licet, quod mulieri non licet. Eadem à viro, quæ ab uxore, debetur castimonia. Quidquid in ea, quæ non sit legitima uxor, commissum fuerit, adulterii crimine damnatur.* Refert. *c.* 4. *XXXII. q.* 4.

32 In veteri ordine pœnitentiæ canonicæ Mœchia inter crimina canonica refertur, adeo, ut nonnulli Africæ Episcopi, rigore pœnitentiæ Mœchis totum locum veniæ clauserint. Inquit S. Cyprianus (*a*): *Quanto multo gravior, & pejor est Mœchi, quam libellatici, causa? Cum hic necessitate, ille voluntate peccaverit: hic existimans, sibi satis esse, quod non sacrificaverit, errore deceptus sit: ille, matrimonii expugnator alieni, vel lupanar ingressus — sanctificatum corpus, & Dei templum detestabili collusione violaverit.*

33 Ecce Decreta veteris pœnitentiæ! S. Basilius (*b*) Mœchis quindecim annos præscripsit. Juxta Concilium Ancyranum (*c*) adulterum, & adulteram oportet per septem annos pœnitere. In Concilio Nannetensi (*d*) decretum est, ut, si conjugatus solutæ, aut soluta conjugato cohæsit, adulter septennalem, solutus quinquennalem pœnitentiam subeat. Veterum horum Canonum notitia valde salubris Confessariis, & Pastoribus est, ut pœnitentes de enormitate criminis mo-

(*a*) S. Cypr. ep. 52. (*b*) S. Basil. cap. 7. &c. (*c*) Conc. Ancyr. cap. 20.
(*d*) Concil. Nannet. cap. 13.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

nare, ipsisque pro personarum, temporumque, & qualitate peccati salubres pœnitentias imponere queant.

34 S. Carolus horum Canonum exemplo, quos singulis Decalogi præceptis subjecit, pœnitentiam eo ordine moderatur, *ut*, *si* quis maritus semel lapsus sit, pœnitentiam agat quinque annis: si sæpius mœchatus est, in fine mortis est conveniendus: sique promiserit, se cessaturum, dabitur ei *communio*, utpote juxta veterem phrasim reconciliatio.

35 Novo jure adulterium censetur esse crimen ecclesiasticum. *Arg. c.* 1. *de Offic. Jud. Ordin.* Hodie sat frequens ea est utriusque potestatis divisio, ut crimen, quoad separationem thori, foro ecclesiastico relinquatur: in ordine vero ad supplicium, aliasque mulctas, & pœnas sibi forum sæculare vindicet. In Germania, in nemesi Carolina (*a*) adulterium capitale est crimen, alibi tamen simplici mulcta, aut fustigatione percellitur. Concilium Tridentinum (*b*) præcepit, adulteros, & concubinarios contumaces excommunicandos, & extra Diœcesin ejiciendos esse. Sed alibi notatum fuit, hanc adulterorum ejectionem extra oppidum, & Diœcesin sapere relegationem, quæ proprio jure haud competit potestati ecclesiasticæ.

36 Adulterium uxoris marito maximo vitio est, si ex delicto uxoris quæstum parat, aut lucrum, quia hoc facto crimen lenocinii (*c*) contrahit. Juxta leges civiles pœna adulterii in maritum statuitur, qui de adulterio uxoris suæ quid receperit, item in eum, qui in adulterio deprehensam retinuerit. *L.* 2. §. 2. *ff. ad Leg. Jul. de Adult.* Non tamen semper arguendus est maritus, qui adulterium uxoris dissimulat. Ubi enim adulterium uxoris est occultum, nihilque de eo habetur in ore, & notitia præter vulgi incertam suspitionem, quam maritus sua prudentia facile tegere, supprimereque potest, eo casu maritus uxori, condonato, vel dissimulato delicto, cohabitans, nequaquam lenocinii reus habetur. *L.* 17. *C. ibi.*

37 Ait Ulpianus: qui quæstum ex adulterio uxoris suæ fecerit, plectitur. *L.* 29. §. 3. *ff. ad Leg. Jul. de Adult.* Justinianus reliquos lenones exilio, & multis coercet. *Nov.* 14. Nemensis Carolina (*d*) civiles leges instaurat.

38 Juxta Decretum Concilii Eliberitani (*e*) in veteri foro pœnitentiæ, si mater, vel parens, vel quilibet fidelis lenocinium exercuisset, nec in fine vitæ communionem, id est, reconciliationem, merebatur. Hodie de crimine lenocinii, ubi quis

(*a*) Const. Carol. art. 120. (*b*) Trid. sess. 24. de Ref. Matr. cap. 8.
(*c*) De Lenocin. (*d*) Const. Crim. Carol. art. 120. (*e*) Conc. Elib. cap. 12.

quis est Leno uxoris suæ, uterque Judex cognoscit, secundum qualitatem suæ jurisdictionis; utpote ecclesiasticus in ordine ad censuras, & pœnitentias: civilis in ordine ad supplicium, exilium &c.

39 Ex sententia Jurisconsulti adulterium in nupta admittitur: stuprum (*a*) in vidua, vel virgine, vel puero committitur. *L.* 38. §. 1. *ff. ad L. Jul. de Adult.* De Jure civili simplicis stupri pœna est in honestis personis publicatio dimidiæ partis bonorum; in humilioribus coercitio corporis cum relegatione. §. 4. *Inst. de Publ. Judic.*

40 In veteri foro pœnitentiæ Concilium Eliberitanum (*b*) corruptas virgines, si suis defloratoribus nupsissent, ad annalem pœnitentiam, aut, si aliis nupsissent, ad quinquennalem pœnitentiam ablegavit. Stupratores puerorum etiam in fine vitæ à communione exclusit.

41 Inter Canones à S. Carolo collectos habetur: *Siquis adolescens cum virgine peccaverit, pœnitentiam aget annum unum* — Item *Vidua, quæ stuprum admiserit, pœnitentiam aget annum totum, & præterea in anno altero dies jejuniorum.*

42 Jure Decretalium siquis virginem stupro decepit, adigitur, ut vitiatam ducat, aut, si renuendum putaverit, castigatus, excommunicatusque in Monasterium ad agendam pœnitentiam detrudatur. *c.* 2. *de Adult. & Stupr.* Inde nostris moribus ex simplici stupro fœmina, agit civiliter, ut stuprator eam aut ducat, aut dotet, prolique ad certos annos de alimentis provideat. Placuit hanc sententiam ab exemplo veteris legis petere, ita tamen, ut libertati stupratoris relinquatur eligere, an ducere, an dotare velit seductam? Quippe consuetudo passim obligationem alternativam substituit. *c.* 1. *ibi.* Aliquando tamen utrique pœna carceris, aut mulctæ superadditur.

43 Merito pœna aggravatur, si circumstantiæ commissi stupri peculiarem malitiam prodant. Sic de consuetudine videtur pœna mortis illi imminere, qui puellam præ ætate impotentem oppressit. Ex jure scripto gravius punitur Tutor, qui suam pupillam corrupit. *L. un. C. siquis eam, cui tut. fuit corrupt.* Hoc exemplo referunt & Custodem, qui Commentariensem, quamvis consentientem, vitiaverit, supplicio esse dignum. Quidni & Ludimagistri, & Directores, Præceptoresque alii, qui pueris, puellisque suæ curæ concreditis abutuntur, acerbius percellantur? His procul dubio execrabilius est scelus Sacerdotum, qui in Confessionali vel occasione

(*a*) De Stupr. (*b*) C. 14. cap. 71.

confessionis filias suas spirituales ad turpia sollicitant. Passim hic casus specialiter Episcopo reservatur, aut, si ad forum externum protrahitur, censura suspensionis percellitur.

44 Frequentius stuprum violenta oppressione qualificatur. Ex legibus Romanis, siquis vim adhibuit, lege Julia de vi coercetur. *L.* 3. §. 4. *ff. ad L. Jul. de vi publ.* Nemesis Carolina (*a*) violentum stuprum, perpetrato delicto, gladio, aut si res in solo conatu substiterit, pœna arbitraria percellit.

45 Stupro violento æquiparatur raptus, quamvis simplicis seductionis sit. Juxta leges civiles raptus tum violentiæ, tum seductionis capitalis est, ut crimen nec sponsalia raptæ, nec remissio, vel intercessio Parentum excuset. *L. un. C. de Rapt. Virg.* In Nemesis Carolina (*b*) raptui violentiæ supplicium dictum est, quod nostris moribus plerumque tamen remittitur, si fœmina consenserit, aut pro raptore intercesserit, aut raptori nupserit data occasione.

46 Concilium Tridentinum (*c*) in raptorem, omnesque, qui consilium, auxilium, & favorem præbuerint, ipso facto censuram excommunicationis, sententiamque infamiæ pronuntiat, ut ad omnes dignitates incapaces sint; &, si Clerici fuerint, de proprio gradu decidant. Præterea tenetur raptor mulierem raptam, sive eam uxorem duxerit, sive non duxerit, decenter arbitrio Judicis dotare.

47 In legibus Romanis duplex crimen publicum incestus distinguitur. Incestus (*d*) juris gentium dicitur, si ascendentes cum descendentibus suis commisceantur. Incestus civilis spectat concubitum personarum collateralium infra gradum prohibitum. Veteri juri civili incestus juris gentium deportatione, incestus civilis extraordinaria pœna percellitur. *L.* 68. *ff. de Rit. Nupt.* In Germania recentioris constitutionis Carolinæ (*e*) verba paulo obscuriora sunt; usu tamen invaluit, quod incestus juris gentium ultimo supplicio afficiatur; incestus civilis fustigatione, relegatione, carcere, aut mulcta pro diversitate remotioris, proximiorisque gradus expietur.

48 In veteri foro pœnitentiæ canonicæ S. Basilius incestui pro diversitate gradus homicidii, adulteriique pœnas decrevit. Superest in Decreto Gratiani Decretum Concilii Wormatiensis, quod incestui etiam spirituali censuram anathematis inscribit. *c.* 17. *XXXII. q.* 2.

49 In Canonibus pœnitentialibus S. Caroli hic ordo pœnitentiarum refertur: *Qui cum duabus sororibus, vel cum noverca, vel cum sorore sua, vel cum amita, vel cum nuru, vel quo denique incestum commiserit, ab ingressu Ecclesiæ abstinebit annum unum. Quo anno præter festos dies pane solum & aqua utetur, arma non feret, osculum non præbebit, sacram Communionem, nisi pro Viatico, non sumet. Sex deinde annis Ecclesiam ingredietur; sed carne, vino & sicera non utetur, nisi festis diebus. Postea vero duobus annis, quando carne vescetur, à potu vini abstinebit: quod si biberit, carne non vescetur, nisi dominicis diebus, & præcipuis festis; deinde usque ab obitum perpetuo præter festos dies à carne abstinebit. Tres legitimas ferias singulis hebdomadis jejunabit, & quadragesimas tres singulis annis legitime custodiet.*

(*a*) Const. Crim. Carol. 5. art. 119. (*b*) Const. Carol. art. 218.
(*c*) Trid. sess. 24. de Ref. Mat. (*d*) De Incest. (*e*) Const. Carol. art. 117.

50 Hodie incestus mixti fori alicubi habetur, nisi circumstantiæ gradus, raptus, violentiæ, aut oppressionis crimen capitale reddiderint; inde enim spectaret ad cognitionem solius Judicis sæcularis.

51 Mixti fori, utpote ad jus præventionis, est & concubinatus (*a*). Aliquando diversæ species concubinatus fuere. Romano jure concubinæ dictæ sunt & uxores, quæ, prætermissis dotalibus instrumentis, simplici matrimonio in thorum recipiebantur. *c.* 4. *D.* 34. *& ibi Correct. Rom.*

52 In Oriente Leo sapiens, & concubinatum Romanum expunxit. *Qua ratione*, inquit, *cum puras aquas haurire liceat, lutum tu mavis? Tum, tametsi, fontem non habeas, rebus tamen vetitis uti non potes. Cæterum vitæ consortem* æqualis conditionis *invenire difficile non est.*

53 Corruptis sæculis in Occidente vulgari concubinatu plerumque adulterium, polygamia, & pellicatus tegi solebat. Hac occasione confessus Ordinum per ordinationem politicam Augustæ ann. 1533. infamem concubinatum in Germania proscripsit.

54 Juxta Tridentinum Decretum laici (*b*), sive conjugati, sive cælibes crimini inhærentes, ab Ordinario ex officio sunt reprehendendi, & post trinam admonitionem, si parere nolunt, excommunicandi: Concubinæ autem ex locis, quibus scandalo sunt, manu militari ejiciendæ.

55 In censura Evangelii & fornicatio (*c*) nomine mœchiæ vetita intelligitur: Est & illa grande crimen in Christiano, quia per eam juxta Apostolum membrum Christi prostituitur, & templum Dei violatur. *c.* 11. *&* 12. *XXXII. q.* 4.

56 In veteri ordine pœnitentiæ S. Basilius (*d*) septem an-

(*a*) De Conc. (*b*) Trid. sess. 25. c. 14. (*c*) De Fornic. (*d*) S. Basil. c. 59.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

annis à sacra Communione fornicatorem removit. *Fornicator*, inquit, *septem annis Sanctis non communicabit, duobus deflens, duobus audiens, & duobus substractus, & in uno consistens: octavo autem ad Communionem admittetur.*

57 S. Carolus inter Canones, quos ex pœnitentialibus libris mediæ ætatis, qua vetus rigor jam flaccescere cœperat, collegit, hunc refert: *Si laicus solutus cum fœmina soluta concubuerit, pœnitens erit annos tres: & quanto sæpius, tanto majori pœnitentia afficietur.*

58 In foro justitiæ plerumque fornicatio per mulctas, aliasque leviores castigationes, si complices solvendo impares sint, expiatur, quas in nostris Provinciis sibi civilis potestas arrogat. Reliquum vero est, ut Pastores tanto instantius, irruente morum remissione, declament non tantum adversus ipsum vitium, sed & adversus diversa conventicula, spectacula, & reliqua pericula impudicitiarum.

59 Reliquis spurcitiarum infamiis gravius delictum est sacrilegium, quod committunt personæ, quæ sacro voto continentiæ sunt adstrictæ. Jovinianus Imp. *Siquis non dicam rapere, sed attentare tantum — sacratissimas virgines ausus fuerit, capitali pœna feriatur.* Refert. *L. 5. C. de Episc. & Cler.*

60 In censura Canonum Clerici, qui violaverint legem cælibatus ecclesiastici, deponuntur, & excommunicantur. Superest vetus Decretum Concilii Neocæsariensis: *Presbyter, si uxorem duxerit, ab Ordine suo deponi debet: quod si fornicatus fuerit, vel adulterium commiserit, extra Ecclesiam abjici, & ad pœnitentiam inter laicos adigi oportet.* Legit. *c. 9. D. 28.*

61 Prævalente infami concubinatu Clericorum plures constitutiones novo jure natæ sunt. Plebi injunctum (*a*), ne Missam concubinarii notorii frequentet, officio privandi. *c. 5. D. 32.* Sed malo intenso pœnarum rigor remisi. Ex sententia Concilii Basileensis (*b*) hujusmodi homines statim fructu trimestri beneficiorum, & si intra terminum concubinas non dimittant, ipsis beneficiis privandi sunt, quod siqui ad vomitum redeant, irregulares censentur. Juxta Concilium Tridentinum (*c*) Clerici concubunarii post primam admonitionem tertia parte, post secundam omnibus fructibus privantur, & suspenduntur; post tertiam beneficio destituuntur; & irregulares declarantur. Si redeunt ad ingenium, excommunicantur. Concubinæ autem intuitu Clericorum non solum

(*a*) Fleur. J. E. p. 3 c. 19 §. 4. (*b*) Conc. Basil. sess. 20. (*c*) Trid. sess. 25 c. 14.

lum eæ, de quibus id certum est, reputantur; sed etiam omnis generis fœminæ, in quas cadit suspicio. *c. 5. & 6. D. 32.*

62 Olim post pœnitentiam decennalem demum veniam sunt consecuti; veteres autem eos sine mora irremisibiliter removerunt. *c. 1. 3. 33. & passim D. 50.* Novo jure Clerici, qui contra naturam luxuriantur, carceri perpetuo ad agendam perpetuam pœnitentiam mancipantur, ut ab oculis populi tanti sceleris memoria removeatur. *c. 4. de Excess. Prælat.*

63 Inter delicta ecclesiastica recensentur & alia crimina, quibus religio læditur. Hinc blasphemia inter delicta ecclesiastica locum habet. Blasphemi sunt, qui de religionis sacris mysteriis perverse, irreverenterve loquuntur. Quod proprie blasphemiam vocamus (*a*). In eundem censum veniunt & aliæ vanæ, & insolitæ execrationes, quarum aliæ aliis pro verborum natura, & animi affectu atrociorem pœnam merentur. *c. 2. de Maledic.* Cap. 3. De Reliq. delict. Eccles.

64 In foro civili Justinianus blasphemos ad ultimum supplicium vocavit: *Si enim*, inquit, *contra homines factæ blasphemiæ impunitæ non relinquuntur; multo magis, qui ipsum Deum blasphemant, digni sunt supplicia sustinere.* Refert. *Nov. 77. c. 1.*

65 Juxta Capitularia Francorum (*b*): *Siquis quolibet modo blasphemiam in Deum jactaverit, ab Episcopo vel Comite pagi ipsius carceri usque ad satisfactionem tradatur, & publica pœnitentia mulctetur, donec precibus proprii Episcopi publice reconcilietur, Ecclesiæque gremio canonice restituatur.* Et in addictionibus legitur (*c*): *Siquis quolibet modo blasphemiam in Deum jactaverit, à Præfecto urbis ultimo supplicio subjiciatur.*

66 Recentioribus legibus diversorum regnorum pœnæ civiles adversus blasphemos tam determinatæ non sunt, quin pro gravitate, aut levitate criminis augeri, aut minui queant, ut passim arbitrariæ censeantur. Sic frequens est, quod plebejus pro prima vice fustigetur, aut per mensem incarceretur; pro secunda vice in labiis ferro cadenti aduratur &c.

67 In foro canonico blasphemis publicam pœnitentiam decernit Gregorius III. *c. 2. de Maledic.* Præcipit in Concilio Lateranensi V. Leo X. *ut in foro conscientiæ nemo blasphemiæ reus absque gravissima pœnitentia, sive Confessoris arbitrio injuncta, possit absolvi.* Refert. *Lib. VII. Decret. Lib. V. Tit. VII. c. 2.*

Quis

(*a*) De Blasphem. (*b*) Capitul. lib. 6. c. 101. (*c*) Addit. 3. cap. 84.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

68 Quis dubitet (*a*), in religionem peccare perjurium? Nam Deo illudere videtur, qui fidem sub obtestatione divini nominis datam violat, aut Deum in vindicem vocat promissi, quod salva fide, & sine crimine servare nequit. Tum ergo falsum, tum temerarium juramentum grandi piaculo non vacat. Hinc nonnullis legibus cautum est, ne contractus medio juramento fiant.

69 S. Basilius (*b*) decennalem pœnitentiam perjuro indixit. *Perjurus*, inquit, *undecim annis non erit communionis particeps: duobus annis defiens; tribus audiens, quatuor substratus; anno unico consistens; & tunc communione dignius habebitur.*

70 Ex reliquis Canonibus veteris pœnitentiæ. S. Carolus hos exhibet: *Siquis sciens pejerat in manu Episcopi, vel Presbyteri, vel Diaconi, vel in cruce consecrata, altarive, pœnitentiam agat annos tres: in cruce non consecrata annum unum. Qui perjurium in Ecclesia fecerit, pœnitentiam aget annos decem. Qui sciens pejerat domini impulsu, pœnitens erit quadragesimas tres & ferias legitimas: Dominus autem, quia præcepit, quadraginta dies in pane & aqua, & septem sequentes annos. Siquis sciens pejeraverit, aliosque in perjurium induxerit, pœnitens erit dies quadraginta in pane & aqua, & septem sequentes annos; & tot jejunia jejunabit quot homines in perjurium induxerit.*

71 Quid consultius monito S. Augustini (*c*)? *Jurationem*, inquit, *cave, quantum potes; melius quippe nec verum juratur, quia jurandi consuetudine in perjurium sæpe caditur, & semper perjurio propinquatur.*

72 Novo jure crimen falsi frequentius gliscere cœpit. Falsi multiplex offensa est (*d*); peccat enim contra Deum, illudit Judici, & lædit Innocentem. Sic ex S. Augustino refert. *c.* 1. *de Crim. Fals.*

73 Jure Romano crimen falsi inter crimina publica recensetur, quod honestiores confiscatione, & deportatione; humiliores pœna operis publici; servi & ultimo supplicio luunt. *L.* 1. *& passim ff. ad leg. Corn. de Fals.* In Nemesi Carolina (*e*) pœna plerumque arbitraria est, si quis tamen falso testimonio reum oppressit, ut capite truncaretur, & ipse supplicium incurrit.

74 In veteri foro pœnitentiæ (*f*), siquis quemquam per calumniam oppreserit, ut proscriberetur, vel interficeretur, nec

(*a*) De Perjur. (*b*) S. Basil. cap. 64. (*c*) S. Aug. ep. 157. (*d*) De Fals.
(*e*) Const. Carol. art. 112. &c. (*f*) Conc. Elib. cap. 63.

nec in fine Communionem merebatur: si vero levior causa, utpote pecuniaria fuisset, quinquennali pœnitentiæ subdebatur. Juxta Decretum Concilii Arelatensis II. qui falsa fratribus Capitula objiciunt, usque ad exitum vitæ non communicent, nisi digna satisfactione pœnituerint. *c.* 2. *III. q.* 10.

75 Reliquis argumentis novi juris pro diversis falsi speciebus diversæ pœnæ civiles, ecclesiasticæque decernuntur. Inter has Falsarii literarum Apostolicarum, si laici sunt, excommunicantur, Clerici omnibus officiis, & beneficiis spoliantur. *c.* 7. *de Crim. Fals.* Si Clericus falsaverit literas Principis, degradatur. *c.* 5. *ibi.*

76 Hæ species falsi instar sacrilegii habentur. Est alias & genus sacrilegii multiplex (*a*), quo religio despectui habetur; veluti per Eucharistiæ, sacri Olei, sacrorum vasorum, Ecclesiarum, cæmeteriorum profanationem; per immunitatis sacrorum locorum, violationem; per furtum, usurpationemque rerum Deo consecratarum; per vim, & injuriam Clericis, & Religiosis intentatam. *c.* 21. *XVII. q.* 2.

77 Augetur crimen, si Clerici Sacris assistentes violantur: si Ecclesia per vim effringitur, aut polluitur; si abusus sacrorum Liquorum, aut mysteriorum ad superstitiones adhibetur: si turbatur publicum divinum officium; si cultus festorum dierum profanatur. Quid æquius, quam ut uterque Judex illa scandala publica juxta qualitatem suæ jurisdictionis percellat. *c.* 2. *de Immunit. Eccles. in* 6.

78 Referunt & usuras inter crimina ecclesiastica. Pronuntiat Clemens V. Judices, Officiales, aliosque Ministros regios, qui auxilium præstant exercendis, aut exigendis usuris, ipso jure, nisi infra tres menses resipiscant, esse excommunicatos; hæresis est enim dicere, usuras lucrativas à peccato posse excusari. *Clem. un. de Usur.*

79 Passim tamen supersunt diversi tituli, quibus usuræ excusantur, quia in vim compensationis exigi censentur, ut vel lucrum cessans, vel damnum emergens resarciatur. His vel aliis rationibus illustrantur Cambia, Montes pietatis, contractus censuales.

80 Postquam ubivis fere publica auctoritate pro eo, quod interest, definita est usurarum quantitas, crimen fœneratitium, in foro saltem externo recidit ad eos, qui ultra præscriptam summam lucrum captant.

81 Quum Clericis (*b*) quæstuosa negotia minime conve-

(*a*) De Sacril. Fleur. Inst. p. 3. cap. 8. §. 7. (*b*) Fleur. cap. 19. §. 7.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

niant, utpote qui præ cæteris Christianis terrena spernere tenentur, & vulgares usuræ eis vitio sunt, Concilium Nicænum ab officio eos removendos censet, quod pluribus Canonibus instauratum est. *c.* 2. *& passim. D.* 47.

82 Inde veteres crimina canonica dixere, quibus regulæ ecclesiasticæ censuram, ordinem, processumque pœnitentiæ luctuosæ definierunt. Jure novo crimina ecclesiastica vocantur, quæ tribunali ecclesiastico pro utroque foro vindicantur, ut civili judici nihil relinquatur, nisi pium obsequium exequendi sententiam ecclesiasticam. *c.* 13. §. 3. *de Hæret. & alibi.*

83 Recentioribus moribus omnia fere hæc crimina censentur mixti fori, diverso sensu; utpote vel ad effectum præventionis; vel ad diversitatem pœnarum, quia censuræ propriæ sunt Potestatis ecclesiasticæ: mulctæ vero, aliæque castigationes referuntur ad civilem jurisdictionem; vel ad qualitatem personarum. Delictum enim Clerici, veluti ecclesiasticum, reservatur Judici ecclesiastico: delictum vero laici remittitur ad forum Judicis sæcularis. Unde hæc ex consuetudine, & usu cujusque regionis haurire oportet.

84 In morali doctrina superest inviolabilis auctoritas Pastorum, quævis crimina per gravitatem sacræ prædicationis compescendi. Quid eo officio salubrius? Inquit in veteri lege Dominus (*a*): *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Jacob peccata eorum.* Et alibi (*b*): *Speculatorem dedi te domui Israel. Audiens ergo ex ore meo sermonem, annuntiabis eis ex me. Si me dicente ad impium: morte morieris: non fueris locutus, ut se custodiat à via sua; ipse impius in impietate morietur, sanguinem autem ejus de manu tua requiram.* En & in nova lege sententiam S. Apostoli (*c*): *Testificor coram Deo, & Jesu-Christo, qui judicaturus est vivos, & mortuos, per adventum ipsius, & regnum ejus: prædica verbum, insta opportune, importune; argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina.* Quid præclarius exemplo S. Chrysostomi (*d*) ad abolendas vulgares corruptelas! *Primum igitur*, ait, *persuademus, ut — fuga in melius mutationem faciat: etsi heri, & nudius tertius de hac vobis locutus sum materia; neque tamen hodie desistam, neque cras, neque perinde eandem persuadere. Et quid dico crastinam, aut tertiam diem? Donec vos correctos videam, non absistam, si enim le-*

(*a*) Isai. cap. 58. (*b*) Ezech. 33. (*c*) 2. Timoth. 4.
(*d*) S. Chrys. hom. 15. ad Pop. Antioch.

gem prævaricantes non erubescant; multo magis nos jubentes, ne prævaricemini, admonitione continua confundi non est dignum.

TIT. VI.

De Judicibus Ecclesiasticis.

CAPUT I.

De Judicibus Ordinariis.

1 Sicut olim apud Romanos Judices ordinarii dicti videntur ad distinctionem illorum, qui dantur à Principe extra ordinem: ita & jure Canonico judices ordinarii dicti fuerunt ad differentiam Judicum, qui quasi extra ordinem à Pontifice pro quibusdam causis terminandis delegantur, vocanturque Judices delegati, quæ distinctio occurrit. *cap.* 5. *& 8. de Offic. & Potest. Jud. Delegat.* Ubi aperte Judex delegatus distinguitur ab ordinario.

2 Judices ergo ordinarii dicuntur, qui jurisdictionem non ex speciali aliqua delegatione, seu commissione, sed vi suæ dignitatis, seu officii habent, ac exercent. Unde iidem ad exemplum Legatorum natorum dici possunt Judices nati, quasi cum ipsa Prælatura, seu officio cui præficiuntur, absque ulla speciali delegatione Judices nascantur.

3 Inde jure Decretalium Episcopi Judices ordinarii locorum dici cœperant, quia quisque *Episcopus in tota sua Diœcesi jurisdictionem ordinariam* ad exemplum Præsidis civilis *agnoscitur habere.* Refert. *c.* 7. *de Offic. Judic. Ord. in* 6.

4 Veteri jure processus summarius fuit. Juxta Constitutiones Apostolicas (*a*), si inter duas personas quæstio esset, utraque in judicium veniebat, quibus auditis ferebantur suffragia; ita tamen, ut prius omnem operam impenderent, ut causa amicabiliter componeretur. Episcopus ex suffragiis Cleri sententiam ferebat, &, si causæ majoris momenti videbantur, ex tota Diœcesi Clerum congregabat, adinstar Synodi diœcesanæ.

5 Episcopi, majorum præsertim Civitatum, tantis negotiis obruti, tandem cœperant, judicium nonnullarum causarum in quemdam Presbyterum, vel Archidiaconum devol-

(*a*) Const. Apost. lib. 2. cap. 47.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

niant, utpote qui præ cæteris Christianis terrena spernere tenentur, & vulgares usuræ eis vitio sunt, Concilium Nicænum ab officio eos removendos censet, quod pluribus Canonibus instauratum est. *c.* 2. *& passim. D.* 47.

82 Inde veteres crimina canonica dixere, quibus regulæ ecclesiasticæ censuram, ordinem, processumque pœnitentiæ luctuosæ definierunt. Jure novo crimina ecclesiastica vocantur, quæ tribunali ecclesiastico pro utroque foro vindicantur, ut civili judici nihil relinquatur, nisi pium obsequium exequendi sententiam ecclesiasticam. *c.* 13. §. 3. *de Hæret. & alibi.*

83 Recentioribus moribus omnia fere hæc crimina censentur mixti fori, diverso sensu; utpote vel ad effectum præventionis; vel ad diversitatem pœnarum, quia censuræ propriæ sunt Potestatis ecclesiasticæ: mulctæ vero, aliæque castigationes referuntur ad civilem jurisdictionem; vel ad qualitatem personarum. Delictum enim Clerici, veluti ecclesiasticum, reservatur Judici ecclesiastico: delictum vero laici remittitur ad forum Judicis sæcularis. Unde hæc ex consuetudine, & usu cujusque regionis haurire oportet.

84 In morali doctrina superest inviolabilis auctoritas Pastorum, quævis crimina per gravitatem sacræ prædicationis compescendi. Quid eo officio salubrius? Inquit in veteri lege Dominus (*a*): *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Jacob peccata eorum.* Et alibi (*b*): *Speculatorem dedi te domui Israel. Audiens ergo ex ore meo sermonem, annuntiabis eis ex me. Si me dicente ad impium: morte morieris: non fueris locutus, ut se custodiat à via sua; ipse impius in impietate morietur, sanguinem autem ejus de manu tua requiram.* En & in nova lege sententiam S. Apostoli (*c*): *Testificor coram Deo, & Jesu-Christo, qui judicaturus est vivos, & mortuos, per adventum ipsius, & regnum ejus: prædica verbum, insta opportune, importune; argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina.* Quid præclarius exemplo S. Chrysostomi (*d*) ad abolendas vulgares corruptelas! *Primum igitur*, ait, *persuademus, ut — fuga in melius mutationem faciat: etsi heri, & nudius tertius de hac vobis locutus sum materia; neque tamen hodie desistam, neque cras, neque perinde eandem persuadere. Et quid dico crastinam, aut tertiam diem? Donec vos correctos videam, non absistam, si enim le-*

(*a*) Isai. cap. 58. (*b*) Ezech. 33. (*c*) 2. Timoth. 4.
(*d*) S. Chrys. hom. 15. ad Pop. Antioch.

gem prævaricantes non erubescant; multo magis nos jubentes, ne prævaricemini, admonitione continua confundi non est dignum.

TIT. VI.

De Judicibus Ecclesiasticis.

CAPUT I.

De Judicibus Ordinariis.

1 Sicut olim apud Romanos Judices ordinarii dicti videntur ad distinctionem illorum, qui dantur à Principe extra ordinem: ita & jure Canonico judices ordinarii dicti fuerunt ad differentiam Judicum, qui quasi extra ordinem à Pontifice pro quibusdam causis terminandis delegantur, vocanturque Judices delegati, quæ distinctio occurrit. *cap.* 5. *& 8. de Offic. & Potest. Jud. Delegat.* Ubi aperte Judex delegatus distinguitur ab ordinario.

2 Judices ergo ordinarii dicuntur, qui jurisdictionem non ex speciali aliqua delegatione, seu commissione, sed vi suæ dignitatis, seu officii habent, ac exercent. Unde iidem ad exemplum Legatorum natorum dici possunt Judices nati, quasi cum ipsa Prælatura, seu officio cui præficiuntur, absque ulla speciali delegatione Judices nascantur.

3 Inde jure Decretalium Episcopi Judices ordinarii locorum dici cœperant, quia quisque *Episcopus in tota sua Diœcesi jurisdictionem ordinariam* ad exemplum Præsidis civilis *agnoscitur habere.* Refert. *c.* 7. *de Offic. Judic. Ord. in* 6.

4 Veteri jure processus summarius fuit. Juxta Constitutiones Apostolicas (*a*), si inter duas personas quæstio esset, utraque in judicium veniebat, quibus auditis ferebantur suffragia; ita tamen, ut prius omnem operam impenderent, ut causa amicabiliter componeretur. Episcopus ex suffragiis Cleri sententiam ferebat, &, si causæ majoris momenti videbantur, ex tota Diœcesi Clerum congregabat, adinstar Synodi diœcesanæ.

5 Episcopi, majorum præsertim Civitatum, tantis negotiis obruti, tandem cœperant, judicium nonnullarum causarum in quemdam Presbyterum, vel Archidiaconum devol-

(*a*) Const. Apost. lib. 2. cap. 47.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

vere; quod tum magis frequentabatur, ubi jurisdictio episcopalis ad causas quoque civiles laicorum extensa fuit.

6 Quem inde Archidiaconi juri dicendo assuescerent, jurisdictionem sibi delegatam in propriam verterunt, nacti in pluribus diœcesibus primam instantiam. Hoc exemplo & Abbates, & Capitula, & alii aliarum Ecclesiarum Prælati propriam jurisdictionem sibi arrogarunt. In Concilio Remensi ann. 1148. inter ordinarios judices recensentur Episcopi, Abbates, Archidiaconi, & alii Ecclesiarum Prælati. *c.* 2. *de Judic.*

7 Hac occasione maluerunt posthac Episcopi delegare Presbyteros, quorum mandata pro lubitu revocari possent. Hos vocarunt Vicarios, vel Officiales. Atque hi ipsi potissimum fuere, qui usum juris Romani in forum ecclesiasticum trahebant. Queritur Petrus Blessensis (*a*): *Officium Officialium hodie est, jura confundere, suscitare lites, transactiones rescindere, innectere dilationes, supprimere veritatem, fovere mendacium, quæstum sequi, æquitatem vendere, inbiare exactionibus, versutias concinnare.*

8 Tam uberi proventu corruptis sæculis Officiales fere in immensum succreverunt, quia & Capitula, & alii Ecclesiarum Prælati tales habere volebant; & Episcopi plures nonnumquam in eadem Diœcesi, obtentu multitudinis negotiorum, instituebant, reclamantibus Judicibus sæcularibus, qui perhibebant, Officialium multitudine, quod sæpe verum est, lites augeri. En gravamina Comitiorum Norimbergensium (*b*): *Per leves, ac viles has Officialium personas, in quarum conscientiis nulla christianæ pietatis viget ratio, sed tantum sceleratus habendi amor, laici misere, ad vivum usque in bonis suis spoliantur, ac deprædantur.* Hodie singulæ Diœceses nonnisi unum habent Officialem, in civitate, vel urbe episcopali residentem, nisi Diœcesis se in remotiores provincias extendat, ut in his oporteat peculiarem Officialem institui, ne alias incolæ extra suas Provincias in jus traherentur.

9 Non tantum Episcopi, sed etiam eorum Officiales sunt Judices ordinarii, quia & hi dicuntur ordinariam habere jurisdictionem, cum ordinarie, & per modum regulæ de causis quibuscunque cognoscant, eo quod tribunal Episcopi, & ejus Officialis unum, idemque censeatur. *c.* 3. *de Appell. in 6.*

10 Reliquum tamen est Episcopo, nonnullas causas sibi peculiariter reservare, aut & alias avocare ab Officiali, tribunal Officialis pro arbitrio visitare, abususque, siqui irrepserint,

(*a*) Petr. Bless. ep. 25. (*b*) Grav. Norimb. art. 55.

rint, resecare. Præcipit in Concilio Mediolanensi III. (*a*) S. Carolus: *Quotannis fori sui tribunal visitet Episcopus; inquiratque, an præscripta fori ratio, an præfinita, taxa servetur: tum præterea an, siquæ corruptelæ, siquive abusus irrepserint; an, si quid denique institui, vel emendari oporteat: idque sollicite imprimis curet, ut eripiantur abusus, tum restituantur quæcunque ad rectam judiciorum formam pertinent.*

11 Et en reformationis exemplum! Concilio Mediolanensi V. habetur (*b*): *Illud præter cætera munus Episcopi est, ut in suo episcopali foro universis, & singulis jus gratis reddatur. Quamobrem præter id, quod alio Concilio Provinciali* (Mediolanensi III.) *de muneribus, & donis cavimus, hoc Decreto statuimus, in ordinariis causis, nihil quidquam vel minimum, ne sportularum quidem nomine, nec à sponte etiam dantibus, aut ullo quovis modo à judice illius fori accipi licere. Siquis acceperit, pœnam, lege Julia repetundarum sancitam, ipso facto subeat.*

12 Nostris moribus Officiales plerumque à Vicariis distingui solent. Vicarii Generales, seu majores dicti sunt, quibus voluntaria jurisdictio Episcopi committitur: & Officiales appellati, quibus contentiosa. Censentur & hi jurisdictionem ordinariam habere in oppositione ad delegatos, qui veluti extra ordinem ad certam causam dantur.

13 Judices delegati audiunt, qui jurisdictionem, vel cognitionem causæ habent mandato alterius, ut eam nomine, & vice delegantis exerceant. Inquit Jurisconsultus: Is, cui mandata est jurisdictio, fungitur vice ejus, qui mandavit, non sua. *L.* 16. *ff. de Jurisd. omn. Judic.* Cap. 2. De Judic. delegat. & Synodal.

14 Tam diversi Judices invaluerunt in foro ecclesiastico sæculis XII. & XIII. postquam hoc forum ad instar fori civilis regi cœpit, ut causæ non tam ad præscriptum veterum Canonum, quam legum deciderentur. Judicia enim ecclesiastica tum temporis jus strictum, secundum omnes apices subtilioris juris sonabant, ex quibus animi litigantium pascebantur magis, quam sedabantur, nemine quidquam de suo jure remittente.

15 Hac occasione causæ plurimæ tum per appellationes, quæ tunc temporis multiplicari cœperant, tum per exemptiones, quæ succrescebant, Romam delatæ sunt, tanto numero, ut illis decidendis Pontifex impar videretur. Præterea

(*a*) Conc. Mediolan. III. p. 1. de his, quæ ad episc. for. pert.
(*b*) Conc. Mediol. V. p. 3. tit. de Episc. & Episc. Jurisd.

rea nec Romæ ob distantiam locorum, ex quibus probationes peti debebant, causæ facile instrui poterant, ut inde necesse fuerit causas plerasque aliis delegare. Atque ita cœperant Pontificum delegationes fieri frequentissime.

16 Sic omnes fere Decretales novi juris nonnisi Papalium delegationum meminere. Cum enim hæ Delegationes nimium multiplicarentur, plurima circa Judicum Delegatorum auctoritatem, & officium dubia sunt mota, quibus elucidandis, ac terminandis vacabant Pontifices per responsa, & constitutiones, quæ inde ab Alexandro III. in novo jure supersunt, sub titulis de Rescriptis, & de Officio, Potestateque Judicis delegati. Enimvero reliquis Episcopis, & Prælatis sunt sui Officiales, qui pro judicibus ordinariis reputantur: aut, si hi aliquando aliis jurisdictionem committant, non causam, sed tantum ejus partem, utpote, *ut audiant allegationes, & rationes, & attestationes recipiunt* (quod proprium est Commissariorium) in eos rejicere solent, reservata sibi finali decisione. *c. 7. de Potest. Jud. Deleg.*

17 In eo genere Papalium rescriptorum Leges civiles omne punctum ferre videbantur. Sic Pontifices suos delegatos iisdem, aut & majoribus prærogativis, quam de jure civili Judices à Principe dati habent, lætari voluerunt, ut illis jus esset non tantum quandam partem, sed & totam causam subdelegandi. *c. 27. de §. 2. ibi edit. Bohem.*

18 Hac prærogativa eluxerunt Papales Delegati super ipsos Ordinarios ecclesiasticos, civilesque, quibus, etsi à Principe dati essent, qui amplius concessum haud erat, quam notionem, vel aliam partem jurisdictionis subdelegare. *Nov. 60. c. 2.* Id interea ex jure civili reliquit Pontifex, quod à Subdelegato, cui tota jurisdictio est commissa, oporteat non ad Subdelegantem, sed ad ipsum Pontificem appellare. *L. 1. ff. quis, & à quo appell.*

19 Judici suo delegato ideo tantam potestatem adscripsit Pontifex, quia ex ipsius persona judicium sustinet. Hinc enim & eidem permittitur, & Ordinarios, si necessarium videtur; ad suscipiendam delegationem, vel exequendam sententiam compellere, ita tamen, ut in coactione modum servet, & dignitati personæ deferat. *c. 11. de Offic. Jud. Deleg.*

20 Aliquando & simplicibus Clericis tantum potestatem tribuere poterat, solebatque Pontifex. Cum autem id in depressionem tum Sedis Apostolicæ, tum & Ordinariorum vergere censeretur; sancivit Bonifacius VIII., ut nullis, nisi dignitate præditis, ut Personatum obtinentibus, seu Canonicis Cathedralibus causæ auctoritate mandati Apostolici, vel

vel Legatorum ejus committantur. *c. 11. de Rescript in 6.*

21 Præcipit inde Synodus Tridentina (*a*), ut Judices, quibus vel à Papa, vel ab ejus Legatis, Nuntiisque in partibus causæ delegantur, instructi sint præscriptis illis qualitatibus, quorum quatuor, aut plures nominatim designare oportet in Conciliis provincialibus, aut diœcesanis. Unde Judices synodales dicuntur. Spectat hoc Decretum delegationem inferiorum, qui in quadam dignitate constituti in judicem synodalem deliguntur, tametsi postmodum eam dignitatem resignaverit. Hodie, quia raro Synodi celebrantur, usus invaluit, quod Ordinarii cum consilio Capituli Cathedralis hos judices deligant. Hac conditione tenentur & ipsi illi Judices delegati, si totam causæ cognitionem subdelegaverint.

22 Quantum vero ad Episcopos, & eorum Officiales, quia ordinarii judices sunt, eis delegatio à Papa fieri potest, etiam absque speciali designatione in Concilio Provinciali, aut Diœcesano; ita, ut & delegatio facta Ordinario sub qualitate transeat ad successorem, quia dignitati facta censetur. *c. 14. de Offic. & Potest. Judic. Deleg.*

23 Delegatus ad causam procedere nequit, nisi literas delegationis exhibuerit. Hinc hodie stylus habet, quod literis citationis exemplum mandati Apostolici inseratur, ut ex ipso rescripto probetur auctoritas citantis. *c. 31. ibi.*

24 Probantur ex illo & fines mandati. Oportet enim stricte formam, & terminos delegationis servare, quia delegatio ad certas personas, aut articulos, aut alias conditiones facta propria auctoritate extendi nequit. *c. 21. eod.*

25 Plerumque solent Pontifices pluribus suas delegationes committere, & quidem vel simpliciter, vel cum clausula: *Quod si non omnes &c.* Si simpliciter plures delegati fuerint, unus sine altero procedere nequit, nisi unus alteri causam subdelegaverit. *c. 6. & 16. de Offic. & Potest. Judic. Deleg.*

26 Si clausula sit conditionalis: *Quod si non omnes interesse velint, aut possint, reliqui in negotio procedant*: rescripsit Pontifex, alios procedere posse, postquam illis constiterit, nonnullos adesse non posse, aut non velle. *c. 21. ibi.* Cap. 8. De Judic. Delegat. In Part.

27 Sæpe Pontifex delegat plures cum clausula: *in solidum*, aut, *ut omnes, aut duo, aut uno sine altero procedat.* Tunc locus est præventioni, ita tamen, ut impetranti liberum sit, rescriptum ad alios revocare, si prior vel non potuerit, vel non voluerit in causa procedere. Displicet nonnullis in hodierno stylo, quod Judices ex hac, vel alia clausula ad be-

ne-

(*a*) Trid. sess. 25. cap. 10.

neplacitum partis, ut sibi Judicem ex designatis libere eligere possit, denominentur. *c.* 8. *de Offic. Judic. Deleg.*

28 Cum primitus Judices delegari cœperunt, sicuti omnimoda erat circa Personas delegatas libertas delegantis, ita quoque quoad locum, in quo judicium delegationis esset peragendum, nulla fuit restrictio, invaluitque, quod Papa posset soleretque novo jure in locis remotioribus judices delegare, ut partes coram eis in remotioribus regionibus comparere tenerentur. Hac occasione Concilium Lateranense prohibuit: *Nequis ultra duas dietas* (vulgares) *extra suam Diœcesin per literas Apostolicas ad judicium trahi posse.* Refert. *c.* 28. *de Rescript.*

29 Bonifacius VIII. evocationem extra Diœcesin, si juxta esset causa, ad unam dietam contraxit. *Nullus tamen eorum,* inquit, *ultra unam dietam à fine suæ diœceseos* (quandoquidem ambo ejusdem Diœcesis fuerint) *valeat conveniri*; aut si actor, & reus diversæ Diœcesis, seu civitatis fuerint, *dummodo locus, ad quem eum traxerit, ultra unam dietam minime fuerit remotus.* Refert. *c.* 11. §. 1. & 2. *de Rescript. in* 6.

30 Atque huic restrictioni tum in prima, tum in secunda, & ulteriori instantia locus est. *In Gallia,* ajunt Pragmatici, *debet causa delegari in Diœcesi, in qua appellatus degit, aut in ea, in qua prima instantia fuit facta*: aut si justa causa sit evocationis, infra unam dietam extra Diœcesin: *Alias appellatur ab ea rescripti obtentione, tanquam ab abusu.*

31 Est frequentior usus appellationum ab abusu, in incolæ ad Judices delegatos extra regnum trahantur. Nam passim civilia statuta, aut privilegia vetant, quemquam indigenarum extra provinciam causam dicere, etiamsi partes ad exteros Judices ultro suas lites deferre vellent. Sic & SS. Congregatio Concilii Tridentini ann. 1615. respondit, dicti SS. Concilii mentem haud fuisse, nec esse, statutis, & privilegiis hujusmodi derogare.

32 Enimvero his salvis, alicubi Concilii Decreta promulgare placuit (*a*). Hinc Belgæ Concilii Decretum, quod cognitionem adhibendam in dispensationibus præcipit, ea cautela esse accipiendum monent, *ne subditi hac occasione extra Provincias suas evocentur.* Hæc cautela adhibita est & ad illud Decretum (*b*), quo statuitur, præter Ordinarium designandas esse aliquot personas, quibus causæ ecclesiasticæ in partibus à Papa, ejusque legatis commiti queant, debeantque.

Sic

(*a*) Trid. sess. 22. cap. 5. (*b*) Sess. 25. cap. 10.

33 Sic in Gallia & usus regni habet, quod oporteat Judices delegatos esse intra limites, & jurisdictionem Parlamenti, cui reus ipse subjectus est, quia in Curiis ecclesiasticis multa intercurrere possunt, quæ cogant litigantes recurrere ad Curias Parlamentorum, vel pro interdicto de nihil innovando, aut attentando, vel pro recipiendis appellationibus ab abusu &c.

34 Si districtus Parlamenti, seu Provinciæ se tam late extendat, ut, etsi intra limites patriæ quis citaretur, tamen ultra unam dietam extra suam diœcesim in judicium provocaretur, tunc hoc casu, licet non posset excipere, quod extra Provinciam citaretur, posset tamen excipere, quod contra Constitutionem Bonifacii VIII. ultra unam dietam extra suam Diœcesim provocaretur: cui Constitutioni per leges illas regias, *de evocandis* extra Provinciam, nullatenus in hoc puncto est derogatum. Obtinet idem & in secunda, ulteriorique instantia.

35 Veteri jure frequentius Episcopi munus arbitri in se suscepere. Rescripsere veteres Imperatores: *Siquis ex consenso apud S. Sedis Antistitem litigare voluerint, non vetabuntur: sed experiantur illius in civili duntaxat negotio, more arbitri sponte residentis judicium.* Refert. *L.* 7. *C. de Episc. Audient.* Cap. 4. De Arbitr.

36 Integritas episcopalis judicii in civili imperio tantam promeruit reverentiam, ut sancti illi Patres non tam finiendis causarum litibus, quam placandis animorum dissidiis duce charitate operam darent. Hoc genus officii proprium est arbitratorum, mediatorumque, qui non tam contendentium litem definiunt, quam ejus finiendæ consilium, nodumque contendentibus amicabiliter suggerunt.

37 Supra retulimus Concilii Triburiensis monitum, quo rogatur Ludovicus Rex Germaniæ, ut Comites, & Ministros Reipublicæ deligeret, *qui plus litigantes ad concordiam, salva justitia, revocare studeant, quam committere, ut ipsi inde aliquod lucrum possint habere. Quos si pacificare non potuerint, tunc justum judicium decerni faciant.* Quis dubitet, primum esse boni judicis officium, ut experiatur, si materia difficultatis plurimum habeat, & judicii sententia anceps videatur, partibus amicam compositionem, vel per se, vel per alios, vel semel, vel sæpius persuadere? Aberrant vero ab hoc officio illi Judices, qui videntes alterius partis bonam causam, nihilominus eam ad concordiam incitant, ut de suo jure quidquam remittat, aut tum demum partes ad compo-

sitionem provocant, postquam jam omnes litis expensæ factæ sunt.

38 Nonnullibi frequens est, quod illi, iidemque in arbitratores, & arbitros eligantur; utpote, ut in causis controversis utramque personam arbitratoris, & arbitri suscipiant, eo ordine, ut, si partes consiliis, rationibus, pacificationibus ad amicam compositionem induci queant, id primo curent; si id non valebunt, rem omnem juris ordine definiant.

39 Arbitri eliguntur vel ex compromisso, vel ex juris dispositione: hi & arbitri juris dicuntur. Jure civili si Judex recusabatur, causa ad arbitros juris, quia necessario eligenti erant, devolvevatur. Jure Decretalium valorem rescripti, de quo Judices convenire nequeunt, decidunt juris arbitri. *c.* 14. *de Rescript.* Jure civili arbitri juris ipsam causam principalem excuciebant: Jure Decretalium, suspenso negotio principali apud arbitros nonnisi de exceptione recusationi agitur. *c.* 39. *de Offic. & Potest. Judic. Deleg. & ibi Bohem.*

40 Arbitri compromissarii ex libera partium voluntate eliguntur. De jure civili Judices ordinarii in arbitros eligi haud possunt: possunt vero jure Decretalium eligi tum Judices ordinarii, tum delegati. *tit.* 7. *&* 10. *de Arbitr.* tum in causa ecclesiastica, & laici in consortio Clericorum. *c.* 9. *ibi* tum in causa civili & fœminæ jurisdictione territoriali instructæ. *c.* 4. *de For. Comp.*

41 Arbitrium committitur vel uni, vel pluribus, & his vel definite, vel indefinite. Si plures fuerint indefinite, seu simpliciter electi, uno eorum absente, utcunque per contumaciam, reliqui jure civili procedere nequeunt. Jure Decretalium aliud obtinet; ut nimirum, si unus ex tribus legitime citatus, cessante legitimo impedimento absit, possint reliqui duo negotium examinare, & libere procedere, quia contumacis absentiam præsentia divina supplere censetur. *c.* 2. *de Arbitr. in* 6.

42 Præstat plures in numero inæquali potius, quam æquali assumere, ut in casu dissensus major pars decidat. *L.* 17. §. 6. *ff. de Arbitr.* Aliquando partes pro casu dissensus æqualis numeri ipsum tertium designant, quem oportet advocare, ut majora faciant, aliquando vero illam electionem tertii arbitris relinquunt. Et tunc jure Decretalium simpliciter nihil agitur; id quod & jure civili tum demum obtinuit, si revera arbitri in eligendo tertio dissensissent. *c.* 12. *de Arbitr. & ibi Bohem.*

Ar-

43 Arbitri, sive æquam, sive iniquam sententiam dixerint, officio suo functi sunt, ut à Judice ordinario oporteat illam sententiam executioni dari, quia appellationi haud locus superest. Passim tamen receptum est, quod in vim appellationis reductio ad boni viri, utpote Judicis arbitrium peti possit, tametsi pœna compromisso adjecta, & reductioni expresse sit renuntiatum: nam & adversus hanc renuntiationem restitutio datur, & reductio admittitur. Fit inde sæpe, quod omnes cautelæ, quæ pro robore arbitriorum quondam fuere statutæ, corruant, adeo, ut hodie vis arbitriorum pene totaliter videatur enervata, quia compromissa magis ad augendas, quam finiendas lites hinc facere possunt.

44 Quia his experimentis compertum fuit, vinculum arbitralis sententiæ tam sæpe vacillare, inventa est alia ratio tollendarum litium, nempe, ut statim, atque terminata est causa ab arbitris, litigantes coram eis transigant apud tabelliones, id est, & contestationes, quæ factæ ab eis fuerant, & judicium, quod ab arbitris latum est, auctoritate transactionis muniant, ut nihil amplius pateat, tantillumve emineat præter illum contractum, quem faciunt & à Senatu confirmari, ut nec restitutio ex capite læsionis bonis peti queat.

45 Jure civili solebant compromissa fieri vel simplici stipulatione, vel & pœna interposita. Sed juramentum sustulit Justinianus. *Ne*, inquit, *ex hoc in perjurium invitum incidant homines, propter Judicum ignorantiam pejerare compulsi: sed omnino, qui Judicem, aut Judices eligant, cum pœna eligant, eos, quatenus partes ad invicem coeant, & necessitatem habeant aut contentæ esse judicio; aut, si retractare voluerit alter det multam.* Refert. *Nov.* 82. *cap.* 11.

* 46 Jure novo in Curis ecclesiasticis revixere compromissa jurata. Nam arbitrorum cum interpositione juramenti electorum mentio fit. *c.* 2. *&* 9. *de Arbitr.* Cavendum, ne nimia juramentorum frequentia invalescat in judiciis. Quid enim à rationibus SS. Patrum alienius communi usu juramentorum: At Dominus (*a*): *Iterum audistis, qua dictum est antiquis: non perjerabis: reddes autem Domino juramenta tua. Ego autem dico vobis, non jurare omnino — sit autem sermo vester est, est; non, non: quod autem his abundantius est, à malo est.* Hinc & monet S. Jacobus (*b*): *Ante omnia autem, fratres mei! nolite jurare, neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcunque juramentum: sit autem sermo vester, est, est; non, non: ut non sub judicio decidatis.*

(*a*) Matth. 5. (*b*) Jacob. cap. 5.

Juxta S. Hieronymum (a): *Evangelica veritas non recipit juramentum, quum omnis sermo fidelis pro juramento sit.* Quid brevius sententia S. Chrysostomi (b)? *Si enim credis, quod verax sit homo, ne juramenti necessitatem adducas: si vero nosti, quod mentietur, ne pejerare cogas.* En & sententiam S. Augustini (c): *Perjurium præcipitium. Qui jurat, juxta est: qui non jurat, longe est.* Et infra: *Istam ergo consuetudinem quotidianam crebram sine causa, nullo extorquente, nullo de tuis verbis dubitante, jurandi, avertite à vobis, amputate à linguis vestris, circumcidite ab ore vestro.* Monet S. Gregorius (d): *Sit ergo cautus unusquisque antequam juret, ut aut ne omnino juret, aut facturum se mala non juret. Cautos quippe nos esse Dominus insinuat, dicens: sit sermo vester: est, est; non, non.*

TIT. VII.

De Ministris Curiæ Ecclesiasticæ.

CAP. I.

De Assessore.

1 Dum circa sæculum 12. cœperunt in tribunalibus ecclesiasticis causæ forensi stylo instrui, & secundum legum etiam civilium rigorem examinari, & decidi, una in his tribunalibus invaluerunt Officiarii, & ministri fori civilis, atque ad exemplum Officiatorum, & Ministrorum jurisdictionis civilis iisdem pene legibus instituti, atque ordinati sunt.

2 Notavit Carolus Loyseau (e), vice fundamenti in hac materia tenendum esse, quod officia fori ecclesiastici iisdem juribus, & regulis regnantur, quibus officia sæcularia. Unde tanquam axioma habetur, quod officia fori ecclesiastici idem jus, easdemque regulas cum foro sæculari observent, & teneant.

3 Unde, si quis noscere velit originem, & naturam Ministrorum Curiæ ecclesiasticæ, nec non eorum munus, & officium, regulasque, quas observare debent, eam notitiam sibi comparare ex jure civili debebit, investigaturus, quæ sint,

(a) S. Hier. in Matth. cap 5. (b) S. Chrys. hom. 15. ad Pop. Antioch.
(c) S. Aug. serm. 180. de divers. (d) S. Greg. lib 5. in 1. Reg.
(e) Carol. Loys. tract. de offic. l. 5. cap. 6. num. 33.

sint, fuerintve hujusmodi Ministrorum apud civiles Magistratus partes, & leges.

4 Jure civili majoribus Magistratibus utpote vel viris militaribus, vel aliis negotiis distractis datum fuerat, Assessorem, veluti Consiliarium, ut in causarum forensium discussione, & decissione, utpote juris peritus, sibi operam præstaret, adoptare. Inquit Paulus: *Omne Officium Assessoris, quo juris studiosi partibus suis funguntur, in his fere constat; in cognitionibus, in postulationibus, libellis, editis, Decretis, Epistolis.* Refert. *L. 1. ff. de Offic. Assess.*

5 Inter Magistratus majores recensentur Præfecti Prætorio, Præsides, Proconsules, Prætores, quibus jus fuerat adsciscendi sibi in consilium Assessorem, publico ei constituto salario. Hoc exemplo hodie Principes, & qui Provinciis præsunt, eligunt sibi Assessores, qui Consiliarii Principis dicuntur, quia Parlamenta, Consilia, & Consistoria Principum constituunt. Inferiores vero Magistratus suos habere solent Secretarios, & Graphiarios, qui plerumque sunt jurisperiti, & in negotiis forensibus aliquatenus instructi, ut tanquam quidam Assessores in causis instruendis, agendis, definiendisque illis Judicibus ad obsequium, & subsidium sint.

6 His exemplis & Judices ecclesiastici, quibus vel jure ordinario, vel delegato judicandi facultas competebat, in causis tractandis, & terminandis Assessores sibi sociarunt, quia & causæ ecclesiasticæ modo forensi agi consueverant. Apparet ex Synodo Cantuariensi de ann. 1295. sæculo XIII. moris fuisse, quod in tribunalibus ecclesiasticis Advocati in Assessores assumerentur.

7 Ægre inaudit Bonifacius, quod passim hi Assessores in gravamen partium, quia expensis onerabantur, sine justa causa advocarentur. Rescripsit inde Pontifex: *Assessorem autem (ut quandoque faciunt aliqui fraudulenter) nisi eo indigeat, quod conscientiæ relinquatur ejusdem, sibi nequaquam adjungat. Alioquin de suo proprio providere teneatur eidem, si autem indigeat, ipsum neutri parti suspectum assumens, ei de competenti salario, proinde moderando ab eo, faciat à partibus communiter provideri.* Refert. *c. 11. §. 5. de Rescr. in 6.*

8 Vetat ergo Pontifex passim Assessorem vel in gravamen partium, vel in gratiam amici assumi, nisi Judex ei de proprio providere velit. Si autem justa causa sit, quia vel Judex tantum peritiam juris non habet, vel per ægritudinem corporis uberiori discussioni impar est, vel causa difusior

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Juxta S. Hieronymum (a): *Evangelica veritas non recipit juramentum, quum omnis sermo fidelis pro juramento sit.* Quid brevius sententia S. Chrysostomi (b)? *Si enim credis, quod verax sit homo, ne juramenti necessitatem adducas: si vero nosti, quod mentietur, ne pejerare cogas.* En & sententiam S. Augustini (c): *Perjurium præcipitium. Qui jurat, juxta est: qui non jurat, longe est.* Et infra: *Istam ergo consuetudinem quotidianam crebram sine causa, nullo extorquente, nullo de tuis verbis dubitante, jurandi, avertite à vobis, amputate à linguis vestris, circumcidite ab ore vestro.* Monet S. Gregorius (d): *Sit ergo cautus unusquisque antequam juret, ut aut ne omnino juret, aut facturum se mala non juret. Cautos quippe nos esse Dominus insinuat, dicens: sit sermo vester: est, est; non, non.*

TIT. VII.

De Ministris Curiæ Ecclesiasticæ.

CAP. I.

De Assessore.

1 Dum circa sæculum 12. cœperunt in tribunalibus ecclesiasticis causæ forensi stylo instrui, & secundum legum etiam civilium rigorem examinari, & decidi, una in his tribunalibus invaluerunt Officiarii, & ministri fori civilis, atque ad exemplum Officiatorum, & Ministrorum jurisdictionis civilis iisdem pene legibus instituti, atque ordinati sunt.

2 Notavit Carolus Loyseau (e), vice fundamenti in hac materia tenendum esse, quod officia fori ecclesiastici iisdem juribus, & regulis regnantur, quibus officia sæcularia. Unde tanquam axioma habetur, quod officia fori ecclesiastici idem jus, easdemque regulas cum foro sæculari observent, & teneant.

3 Unde, si quis noscere velit originem, & naturam Ministrorum Curiæ ecclesiasticæ, nec non eorum munus, & officium, regulasque, quas observare debent, eam notitiam sibi comparare ex jure civili debebit, investigaturus, quæ sint,

(a) S. Hier. in Matth. cap 5. (b) S. Chrys. hom. 15. ad Pop. Antioch.
(c) S. Aug. serm. 180. de divers. (d) S. Greg. lib 5. in 1. Reg.
(e) Carol. Loys. tract. de offic. l. 5. cap. 6. num. 33.

sint, fuerintve hujusmodi Ministrorum apud civiles Magistratus partes, & leges.

4 Jure civili majoribus Magistratibus utpote vel viris militaribus, vel aliis negotiis distractis datum fuerat, Assessorem, veluti Consiliarium, ut in causarum forensium discussione, & decissione, utpote juris peritus, sibi operam præstaret, adoptare. Inquit Paulus: *Omne Officium Assessoris, quo juris studiosi partibus suis funguntur, in his fere constat; in cognitionibus, in postulationibus, libellis, editis, Decretis, Epistolis.* Refert. *L. 1. ff. de Offic. Assess.*

5 Inter Magistratus majores recensentur Præfecti Prætorio, Præsides, Proconsules, Prætores, quibus jus fuerat adsciscendi sibi in consilium Assessorem, publico ei constituto salario. Hoc exemplo hodie Principes, & qui Provinciis præsunt, eligunt sibi Assessores, qui Consiliarii Principis dicuntur, quia Parlamenta, Consilia, & Consistoria Principum constituunt. Inferiores vero Magistratus suos habere solent Secretarios, & Graphiarios, qui plerumque sunt jurisperiti, & in negotiis forensibus aliquatenus instructi, ut tanquam quidam Assessores in causis instruendis, agendis, definiendisque illis Judicibus ad obsequium, & subsidium sint.

6 His exemplis & Judices ecclesiastici, quibus vel jure ordinario, vel delegato judicandi facultas competebat, in causis tractandis, & terminandis Assessores sibi sociarunt, quia & causæ ecclesiasticæ modo forensi agi consueverant. Apparet ex Synodo Cantuariensi de ann. 1295. sæculo XIII. moris fuisse, quod in tribunalibus ecclesiasticis Advocati in Assessores assumerentur.

7 Ægre inaudit Bonifacius, quod passim hi Assessores in gravamen partium, quia expensis onerabantur, sine justa causa advocarentur. Rescripsit inde Pontifex: *Assessorem autem (ut quandoque faciunt aliqui fraudulenter) nisi eo indigeat, quod conscientiæ relinquatur ejusdem, sibi nequaquam adjungat. Alioquin de suo proprio providere teneatur eidem, si autem indigeat, ipsum neutri parti suspectum assumens, ei de competenti salario, proinde moderando ab eo, faciat à partibus communiter provideri.* Refert. *c. 11. §. 5. de Rescr. in 6.*

8 Vetat ergo Pontifex passim Assessorem vel in gravamen partium, vel in gratiam amici assumi, nisi Judex ei de proprio providere velit. Si autem justa causa sit, quia vel Judex tantum peritiam juris non habet, vel per ægritudinem corporis uberiori discussioni impar est, vel causa difusior

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

sior est, ut omnibus punctis excutiendis unus, idemque non sufficiat, Assessor merito advocatur, cui ab utraque parte communiter providendum est. Præcipit Leo X. (a) *ut Judices, & Conservatores à Sede Apostolica delegati, si in altero jurium Graduati non fuerint, Assessorem partibus non suspectum, ab ipsis partibus, vel earum altera requisiti assumere, & secundum ejus relationem judicare teneantur.*

9 Hodie fere ubique moribus receptum est, ut Advocati pro certis & difficilioribus causis à Judice consulti, aut in Assessores cooptati, salarium, quod in singulas horas de stylo Curiarium est taxatum, pro quantitate temporis, & laboris ferant.

Cap. 2. De Advoc.

10 Postquam forensis processus in tribunalibus ecclesiasticis invaluit, Ministrorum jurisdictionis ecclesiasticæ, exemplo legum civilium, auctus est numerus, qui aliena desideria coram competente Judice exponerent. *L. 1. ff. de Postul.*

11 Hi Ministri dicuntur Advocati, ut litigantibus causæ suæ jura suggererent. Oportet enim Advocatos esse juris peritos, quia partes eos ideo in subsidium suæ causæ advocant, ut ipsi de bono jure suorum Clientum, quorum patronium susceperuri sunt, deliberent. Ait Cicero (b): *Soleo dare operam, ut de sua quisque re me ipse doceat, & ut ne quis alius adsit, quo liberius loquatur, & agere adversam causam, ut illi agat suam, & quidquid de re sua cogitaverit, in medium proferat. Ita cum ille discessit, tres personas unus sustineo, summa animi æquitate, meam, adversarii, & Judicis.*

12 Quia Advocatorum proprium munus est, clienti jura suggerere, præcipit Innocentius III., *ut principales personæ (id est, actor, & reus) non per Advocatos, sed per seipsos factum exponant; nisi forte adeo sint indiscretæ, ut earum defectus de Judicis licentia per alios suppleatur.* Refert. *c. 14. de Judic.*

13 Nostris moribus sat vulgare est, quod Advocati pro suis clientibus Judici & factum exponant. Hinc eorum officium est, à clientibus claram facti notitiam capere, qui, si vel vacillent, vel alias se satis exprimere nequeant, industria, & peritia Advocati tum interrogando, tum objiciendo aliqua sunt juvandi, ut vera facti species appareat. Sic statuta Curiarum ecclesiasticarum in Provincia Mechliniensi præcipiunt (c), *ut Advocati ante initium litis à partibus totius*

(a) Leo X. Bull. cap. 1. in Bull. Rom. (b) Cicer. lib. 2. de Orat.
(c) Stat. Mechl. tit. 8. art. 7.

tius causæ instructionem, quantum fieri potest, accipiant, ut alioqui proponenda apposite proponere: aut ad proposita apposite respondere possint; neque in singulos terminos ipsos litigantes advocare debeant.

14 Quum maxime igitur duabus dotibus præfulgere oportet Advocatos; utpote peritia juris, & integritate fidei, vetat jus Romanum quempiam in numerum & matriculam Advocatorum suscipi, antequam per statuta tempora legum eruditioni noscatur inhæsisse, ut de peritia juris justum testimonium tulerit. *L. 1. §. 11. L. 3. §. 4. & L. 5. C. de Advocat. divers. Judic.*

15 Moribus hodiernis eruditionis testimonium plerumque gradus Academici, quos rigorosum examen præcedere oportet, supplent. Ajunt statuta ecclesiastica Provinciæ Mechliniensis (a): *Ut nullus ad postulandum, & Advocati munus exercendum admittatur, nisi qui in probata Universitate Doctoratus, vel licentiæ lauream in utroque jure* per rigorosum examen *est assecutus.*

16 Integritas fidei latius patet, quia omnes sequiores affectus, & artes, qui, quæve in bonam causam directe, indirecteque peccant, ab Advocatis exulare oportet. Jurant hodie Advocati in ingressu officii, quod nullam causam, quam noverint injustam, susceperuri, susceptamque mox ac injuxtam perspexerint, spreto quovis periculo, aut lucro deserturi sint. Id jure civili in singulas causas spondere tenebantur Advocati. *L. 14. §. 1. C. de Judic.*

17 Corruptis sæculis apertius gliscere cœperant varii defectus Advocatorum: tum, quod in Academiis invalesceret indiscretior profusio per oblatam pecuniam gradum Academicorum; tum, quod in Curiis superfluus numerus horum hominum reciperetur; tum, quod salarium pro singulis pagellis numeraretur; tum, quod Judicum conniventia, aut imperitia dilationes supra dilationes impetrarentur, litesque ex litibus plerumque succrescerent. Quid verius sententia Plinii (b): *Nos*, inquiebat, *qui in foro, variisque litibus agimus, multum malitiæ, quamvis nolimus, addiscimus.* Et Symmacus: *In forensi pulvere rara cognitio facundioris, & boni pectoris.*

18 Quid mirum, quod ob hæc pericula censuerit Justinianus, officium Advocatorum esse à statu clericali alienissimum. *Absurdum etenim Clericis est, imo etiam opprobriosum, si peritos se velint ostendere disceptationum forensium.* Refert. *L. 41. C. de Episc. & Cler.*

Jux-

(a) Art. 1. (b) Plin. lib. 2. epist. ad Nepot.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

19 Juxta Decretum Alexandri III.: *Clerici in Subdiaconatu, & supra, & in Ordinibus quoque minoribus, si stipendiis ecclesiasticis sustententur, coram sæculari Judice advocare in negotiis sæcularibus non præsumant, nisi propriam causam, vel Ecclesiæ suæ fuerint prosecuti, aut pro miserabilibus personis forte, quæ proprias causas administrare non possunt.* Spectat ergo Decretum majores Clericos simpliciter, & minores, si stipendiis ecclesiasticis sustententur, ut coram sæculari Judice in negotiis sæcularibus non postulent, præterquam in causa propria, aut suæ Ecclesiæ, aut pauperum. *c. 1. de Postul.*

20 Hæ exceptiones verisimiliter invaluerunt, postquam Clerici plerumque legibus civilibus addiscendis potius, quam sacris Canonibus incubuerunt, ut sæcularium causas passim perorarent. Aliquando enim viguit consuetudo, quod Clerici more Advocatorum sæcularium pro impendendo patrocinio & munera exigerent, & pro impensis susciperent. *c. 1. XI. q. 2. & ibi Gratian.*

21 Tametsi novo jure Clericis reliquum sit, in foro ecclesiastico Advocatos agere, quia tamen & in his tribunalibus non minus, quam in Curiis sæcularibus stylus forensis resonat, plerumque & in judicio ecclesiastico sæculares Advocatos, missis Clericis, placuit assumere, & recentius admittere.

22 Invidia vacat, quod Clerus causam pauperum agat. Statuit S. Carolus in sua Diœcesi, ut semper aliquis Clericorum constitueretur Advocatus pauperum. *Quicunque ecclesiastici homines Mediolani commorantes Jurisperiti sunt eorum unus semper per vices — unoquoque trimestri in orbem officio Advocati pauperum signatur.*

Cap. 3. De Procur. & Syndic.

23 Jure Romano plures, & grandes differentiæ inter Advocatos, & Procuratores forenses (de quibus solis hic agimus) supererant. Quippe Advocatorum officium, quod ad suggerenda, & exponenda jura pertinebat, honorificum, & publicum habebatur, interea Procuratorum officium, quod ad facta præstanda pertinebat, privatum censebatur, ut, & infamibus committi potuerit, quia litis contestatione Procurator litis dominus fiebat. *Pr. Inst. de iis, per quos ager. possum.*

24 Veteri jure Galliæ Actori per Procuratorem sine gratia (*a*), & rescripto regio agere haud licuit. Inde ex illo prisco usu Galliæ petiit ab Innocentio III. Universitas Parisien-

(*a*) Marculf. l. 1. form. cap. 21.

siensis, ut, quia tota tum pendebat ab auctoritate Pontificis, ad agendum, & defendendum de ejus permissione Procuratorem instituere sibi licere. Annuit Pontifex votis, monuitque de jure communi, utpote Romano, his precibus haud opus esse. *c. 7. de Procur.*

25 In Comitiis, quæ ann. 1483. Turingæ habebantur, vetus illud jus abrogare placuit per Decretum, quod statuit, *ut omnes actores in materiis civilibus possint agere, & comparere per Procuratores, absque gratia Regis ad hoc impetranda.*

26 In causa criminali, si agitur ad luendam pœnam, nec ex parte actoris, & ex parte rei admittitur Procurator, nisi ad excusandam absentiam, aut contumaciam; quia pœna spectat determinate personam delinquentis. *c. 5. de Procur.*

27 Jure novarum Decretalium & in foro ecclesiastico invaluerunt ad exemplum juris Romani Procuratores ad litem, diversis mandatis, mandatique clausulis amplioribus, restrictioribusque instructi. Declaravit Pontifex & laicum in causa ecclesiastica, & filium familias ad judicium Procuratorem dari posse, si sit viginti quinque annis major. *c. 5. de Procur. in 6.*

28 Nostris moribus sat vulgare, quod & officium procuratorium publicum sit, ut nullus vel in Curiis ecclesiasticis, vel civilibus Procurator admittatur, nisi ex numero eorum, qui super qualitate, & capacitate examinati, probatique fuerint. Juxta statuta ecclesiastica Provinciæ Mechliniensis (*a*) *nullus Procuratoris officio fungi permittatur, nisi qui 25. ætatis annum excesserit, & per Officialem super literatura, industria, stylo, & practica examinatus, & idoneus repertus, in manibus ejusdem juramentum præstiterit.*

29 Juramenti fere iidem articuli, qui ab Advocatis exiguntur, sunt. Juxta formulam statuti Mechliniensis spondet Procurator: *Nec acceptabo officium Procuratoris in malis, & injustis causis scienter; & quam cito mihi constiterit de injustitia causæ, in ea amplius non procurabo.* Quantum ab his articulis aberrant, qui indiscretius vel omnes causas suscipiunt, vel superfluis, vel extravagantibus, dilationibus bonam causam Clientum emungunt?

30 Procurator suscipere alienam causam nequit, nisi mandato sit instructus, quod hodierno stylo plerumque in scriptis exhibere oportet. Si de mandato satis non liquet, aut causa personam conjunctam spectat, à Procuratore cautio de ra-

(*a*) Statut. Mechlin. tit. 8. art. 2.

rato exigitur, donec mandatum sufficiens intra terminum producere queat.

31 Mandatum diversis modis expirat. Hodie & post litem contestatam Procurator revocari potest, quia litis Dominus nunquam evadit. Declaravit Clemens V.: *Procuratorem à Prælato, Rectore, vel alio quolibet pro Ecclesia, vel beneficio suo constitutum per mortem constituentis revocari; etiam quoad negotia, & causas, in quibus per ipsum lis fuerit ante mortem hujusmodi contestata*: quia Rectoris Ecclesiæ, tanquam meri usufructuarii jus omne per mortem perimitur, ut nihil tum supersit, quo ejus mandatum porrigatur. *Clem. 4. de Procur.*

32 Procuratori similis est Defensor (*a*), sive actor causarum Universitatis, Collegii, Societatis, aliorumque talium Corporum, quæ à Principe, vel Senatu jus Collegii obtinuerunt, ut ad exemplum Reipublicæ habeant res communes, arcam communem, & Actorem. Hic Actor vocabulo græco Syndicus à causa, seu lite, quam nomine Universitatis agendo, defendendoque prosequitur, dicitur. *L. 18. §. 13. ff. de Muner.* Hodie in majoribus civitatibus vocatur & Pensionarius. Ex usu hodierno Syndici creari solent, non tantum, ut sint Actores Reipublicæ quoad lites, sed etiam ad cætera quælibet Universitatis, vel Oppidi, aut Parœciæ negotia.

33 Præcipit S. Gregorius, ut Monasterium in Syndicum sibi potius laicum, quam Monachum, constituto salario, deligeret. *Expedit enim parvo incommodo á strepitu causarum servos Dei quietos existere; uti & utilitates cellæ per negligentiam non pereant, & servorum Dei mentes ad opus Dominicum liberiores existant.* Refert. *c. un. de Syndic.*

34 Reliquis novi juris argumentis compertum est, & Clericos nonnunquam Syndici officium obiisse; utpote defectu laicorum. *c. 9. de Testib. & alibi.* Quippe vetat regula, Clericos, Monachosque causarum forensium Patronos fieri, nisi necessitas, utilitas, charitasque id genus officii, aliorum defectu, obtruserit. *c. 35. XVI. q. 1.*

35 Aliquando Procuratorum officium ab officio Syndici & in eo distinximus, quod illud gratuitum, nisi aliquod salarium fuisset promissum, esse oporteret. At hodie tam in Curiis ecclesiasticis, quam sæcularibus salaria debentur Procuratoribus æque ac Syndicis. Ergo & ex hoc capite utrumque officium Clericis, Monachisque periculosum apparet.

Cap. 4. De Graph. & Syncell.

36 Receptis formulis forensibus in forum ecclesiasticum penetrarunt diversa nomina, & officia civilium Ministrorum majorum, minorumque. In legibus civilibus in eo genere recensentur Assessores, Domestici, & Cancellarii, qui scribendis, expediendisque Judicum epistolis, actisque veluti Graphiarii, & Secretarii operam dabant. *L. 3. & passim C. de Assess. Domest. & Cancell.*

(*a*) De Syndic.

37 Novo jure audiebatur querela, quosdam Judices aliquando quædam falsa in præjudicium alterutrius partis asserere; & quoniam contra illam assertionem innocens litigator quandoque non poterat veram negativam probare (cum negantis factum per rerum naturam nulla sit directa probatio) statuit Concilium Lateranense IV., *ut tam in ordinario judicio, quam extraordinario Judex semper adhibeat aut publicam, si haberi potest, personam, aut duos viros idoneos, qui fideliter universa acta conscribunt, — loca designando, tempora, & personas.* Refert. *c. 11. de Probat.*

38 Hæc persona publica, cujus operam Concilium Lateranense tam in judicio ordinario, quam extraordinario Judici commendat, alibi dicitur Notarius, qui hodie solet & Secretarius, Graphiariusque appellari. *c. 11. de Rescript. in 6.*

39 Hujus igitur est, omnes citationes monitionesque, inhibitiones, attestationes, commissiones, testamentorum productiones, interlocutiones, appellationes, renuntiationes, conclusiones, & cætera, quæ occurrerint, competenti ordine, sub data illius diei, quo vel ad officii, vel ad partium instantiam, aut alias sub nomine Officialis decreta fuerint, conscribere, & subsignare. *c. 11. de Probat.*

40 En reliquum? Graphiarius in speciali registro abhinc omnia acta processuum, ac causarum diligenter, & veraciter propria manu conscribere, aut, si per alium faciat, cuique sententiæ subscribere tenetur. *Et omnia sic conscripta partibus tradantur, ita, quod originaria apud Scriptores remaneant; ut, si super processu Judicis fuerit suborta contentio, per hoc possit veritas declarari.* Ita & praxi observat, quod copiæ actorum partibus auctoritate Judicis tradantur, originalibus, vel publicis registris, in quæ acta sunt relata, in graphiaria remanentibus. *ibi.*

41 His actis, à Graphiario conscriptis, signatisve plena fides, quoad mera judicialia, seu illa, quæ sunt de actis, & ad judicii expeditionem pertinent, habetur, tametsi nulli præterea testes adhibeantur, nisi alicubi stylus invaluerit, ut, ad plenam fidem faciendam, præter Graphiarii, aut Secretarii manum signatura Judicis, aut sigillum publicum requiratur. In Gallia inde ab ann. 1691. Rex sibi arbitrium vindicavit creandi Notarios regios Apostilicos.

42 Habent & Episcopi suos passim Secretarios, qui sunt deputati ad conficienda instrumenta de actibus, qui ad officium Episcopi spectant, utpote de collationibus, institutionibus, resignationibus beneficiorum &c. Habent & capitula, Collegiaque Secretarios, qui negotia horum corporum consignant. Utrique, licet in illis negotiis Notarii, & personæ publicæ censeantur, nequaquam tamen vulgo, & simpliciter Notarii vocantur, quia extra dicta negotia nulla instrumenta in qualitate Notariorum conficere possunt.

43 Notariorum officium hodie honorificum censetur, qui eorum fidei tabulæ publicæ, Magistratuumque pericula committuntur. Sic & ipsi justo salario fruuntur, quo eos & contentos oportet, ut haud quidquam ultra definitas metas exigant. *c.* 11. §. 6. *de Reser. in* 6.

Cap. 5. De Reliq. minist. cur. Eccl.

44 Supersunt in Curiis ecclesiasticis Advocati, Procuratores fisci, seu officii, qui, exemplo civilium Curiarum, causas publicas, & ad communem utilitatem spectantes suscipiunt, defendunt, & coram Judice ecclesiastico prosequuntur.

45 Inde Procurator officii dicitur Promotor (*a*), cujus est, per Diœcesin invigilare abusibus: insolentiis, delictisque; ut de iis Episcopum informet, justumque remedium, contra delinquentes agendo, judicialiter expetat. Et formulam, quia Archiepiscopus Parisiensis Promotorem instituit: *Dantes tibi*, ait, *facultatem omnes, & singulas causas ad forum nostrum, & jurisdictionem nostram ecclesiasticam, & spiritualem spectantes agendi, promovendi, interessendi, & concludendi sententias, & jus super iis à Domino Officiali dictæ nostræ Curiæ ecclesiasticæ, & spiritualis fori, ipsasque debitæ executioni demandari instandi, Ecclesiasticos, & alios nobis subditos delinquentes, seu in crimine deprehensos, & in culpa, ac alios, quos convenerint, citari, evocari, corrigi, puniri, mulctari, sententionari, condemnari, absolvi, prout æquitas, & juris ordo postulaverit, curandi & generaliter omnia alia, & singula faciendi, gerendi, & exercendi, quæ ad hujusmodi Promotoris munus, & officium de jure, usu, vel consuetudine spectant, & pertinent, & quæ circa præmissa necessaria, & opportuna fuerint.*

46 Ad instantiam Promotoris obtentis Decretis Judicis vacant Apparitores exequendis (*b*), qui ea, veluti Nuntii, denuntiant, quæ in judiciis agenda sunt, partibus, litigatores in jus vocant, & mandata, atque sententias Judicum perficiunt.

(*a*) De Promot. (*b*) De Apparit.

ficiunt. His ob præstitum juramentum plena fides habetur in iis, quæ ratione officii ex mandato Judicis exequuntur, & facta executione referunt. *Gloss. ad c.* 19. *de Appel.*

47 Nonnunquam graves excitabantur querelæ contra excessus, & defectus Promotorum, aliorumque Ministrorum apud tribunalia ecclesiastica. In Concilio Noviomensi (*a*) ann. 1344. questus est Archiepiscopus Remensis Joannes, quam plurimorum de dominis temporalibus, & judicibus sæcularibus gravem querimoniam se recepisse, *quod nonnulli dictarum Curiarum ecclesiasticarum Promotores, ac etiam Procuratores, ad excessus citantes eorum homines subditos, & Burgenses, varia, & diversa crimina, & excessus coloribus factis exquisitos eisdem imponentes, non solum in corporibus propriis, & scandalo gravi eorundem, damnificant; & fatigant sed etiam gravissimis sumptibus, & expensis.*

48 Quid tristius verbis Nicolai de Clemingis? (*b*) *Dici non potest*, inquit, *quanta mala faciant illi scelerati exploratores criminum, quos Promotores appellant. Simplices, & pauperculos agrestes, vitam satis innocuam in suis tuguriis agentes, & fraudis urbanæ nescias, in jus sæpe pro nihilo vocant. Causas, & crimina contra eos sedulo confingunt, vexant, terrent, minitantur; sicque eos per talia secum componere, & pacisci cogunt. Quod si facere renuant, crebris eos citationibus, quotidieque impetunt, & supra modum infestant. — Quo vel sic longo tædio, longaque sui temporis jactura fatigati, superfuturam vexationem, atque impensam pecuniæ pactione redimere cogantur &c.*

49 Monet S. Carolus Promotorem Fisci (*c*), ejusque socios, & substitutos, *ut meminerint, se esse Procuratores veritatis, & non debere sub ejus clypeo innocentes opprimere, vel alias esse in causa, ut quis calumnis fatigetur.*

* 50 In morali doctrina quid execrabilius Ministrorum præsertim ecclesiasticorum scandalis. En sententiam Malachiæ (*d*)! *Et nunc ad vos mandatum hoc — Vos autem recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege; irritum fecistis pactum Levi, dicit Dominus exercituum. Propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis, sicut non servastis vias meas, & accepistis faciem in lege.* Ait Dominus in Evangelio (*e*): *Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt; expedit ei, ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris.* Juxta

(*a*) Conc. Noviom. cap. 16. (*b*) De Cleming. de corrupt. Eccl. stat c. 15. (*c*) Act. Eccl. Mediol. p. 4. de Offic. Promot. (*d*) Malach. c. 2. (*e*) Matt. c. 18.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ta S. Chrysostomum (a): *Nullum ab aliis majus præjudicium tolerat Deus, quando eos, quos ad aliorum correctionem posuit, dare de se exempla pravitatis cernit.* Ex sententia S. Gregorii (b): *Scire Prælati debent, quia, si perversa unquam perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot subditos suos ad perditionis exempla transmittunt. Unde necesse est, ut tanto cautius se à culpa custodiant, quanto per prava, quæ faciunt, non soli moriantur, sed aliarum animarum, quas pravis exemplis destruxerunt, rei sunt.* S. Isidori hæ sunt rationes (c): *Capite languente, cætera corporis membra inficiuntur. Unde & scriptum est: omne caput languidum, à planta pedis usque ad verticem, non est in eo sanitas. Caput enim languidum est doctor agens peccatum, cujus malum ad corpus pervenit, dum eo vel peccante, vel prave docente, pestifer languor ad plebem subditam transit.* Quid brevius verbis S. Bernardi (d): *Qui exemplo suo ad remissus agendum cæteros provocat, aut singularitate turbat, aut inquietat curiositate, aut impatientia sua, & murmuratione molestat, aut quocunque modo contristat Spiritum Dei, qui est in eis, scandalizans unum de minimis credentibus in eum; nonne & hic manifeste prosequitur Christum — Horrendum penitus sacrilegium.*

T I T. VIII.

De Instructione Causarum Civilium.

C A P U T I.

De Processu Civili.

1 Intervenerunt olim Episcopi in decidendis causis etiam laicorum non tanquam publici Judices, sed potius ut arbitri seu verius amicabiles arbitratores, in hoc unum intenti, ut quæstiones inter fideles exortas sine strepitu amicabili arbitramento componerent. Et hæc fuit præcipua ratio, cur Principes optaverint, ut litigantes potius ad Episcopos, quam ad Judices publicos suas quæstiones deferrent. Ob eandem quoque rationem Clerici, Monachi sunt exempti à foro sæculari, ut sic à litibus, & jurgiis forensibus eximerentur, eorumque quæstiones sine strepitu judiciali, & citra formam judicialem decideréntur. Un-

(a) S. Chrys. hom. 17. in Evang. (b) S. Greg. Pastor. p. 3. Admon. 5.
(c) S. Isid. lib. 3. sent. c. 38. (d) S. Bern. serm. 1. in convers. S. Paul.

2 Unde primis sæculis, quum judicia ecclesiastica in causis sæcularibus (a), seu civilibus essent instar arbitrarium, & in spiritualibus charitatem sequerentur, procul habuere formulas tribunalium sæcularium, seu forensium, regulis scripturæ sacræ, & Canonibus veterum Conciliorum, qui pacem, & concordiam dissidentium spectabant, unice intenta. Quæ judiciorum ecclesiasticorum, & sæcularium, utpote publicorum tribunalium differentia ex collatione Carthaginensi elucescit.

3 Sed quingentis, & amplius abhinc annis formularum ambages, veluti agmine facto, irruperunt in tribunalia sacra, quibus studium Juris Justinianei, quod Clerici neglecta sæpe veterum Canonum cura, tum avidius, quam laici excoluerant, fenestram aperuisse videtur. Hujus enim placita veterem modum agendi, solo usu conservatum, & in Curiis sæcularibus everterunt, quum Judices ecclesiastici strictum jus, omnesque juris formas observare niterentur, quas Judices sæculares neglexere; quippe qui nobiles erant, ac milites nulla cultura literarum tincti, soli consuetudini, veluti patrio juri insistentes.

4 Judices sæculares postea Clericos, qui formulas callebant, elegere judiciorum Assessores, quibus jurisdictionem mandarunt. Qui hoc modo jus formularum in cuncta tribunalia, maxime in illa suprema, quæ *Parlamenta* vocantur, intulerunt; ita, ut totus ordo judiciorum, quo hodie & in foris sæcularibus utimur, novi juris interpretibus debeatur, ejusque origines sint è novis Decretalibus hauriendæ.

5 Novo jure hic ordo processus forensis exhibetur. Præcipit ann. 1216. Concilium Lateranense IV. *ut Judex tam in judicio ordinario quam extraordinario semper adhibeat, aut publicam, si habere potest, personam, aut duos viros idoneos, qui fideliter universa judicii acta conscribant, videlicet citationes, dilationes, recusationes, exceptiones, petitiones, responsiones, instrumentorum productiones, interlocutiones, appellationes, renuntiationes, & conclusiones &c.* Refert. *c.* 11. *de Probat.*

6 In ordine forensis processus primas tenet citatio, ut reo copia defensionis pateat. *Quia non est Romanis* ex ipso jure naturæ *consuetudo, damnare aliquem hominem, priusquam is, qui accusatur, præsentes habeat testes, locumque defendendi accipiat.* Cap. 2. De Citat. Act. 35.

7 Jure Romano, abrogato veteri more adversarium obtorto prope collo in jus vocandi, statuit Justinianus, ut instans

(a) Fleur. Inst. Eccl. p. 3. cap. 6.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ta S. Chrysostomum (a): *Nullum ab aliis majus præjudicium tolerat Deus, quando eos, quos ad aliorum correctionem posuit, dare de se exempla pravitatis cernit.* Ex sententia S. Gregorii (b): *Scire Prælati debent, quia, si perversa unquam perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot subditos suos ad perditionis exempla transmittunt. Unde necesse est, ut tanto cautius se à culpa custodiant, quanto per prava, quæ faciunt, non soli moriantur, sed aliarum animarum, quas pravis exemplis destruxerunt, rei sunt.* S. Isidori hæ sunt rationes (c): *Capite languente, cætera corporis membra inficiuntur. Unde & scriptum est: omne caput languidum, à planta pedis usque ad verticem, non est in eo sanitas. Caput enim languidum est doctor agens peccatum, cujus malum ad corpus pervenit, dum eo vel peccante, vel prave docente, pestifer languor ad plebem subditam transit.* Quid brevius verbis S. Bernardi (d): *Qui exemplo suo ad remissus agendum cæteros provocat, aut singularitate turbat, aut inquietat curiositate, aut impatientia sua, & murmuratione molestat, aut quocunque modo contristat Spiritum Dei, qui est in eis, scandalizans unum de minimis credentibus in eum; nonne & hic manifeste prosequitur Christum — Horrendum penitus sacrilegium.*

T I T. VIII.

De Instructione Causarum Civilium.

C A P U T I.

De Processu Civili.

1 Intervenerunt olim Episcopi in decidendis causis etiam laicorum non tanquam publici Judices, sed potius ut arbitri seu verius amicabiles arbitratores, in hoc unum intenti, ut quæstiones inter fideles exortas sine strepitu amicabili arbitramento componerent. Et hæc fuit præcipua ratio, cur Principes optaverint, ut litigantes potius ad Episcopos, quam ad Judices publicos suas quæstiones deferrent. Ob eandem quoque rationem Clerici, Monachi sunt exempti à foro sæculari, ut sic à litibus, & jurgiis forensibus eximerentur, eorumque quæstiones sine strepitu judiciali, & citra formam judicialem decideréntur. Un-

(a) S. Chrys. hom. 17. in Evang. (b) S. Greg. Pastor. p. 3. Admon. 5.
(c) S. Isid. lib. 3. sent. c. 38. (d) S. Bern. serm. 1. in convers. S. Paul.

2 Unde primis sæculis, quum judicia ecclesiastica in causis sæcularibus (a), seu civilibus essent instar arbitrarium, & in spiritualibus charitatem sequerentur, procul habuere formulas tribunalium sæcularium, seu forensium, regulis scripturæ sacræ, & Canonibus veterum Conciliorum, qui pacem, & concordiam dissidentium spectabant, unice intenta. Quæ judiciorum ecclesiasticorum, & sæcularium, utpote publicorum tribunalium differentia ex collatione Carthaginensi elucescit.

3 Sed quingentis, & amplius abhinc annis formularum ambages, veluti agmine facto, irruperunt in tribunalia sacra, quibus studium Juris Justinianei, quod Clerici neglecta sæpe veterum Canonum cura, tum avidius, quam laici excoluerant, fenestram aperuisse videtur. Hujus enim placita veterem modum agendi, solo usu conservatum, & in Curiis sæcularibus everterunt, quum Judices ecclesiastici strictum jus, omnesque juris formas observare niterentur, quas Judices sæculares neglexere; quippe qui nobiles erant, ac milites nulla cultura literarum tincti, soli consuetudini, veluti patrio juri insistentes.

4 Judices sæculares postea Clericos, qui formulas callebant, elegere judiciorum Assessores, quibus jurisdictionem mandarunt. Qui hoc modo jus formularum in cuncta tribunalia, maxime in illa suprema, quæ *Parlamenta* vocantur, intulerunt; ita, ut totus ordo judiciorum, quo hodie & in foris sæcularibus utimur, novi juris interpretibus debeatur, ejusque origines sint è novis Decretalibus hauriendæ.

5 Novo jure hic ordo processus forensis exhibetur. Præcipit ann. 1216. Concilium Lateranense IV. *ut Judex tam in judicio ordinario quam extraordinario semper adhibeat, aut publicam, si habere potest, personam, aut duos viros idoneos, qui fideliter universa judicii acta conscribant, videlicet citationes, dilationes, recusationes, exceptiones, petitiones, responsiones, instrumentorum productiones, interlocutiones, appellationes, renuntiationes, & conclusiones &c.* Refert. *c.* 11. *de Probat.*

6 In ordine forensis processus primas tenet citatio, ut reo copia defensionis pateat. *Quia non est Romanis* ex ipso jure naturæ *consuetudo, damnare aliquem hominem, priusquam is, qui accusatur, præsentes habeat testes, locumque defendendi accipiat.* Cap. 2. De Citat. Act. 35.

7 Jure Romano, abrogato veteri more adversarium obtorto prope collo in jus vocandi, statuit Justinianus, ut instans

(a) Fleur. Inst. Eccl. p. 3. cap. 6.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tans lis auctoritate Judicis Reo denuntietur per publicum ministrum, seu apparitorem, aut per edictum, seu literas publice affixas. *Nov.* 53. *c.* 3.

8 Hodie & in Curiis (*a*) ecclesiasticis citatio ad exemplum tribunalium sæcularium, ad instantiam partis expeditur, & per omnis generis apparitores, vel ministros insinuatur. Forma ejus utrinque est eadem. Nam factum est in libellum redigendum, cui petitio summariter inserenda, & exempla subjicienda documentorum probantium, ut reus tanto maturius deliberare possit, an cedere, an contendere, an transigere ei expediat?

9 Judicis præsertim ecclesiastici est, antequam citationem decernant, expendere, num causa talis sit, quæ litem mereatur. Et an partes ad amicabilem concordiam, ante omnem citationem juridicam, induci nequeant?

10 Citationis diversæ species pro diversitate causarum, & personarum distinguuntur. Harum usitatissima est verbalis, quæ fieri solet per apparitorem ad mandatum Judicis, cujus scriptum, seu Decretum exhibendum, ejusque exemplum relinquendum est ipsi personæ, si inveniri possit. Si nemo domi sit, citatio foribus ædium affigitur, vocatis testimonii causa vicinis, quod ex jure Romano depromptum est. Hoc facto relatio de hac insinuatione ad acta refertur, designatis, ac denominatis vicinis, in quorum præsentia affixa fuerat.

11 Ante litis contestationem necesse est, citationem dirigi ad personam, si domi inveniri potest, aut si absit, ad domum ipsius rei: post litem vero contestatam sufficit citationem fieri & ad personam, vel domum Procuratoris, si quisquam sit.

12 Ut autem citatus habeat exactiorem notitiam citationis, possitque probare, ad quam diem, & quo die vocatus fuerit, præcipitur apparitori, ut non tantum literas vocationis coram ipso citato, vel ejus domesticis, aut vicinis prælegat, sed & copiam earum sua manu signatam tradat, & relinquat. In praxi forensi Galliæ dies, quo reum comparere oportet, Decreto judicis non inseritur; quippe apparitori tantum mandatur, ut citationem faciat, in certum, & competentem diem.

13 Siqui sint, qui latent, qui vagantur, aut alii, qui nullibi certum larem, vel proprium, vel conductum, vel precarium habent, citantur per publicas proclamationes, edictaque publica. Juxta Ordinationem Universitatis Lovaniensis (*b*): *Non fiat citatio per Edictum, nisi prius constiterit de non tuto, & non facili accessu ad personam, vel ad domum, seu domesticos; nec*

(*a*) Fleur. §. 3. (*b*) Ordin. art. 6.

nec decernatur, vel admittatur facta per edictum citatio, nisi persona citanda latitet, aut nesciatur, ubi sit?

14 Et infra (*a*): *Cum fiet per Edictum citatio, fiat ad Ecclesiam Parochialem loci habitationis citandi, sive ubi in eo oppido, vel pago Edicta fieri, vel affigi solent, vel in casu non tuti accessus, ad Ecclesiam, sive locum propinquiorem, ut ad notitiam citati facillime pervenire queat citatio, insinuatione eadem per epistolam facta* sive Pastori, ut denuntiet excommunicationem, si literæ *fuerint excommunicatoriales.*

15 Quantum ad literas excommunicatoriales cautum est (*b*), *ut non dentur, nisi citatione prius facta in personam, vel alias ex evidenti contumacia, & quo casu non suppetunt alia remedia juxta Concilii Tridentini Decretum.*

16 Facta citatione tenetur Nuntius, sive Apparitor reddere relationem ei, ad cujus instantiam citationem fecit, eique totam seriem citationis inserere, exprimendo diem, subinde & horam factæ citationis; & in quam diem citaverit; an ad personam, an ad domicilium, quibus è domesticis, aut vicinis eam insinuaverit, quid responsi tulerit, & generatim quæ in citatione contigerint?

17 Quum citatio paret copiam defensionis, dandus est citato terminus, seu justa dilatio; eaque longior, vel brevior, ratione habita causarum, personarum, ac præcipue distantiæ domicilii ipsius citati à loco judicii. Hujus dilationis frequens est clausula: *Et, si contingat, terminum citationis incidere in diem festum, vel non juridicum, serviet citatio die juridica proxime sequenti.*

18 Comparenti exhibetur libellus, qui petitionem actoris scripto continet. Dicitur enim inde libellus, quia est brevis scriptura, in qua res, quæ petitur, & causa petendi, tum nomen actoris, judicisque exprimitur. *Gloss. ad cap.* 1. *de Libell. Oblat.* Cap. 5. De Litis contestat.

19 In actione reali exprimenda est res, quæ petitur, & an tota, vel tantum pars petatur (*c*)? Causa enim, utpote proxima juxta Glossam satis expressa est, eo ipso, quod proponitur rei vindicatio, quia non est alia causa, nisi ipsum dominium, cum prætendit, rem ad se pertinere jure dominii, vel quasi. *c.* 2. *& ibi Gloss. dict. tit.*

20 In causa autem personali oportet & causam remotam exponere; ut puta, si petas decem aureos tibi deberi, causa petendi v. g. ex venditione, mutuo, vel stipulatione in libel-

(*a*) Art. 7. (*b*) Ibi art. 8. (*c*) De Libell.

bello diserte exprimenda est, quia ex diversis titulis decem aurei deberi possunt. *c.* 3. *de lib. Oblat.*

21 In veteribus judiciis ecclesiasticis, quia simplicitati arbitrii inhæserant, exularunt libelli conventionales. Præcipit Justinianus: *Ubi autem Episcopus causam dirimere vult, sine scriptura omnia procedant, & diffinitiva sententia sine scriptis ab eo proferatur.* Refert. *c.* 45. *XI. q.* 1.

22 Juxta Glossographum restringitur vetus regula ad causas modicas, & civiles, ut in iis nulla scriptura requiratur. Hoc præjudicio differentiam inter processum ordinarium, & summarium jus novum recepit, ut in levioribus, ac brevioribus causis, summarie decidendis, libello scripto opus haud sit, sed sufficiat, petitionem actoris nude coram Judice proponi, eamque actis continuo inseri. *Clem.* 2. *de Verb. Signif.*

23 Reliquis novi juris argumentis, quibus ordinarius, seu solemnis processus figitur, scriptus libellus commendatur, in quo maxime attendendum est, ut conclusio sit apta, claris & pacis terminis expressa, vacans omni vitio obscuritatis, confusionis, aut contradictionis. Ineptus enim libellus à Judice ex officio rejicitur. *c.* 15. *de Jud.*

24 Cæterum stylus Curiarum ecclesiasticarum, quoad oblationem libelli, ejusque formam passim coincidit cum stylo Curiarum sæcularium. Unde merito in hac materia consuluntur Interpretes, maxime Pragmatici, qui annotant singularum Curiarum consuetudines, quæ in formatione libelli attendi debent. In eo usu passim interpretes emendationi, & mutationi libelli locum relinquunt, & quidem emendatio in eadem instantia admittitur. *c.* 3. *de Dilat.* Sed mutatione libelli perit instantia, & refundendæ sunt expensæ, mutato enim libello, ut ajunt, non manet quoad instantiam idem judicium. *c.* 15. *de Judic.*

25 Si reus visa, ac examinata actoris petitione, in judicio libelli conclusioni absolute reluctetur, tunc solet sequi litis contestatio per simplicem repulsam, qua reus actoris intentioni contradicit. Hæc basis, & fundamentum totius litis censetur. *c.* 54. §. 3. *de Elect.*

26 Hac accasione declaravit Gregorius IX. quemdam processum nullum, in quo litis constestatio non apparebat. *Cum non per positiones*, seu interrogationes, *& responsiones ad eas sed per petitionem in jure propositam, & responsionem secutam litis contestatio fiat.* Quippe juxta Glossographum *qui* per interrogationes *ponit aliquod dictum, vel factum, nihil petit ab adversario; nec etiam ostendit, se per hoc velle agere;*

re; & ita non posset per hoc fieri sententia condemnationis, vel absolutionis, cum nihil petitum sit per positionem, sed ostenditur esse factum, vel promissum. Unde hi articuli potius ad dispositionem probationum rejiciuntur. *c. un. de Lit. Cont.*

27 Hodie in judiciis litis contestationis effectum habet qualiscunque responsio rei de causa principali. In judiciis Cameræ libelli articulati rejiciuntur per recessum Imperii de ann. 1654. (*a*)

28 In veteribus judiciis ecclesiasticis, quibus potius forma arbitriorum, quam processum forensium viguit, nulla litis contestatione opus fuit. Rescripsit novo jure Clemens V. quod, si in aliquibus simpliciter, & de plano procedi mandatur, tunc Judex, cui talis causa committitur, nec libellum exigere, nec litis contestationem postulare debeat. Hic procedendi modus hodie vocatur summarius, & de plano, quem & forum sæculare in quibusdam causis adoptavit. *Clem.* 2. *de Verb. Signif.*

29 Jure Romano nobiles sunt effectus litis contestationis, quia jure contractus censetur, ut capta lis in & ad hæredes transeat. *L.* 33. *ff. de Fidejuss.* Passim tamen moribus introductum est, quod defuncti hæres ex parte rei cessisse, aut ex parte actoris renuntiasse censeatur, nisi litem reassumpserit. Quippe alienum videbatur, quod quisquam invitus litigare cogeretur.

30 Lite contestata litigantes vocantur ad Juramentum calumniæ. Et actor quidem juret, *non calumniandi animo litem movisse, sed existimando bonam causam habere*: Reus vero, *quod putans se bona instantia uti, ad reluctandum pervenerit.* Refert. *L.* 2. *C. de Jurej. propt. Calumn.* Cap. 4. De Juram. Calumn.

31 Addit Justinianus: *Sancimus, omnes Judices, licet ex compromisso cognoscant, vigorem suum exercentes (quia non pro commodo privatorum, sed pro communi utilitate præsentem legem posuimus) minime pati, tale sacramentum remitti; sed omni modo hoc & ab actore, & à fugiente* ex ipso officio *exigi. ibi.* §. 4.

32 Et en rationem! *Sic enim*, inquit, *non solum lites, sed etiam Calumniatores, minuentur: sic pro judiciis putabunt homines, sese in sacrariis sisti. Si enim & ipsæ principales litigantium partes per juramentum lites exerceant, & causarum Patroni præbeant Sacramentum, & ipsi Judices propositis SS. Scripturis, tam totius causæ faciant examinationem, quam suum proferant arbitrium; quid aliud, nisi*

(*a*) Recess. Imper. §. 87.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

pro hominibus Deum in omnibus causis Judicem esse, credendum est? Refert. §. 8. *ibi.*

33 Marcianus Imp. Clero Constantinopolitano juramenti remisit necessitatem, *quia ecclesiasticis regulis, & Canone, à beatissimis Episcopis antiquitus instituto, Clerici jurare prohibentur.* Superest *L.* 25. §. 1. *in fin. C. de Episc. & Cler.*

34 Hoc exemplo Henricus II. Imp. (*a*) generatim decernit, *ut nec Episcopus, nec Presbyter, nec cujuscunque ordinis Clericus, non Abbas, non aliquis Monachus, vel Sanctimonialis, in quacunque controversia, sive criminali, sive civili, jusjurandum qualibet ratione compellatur subire: sed advocatis suis propriis idoneis hoc officium debeat delegare.*

35 Meminit harum regiarum legum Pontifex, quas ita interpretatur, ut Clerici ad jusjurandum per se præstandum adigi non possint, quia illud officium, si Ecclesiæ suæ expedire censuerint, idoneis defensoribus, utpote Syndicis, Actoribus, & Procuratoribus delegare queunt: aut, si illud sponte subire voluerint, vel propter utilitatem Ecclesiæ subeundum censuerint, Episcopus inconsulto Romano Pontifice, vel quisquis Clericus inconsulto Prælato suo jurare non audeat. *c.* 1. *de Juram. Calum.*

36 Juxta Decretalem Gregorii IX. si Episcopus litigat in propria Persona, ipsemet præstat juramentum calumniæ, quin requirat Papam. Juxta Glossam enim hoc non servatur. Clericus autem facilius potest requirere Episcopum; unde & tenetur prius eum requirere. *c.* 7. *ibi.*

37 In causis ecclesiasticis satis diu juramentum calumniæ nec dare, nec exigere Romana Ecclesia consueverat, quia hæ causæ non ex legum districtione, sed ex Canonum veterum æquitate decidebantur. *c.* 2. *de Juram. Calumn.* Bonifacius VIII. tamen censuit, & in his causis utiliter exigi juramentum calumniæ adeo, ut & in summario processu hic locus sit, *Clem.* 2. *de Verb. Signif.*

38 Hodie juramentum calumniæ, saltem quatenus ad ingressum litis præstari oportet, rarius in usu est, quia juxta Baldum passim contemni videbatur. Quid præclarius sententia S. Chrysostomi (*b*) *Quid nos S. Scriptura admonet, consideremus, non jurandum facile, quia plerumque multi casus accidunt, ut, qui jurat, in perjurium incidat.*

39 Enimvero, si justa apparet causa exigendi ab utraque, vel alterutra parte Sacramentum, superest juramentum mali-

(*a*) L. L. Longob. tit. 48. c. 11. (*b*) S. Chrys. de Exhort. Virg. cap. 11.

litiæ, quod in qualibet parte litis exigi, repetique potest, ut, vel veritas eliciatur, vel suspicio calumniæ diluatur. *c.* 2. §. 2. *de Juram. Calumn. in 6.*

40 Inter articulos juramenti calumniæ spondere oportebat (*a*), quod dilationem non petat in fraudem ad protelandam litem. Sunt dilationes justa intervalla temporis ad judicialem actum commode explicandum concessa. Sic dilationes per singulas partes judicii dividuntur; utpote citatoriæ, recusatoriæ, & deliberatoriæ ab insinuatione usque ad litis contestationem, & ab hac usque ad sententiam probatoriæ, & definitoriæ, inde à sententia usque ad executionem appellatoriæ locum habent & executoriæ. Oportet enim partes paratas in judicium venire. *c.* 1. *V. q.* 2.

41 Dilationes vel conceduntur à lege, vel à Judice, aut à partibus. Priores dicuntur legales, secundæ judiciales, tertiæ conventionales. De jure civili fere singulæ dilationes legales sunt. Ex jure Decretalium pleræque judiciales sunt, eo sensu, quod Judicem pro conditione, & qualitate causarum, personarum, temporis, & loci moderari oporteat edictorum ordinem, & compendium. *L.* 2. *C. de Judic.*

42 Si Judex dilationem justo aut prolixiorem, aut contractiorem, aut frequentiorem concesserit, aut necessariam denegaverit, appellationi locus est. *c.* 1. *de Dilat.* Verum, ne Judices hac dilationum vel restrictione, vel extensione, vel prorogatione, vel multiplicatione aberrent, passim in Curiis tum sæcularium, tum ecclesiasticorum tribunalium, numerus, & intervalla dilationum designari solent. In eo genere frequens est, quod incolis duarum septimanarum, exteris trium spatium assignetur. In causis summariis, quantum fieri potest, dilationes contrahendæ sunt. *Clem.* 2. *de Verb. Signif.*

43 Justinianus voluit, lites Monachis illatas accelerari, *ut* (ait) *non mens eorum occupetur circa litis sollicitudinem, sed velociter liberati sacris operibus obsecundent. Novell.* 79. Juxta stylum Curiarum ecclesiasticarum citato tres dilationes ad comparendum dari solent; ita tamen, ut lapsus quisque singularum dilationum eum in quadam contumacia, si non comparuerit, constituat: utpote, si primam dilationem neglexerit, nec Procuratorem dederit, secluditur ab omni exceptione declinatoria, & in expensas condemnatur. Si nec secundo vocatus compareat, excidit omni exceptione dilatoria, & iterato in expensas condemnatur. Post con-

(*a*) De Dilat.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

contemptum tertiæ citationis reus in vera contumacia constituitur, adempta omni exceptione peremptoria. Inde si post hanc compareat, audiri desiderans, repellitur, nisi refundat expensas contumaciales. *L.* 15. *C. de Judic.*

44 Præcipit Concilium Tridentinum (*a*), *ut causæ omnes ad forum ecclesiasticum quomodolibet pertinentes saltem infra biennium à die motæ litis terminentur: alioquin post id spatium liberum sit partibus, vel alteri illarum Judices superiores, alias tamen competentes adire, qui causam in eo statu, quo fuerit, assumant, & quamprimum terminari curent.*

45 In Gallia lapsus biennii non expectatur (*b*), si causa sit in statu, ut decidi queat. Tunc pars tertio monere debet Judicem, &, si post tertiam monitionem in mora hæserit decidendi causam, potest pars appellare tanquam à denegata justitia, ipsumque Judicem in jus vocare, atque adversus ipsum concludere ad damna, & interesse.

Cap. 5. De Probat. & Præsumpt.

46 Dilationes probatoriales frequentiores sunt. Jure civili dilatio in probatoriis usque tertio datur; quarta impetranda est per solemnitatem, qua jurato fides fit, quod ex necessitate causæ petatur. *Nov.* 90. *c.* 4. Hac solemnitate nostris moribus passim ad tertiam dilationem obtinendam jam opus est.

47 In dirigendis probationibus plurimæ partes Judicis sunt. Est enim ejus dispicere, quis probare debeat, quid probari debeat, quando, & quantum probari debeat, quid, quantumve probatum fuerit. *c.* 11. *XXX. q.* 5.

48 Probatio communiter definitur, quod sit legitima facti controversi verificatio judicii facta. Probatio enim sola facta, & quidem dubia spectat. Hinc probationibus tum in judiciis ordinariis, tum & summariis locus est. *Clem.* 2. *de Verb. Signif.*

49 Regula est, quemque factum, quod pro argumento suæ causæ allegat, probare debere. Hinc actori facti, in quo adversus reum suam fundat intentionem, incumbit probatio. *Actore enim non probante, reus absolvitur, etsi nihil,* quia simplici negationi inhæret, *præstiterit.*

50 Si autem reus non simpliciter negat, sed contra excipit, proponendo aliquod factum petitionem actoris perimens, quæ dicta est exceptio peremptoria, tunc tenetur & reus illud factum probare, quia reus excipiendo, quantum ad onus probandi, fit actor. *L.* 1. *C. de Probat.*

Si

(*a*) Trid. sess. 24. cap. 20. (*b*) Fleur. J. E. p. 3. cap. 7. §. 5.

51 Si ab utraque parte facta allegantur contraria, utriusque erit, sua facta probare, si iis fundamentum causæ innitatur; puta in judiciis duplicibus, communi dividundo, familiæ erciscundæ, interdictoque retinendæ possessioni. Quippe in his obtinebit, qui intentionem suam, altero nihil probante, probaverit. Si uterque probaverit, præfertur ille, qui meliorem titulum, antiquioremque possessionem probaverit. Si quales sint probationes, pro Possessore standum est, si alterius possessio sit illiquida. *c.* 3. & 9. *d. t.*

52 In jure sat vulgatum est, possessionem ab onere probandi relevare, quia pro Possessore præsumitur. Censetur enim vi præsumptionis actor suam intentionem satis probasse, ut onus probandi in adversarium, qui se opponit, recidat. *c.* 14. *de Fid. Inst.*

53 Præsumptio dicitur anticipata de re dubia opinio (*a*), ex argumentis, indiciis, conjecturisque per rerum circumstantias connexis, plerumque evidentibus sumpta. Hinc alia præsumptio dicitur hominis, utpote Judicis; alia juris tantum, alia juris, & de jure. Præsumptiones hominis probantem adjubant; inde enim artificialis probationis argumenta instruuntur, illustranturque. Præsumptio juris effectu planæ probationis gaudet, donec fortiore exceptione elidatur. Præsumptio juris, & de jure vocatur, cum Lex, aut Canon ita ex aliquo judicio quidpiam præsumat, ut super tali præsumptione jus firmum statuat, & eam pro veritate à Judice haberi velit, non admissa probatione in contrarium. Verum licet hæc præsumptio sit violentissima, nec facile per contrarias probationes elidatur, non tamen vere, & proprie est veritas, cum versetur circa dubium, & in claris locus non sit conjecturis, vel præsumptioni, quæ ex conjecturis desumitur: unde etiam hæc præsumptio cedere debet veritati, atque ordinarie eliditur per confessionem illius, pro quo stat ipsa præsumptio. *c.* 12. *de Præsumpt.*

54 Quia vero frequenter contingit, quod tam ex parte actoris, quam ex parte rei multa facta proponantur, quorum occasione si omnium exacta probatio fieri deberet, lites in longum protraherentur; placuit positiones, ad exemplum veterum interrogationum in jure, admittere. Sunt hæ positiones articuli, quibus actor reusve exprimit factaquæ in judicio fuerant allegata, ut scriptis ea exhibeat Judici, cui supplicat, ut super iis jubeat partem adversam respondere, atque hoc pacto ab adversario confessionem de veritate factorum extorquen-

(*a*) De Præsumpt.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

quendo, ponens ab onere probandi relevetur. Meminit harum positionum Bonifacius VIII. *c. 2. de Confess. in 6.*

55 Oportet autem ad eliciendas has responsiones adversarium legitime citari, petenteque ponente à Judice sub juramento adigi, ut cathegorice ad singulos articulos respondeat. Ait Pontifex: *Quodsi jussus à Judice respondere recuset, aut nolit, seu contumaciter se absentet, haberi debet super iis, de quibus in iisdem positionibus interrogatur extitit, pro confesso.* Refert. *ibi.*

Cap. 6. De Testib.

56 Siquæ post positiones, & responsiones supersunt facta dubia, ea à ponente legitime probari oportet per habiles testes. Directus est enim modus, & quotidianus probationum forensium per testes, quia juxta sententiam S. Evangelii in ore duorum, vel trium testium stat omne verbum.

57 Hodie fere receptum est, quo Judex viso processu partes, vel alteram earum per interlocutoriam sententiam condemnet, vel admittat ad producendos, siquos habet, testes. Testes enim à partibus produci debent, & nullo modo à Judice, vel per Judicem, aut officio Judicis, quia in civilibus judiciis haud est, facta partium supplere. Juxta ordinationes Curarum: *Is, cui probandi onus incumbit*, pendente termino probatorio, *articulos scripto designabit, super quibus productionem facere intendet.*

58 In Curiis civilibus, dum partes sunt admissæ ad probandum, solent deputari Commissarii, coram quibus testes produci, examinarique debent. Sunt igitur vel à Commissario, vel à Judice testes citandi, quia testis, qui sua sponte, nulla prævia citatione, ad dicendum testimonium se offerret, suspectus haberetur.

59 Si testis legitime citatus, comparere renuit, ad officium compellendus est, etsi sit Clericus, quamvis plures asserant Clericos à ferendo testimonio etiam in causis civilibus exemptos. Sunt enim nonnullæ personæ, quæ justam causam habent, se à dicendo testimonio excusandi. *L. 4. & 5. ff. L. 19. C. de Testib.*

60 Si testes sint infirmi, vel in remotis degentes, tunc subinde ipse Judex, vel Commissarius ad locum ipsorum testium accedunt, ut personaliter eos audiant, & examinent. Interdum scribitur Judici, sub quo degunt testes, ut eos recipiat, & audiat juxta schedulam informationis eo transmissam. *c. 3. de Fidejuss.*

61 Multi sunt, qui de jure testes esse prohibentur; & alii quidem simpliciter in omnibus causis, & contra quascunque personas; alii in certis causis, & contra certas personas. Quia tamen omnis de jure reputatur idoneus testes, nisi ostendatur exceptus, moribus receptum est, quod Judex non reppellat testem, nisi parte opponente. Ipsius tamen arbitrio relictum est, quantum fidei singulorum attestationis tribuat. *L. 3. §. 1. & 2. L. 21. §. 2. ff. de Test.*

62 Duo testes, omni exceptione majores, plenam fidem faciunt. *L. 12. ff. de Probat.* Quum tamen nonnunquam fides testium aliqua ex parte vacillare videatur, ad arbitrium Judicis recidit, aliquando plures testes admittere; eo tamen moderamine, *ne effrænata potestate ad vexandos homines superflua multitudo testium protrahatur.* Placuit in eo genere numerum recentius ita moderari, quod super uno facto non possint ultra decem testes audiri, nisi in gravioribus causis. *L. 1. §. 2. ff. de Testib.*

63 Testes deposituri juramento constringuntur de veritate procul ab omni partium studio dicenda. Testi enim injurato haud fides in quacunque causa etiam summaria habetur, nisi partes ultro, probante Judice, testi juramentum remiserint. *c. 39.* Inde ante juramentum oportet Judicem esse sollicitum, ut testes tum de conditionibus, tum de gravitate jurisjurandi rite instruantur. Dum juramentum suscipitur, vocandus est ille, contra quem testes producuntur, ut vel per se, vel per Procuratorem testes jurare videat. *c. 2. de Testib.*

64 Partis, quæ testes producit, est, intentionem examinationis faciendæ ex petitione sua elicere, eamque in scriptum quoddam reddactam Judici tradere, ut super articulis designatis testes producendos examinet. Inde & à parte adversa, contra quam testes producuntur, interrogatoria Judici exhibentur. *c. 2. de Testib. in 6.* Juxta Glossam forma interrogatoriorum hæc est: *Si dixerit testis, verum esse, quod primo; v. g. intentionis articulo continetur; quæratur ab eo, quomodo scit, & si præsenserat, & ad quid ibi erat, & si vidit, & alia hujusmodi, secundum quod facient ad factum &c.* Quippe finis horum est, ex responsis super iisdem testium fraudes, & subornationes elicere, si quæ latent. Nec tamen in omnibus Curiis interrogatoriorum usus viget.

65 Præstito juramento testes examinandi sunt singillatim & diligenter. Hinc monendi sunt, ut rite advertant ad facta, super quibus interrogabuntur, nec aliud dicant, quam sicut revera in animo credunt; idque clare, & lucide eloquantur, quia de singulis circumstantiis, scilicet de causis, personis, loco, tempore, visu, auditu, scientia, credulitate, fama, & certitudine Judex, vel Commissarius inquirit. Coram enim, & in præsentia Judicis testimonium à singulis testibus ferendum

dum est ; neque sufficere , scripto ad Judicem misso testari. *c. 52. & passim de Test.*

66 Singulorum testium depositiones oportet scripto à Graphiario , vel Tabellione excipi , ut , quantum fieri potest, scriptura linguam , idioma , & verba testis referat. Inde de verbo ad verbum notatum testimonium testi relegitur ; iterumque interrogatur , an sua depositio sit ita bene , fideliter, & juxta mentem suam , ac intelligentiam expressa , tum propria subscriptione munienda , si testis scribere norit ; & si propter senium , *imperitiam* , *& alia impedimenta signare non valuerit , in ejus præsentia Graphiarius , vel Commissarius, cum aderit , apposito per propriam manum deponentis signo, ipsius nomen subscribet.*

67 His finitis cuique testi , dum recedit , præcipitur , ut attestationes suas secretas teneat : tenetur & eas secretas habere Commissarius , donec partes solemnem publicationem rotuli , ut vocant , obtinuerint. Facta publicatione ulteriori productioni testium locus clauditur , nisi justa causa apparuerit. *cap. 35. ibi.*

68 Nostris moribus post publicatas attestationes datur partibus quædam dilatio octidui , aut quindenæ peremptorie ad disputandum , utpote excipiendum contra personas , & attestationes testium ; si forte eorum fides enervari , vel minui possit. Hæc reprobatio frequenter summitur ex circunstantiis tum testium , tum attestationum ; puta , quod sint obscuræ, vacillantes , incertæ , contrariæ , destitutæ rationibus scientiæ , sine fundamento asserte , impertinentes ad articulos propositos &c. *cap. 15. de Testib.*

69 Reprobationem testium , & attestationum insequitur salvatio , qua , solutis , & rejectis reprobationum articulis, testes , & attestationes justificantur. In ordinationibus Curiarum ecclesiasticarum statuitur (*a*) , *ut exceptionibus per reprobationem exhibitis , similis terminus* (octidui , aut quindenæ) *sub pœna seclusionis ad salvandum statuatur , & per salvationum exhibitionem , vel ubi pars iis renuntiaverit , conclusum censebitur in causa.* Addunt abhinc (*b*) : *Ne quidquam in reprobationibus , salutationibusque allegetur , aut proferatur , quod earum naturam* , per modum hinc defensionum , illinc exceptionum competentium , *non sapiat* ; *& , si contra factum fuerit , nullam Judex earum habeat rationem* ; *quin etiam , si expedire judicaverit , pro officio suo rejiciat.*

Cap. 7. De Instr. 70 Depositiones testium aliquando enervant , aliquando ad-

(*a*) Ordin. Mechlin. tit. 11. art 50. (*b*) Ibi art. 51.

juvant , sæpe æquant , nonnunquam & superant , exhibitiones scripturarum , quæ inde vulgariter instrumenta dicuntur , quia , ad justam fidem Judici faciendam , causam instruunt. In Legibus Wisigothorum præcipitur (*a*) , *ut Judex bene causam cognoscat , primum testes* , utpote viva instrumenta , *interroget* ; *ac deinde scripturas* , veluti testes mortuos , *inquirat , ut veritas possit certius inveniri.*

71 Auctoritas instrumentorum variat pro diversitate , & qualitate scripturarum. Sunt enim alia instrumenta publica exinde , alia privata ; alia originaria , alia exemplaria , seu transumpta ; alia authentica , alia suspecta , vel falsa *c. 10. & passim de Fid. Instrum.*

72 Publica instrumenta sunt vel per se , & ratione formæ talia , vel secundum quid , id est , in effectu plenæ fidei publica. Ut instrumentum censeatur simpliciter publicum , duo desiderantur ; utpote , ut Persona publica videlicet illa , quæ auctoritate publica officium , gerit literas scribendi , expediendique , seu signandi , sit confectum , & quidem in legitima forma , quam leges , & stylus Patriæ , Curiæve requirunt. Placuit hos homines Notarios à conscribendis notis dicere.

73 Quia auctoritas publica alia est civilis , alia ecclesiastica , duo genera Notariorum innotuere. Sunt enim alii Notarii Regii , alii Apostolici , quos creat Papa. Alii enim , qui aliquando ab Episcopis dati sunt , fere ab usu , quantum ad publica instrumenta conficienda , recesserunt.

74 Juxta Decretum Concilii Tridentini (*b*) potest *Episcopus quoscunque Notarios , etiamsi Apostolica , Imperiali , aut regia auctoritate creati fuerint , etiam tanquam delegatus S. A. examinatione adhibita eorum sufficientiam scruturi : illisque non idoneis repertis , aut quandoque in officio delinquentibus, officii ejus in negotiis , litibus , & causis ecclesiasticis , ac spiritualibus exercendi usum perpetuo , vel ad tempus prohibere. Neque eorum appellatio interdictionem Ordinarii suspendat.*

75 Ex moderno stylo Curiæ literæ Romanæ (*c*) in forma commissoria expediuntur , directæ non raro generaliter ad personas ecclesiasticas , quæ quadam dignitate ecclesiastica resplendent , diciturque : *Discretioni vestræ , de qua plurimam in Domino fiduciam habemus , per præsentes committimus , & mandamus , ut , si prævio rigoroso examine eundem N. vita, moribus practica , literatura , cæterisque partibus habilem,*

(*a*) L. L. Wisig. lib. 1. c. 22. (*b*) Trid. sess. 22. c. 10. (*c*) De Notar. Apost.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

idoneum esse cognoveritis, seu aliquis vestrum cognoverit, super quo conscientiam vestram oneramus, ipsum in Notarium, & Tabellionem publicum, & Judicem ordinarium cum solitis facultatibus, Apostolica auctoritate prædicta, ordinetis, creetis, & instituatis, &c. cum facultate quoad pias, & ecclesiasticas causas, ac ab eis dependentes, & concernentes tantum &c. &c. Itaque pro Notariatu supplicanti relinquitur, ut illas literas cuidam in dignitate ecclesiastica constituto, quem voluerit, præsentet, qui præmisso examine secundum tenorem literarum, & præstito prius juramento (cujus formula in literis exprimitur) ipsum auctoritate Apostolica Notarium creet; idque illimitate in omnes Diœceses, præterito nonnullibi Ordinariorum examine, admissioneque.

76 Displicuit hic stylus pridem Gallis (*a*), Belgisque. In Gallia alii sunt simplices Notarii Apostolici, quibus præter titulum nulla relinquitur auctoritas in ordine ad instrumenta conficienda. Alii sunt Notarii Regii Apostolici; & horum potestas restricta est ad Diœcesin, in qua recepti sunt, fere eodem exemplo, quo Notarii Episcoporum ad eos solos actus arctantur, pro quibus à Rege auctorizantur. In Belgio Edicto Caroli V. vetantur alii ad id muneris assumi, nisi, qui sint probi, & bonæ famæ, talesque, qui prævio examine, & inquisitione Præsidis, & Consiliariorum, & Judicumque Provincialium in qualibet particulari Provincia ad id reperientur idonei, capaces, & habiles, & ut tales fuerint approbati, & hujusmodi constet per acta dictorum Consiliariorum, & Judicum Provincialium.

77 Provisiones Romanæ Notariis Apostolicis tribuunt jus, *quoscunque contractus, distractus, conventiones, acta, actus judicarios, inter vivos, & causa mortis donationes, testamenta, Codicillos, & omnes alias ultimas voluntates, cæteraque instrumenta ad forum duntaxat ecclesiasticum pertinentia rogandi, recipiendi, subscribendi, publicandi, omniaque alia faciendi: quæ ad officium Notarii, Tabellionisque publici, & Judicis ordinarii pertinere dignoscuntur.* Solent hodie Notarii Apostolici expedire instrumenta in materiis ecclesiasticis, ac præsertim beneficialibus, & quæ in Curiis ecclesiasticis, nominatimque in Curia Romana, quas recensent Pragmatici, tractari debent.

78 Notarius Apostolicus in confectione instrumenti facere debet mentionem suæ qualitatis, & Curiæ, in qua est admissus, & loci suæ residentiæ, quemadmodum Notarii Regii observant. Inde commendatur utrisque, ut nonnisi rogati officium suum exhibeant partibus, quarum & personas, & domicilium vel per se, vel per fidem idoneorum testium noverint. Reliquum est, ut Notarii conficiant justa, & apta registra omnium actuum, quorum instrumenta conficiunt, juxta ordinem temporis, quo confecta sunt. Hodie Notarius Apostolicus inter cætera jurato spondet. *Contractus in Protocollum redigam; &, postquam sic redegero, malitiose non differam contra voluntatem illorum, vel illius, quorum, vel cujus est contractus; super eo conficere publicum instrumentum.*

(*a*) Gibert. in notis. num. 11.

79 Ad formam publici instrumenti præscriptum est, ut præter Notarium duo ut minus testes interveniant, subscribantque, sive signent. *c. de Fid. Instr.* Hodie plerumque satis est, omnia testium instrumento inscribi, nisi in causis majoris momenti, in quibus necessaria est testium subscriptio. Annotandus à Notario est & annus, mensis, dies, locusque gesti negotii. Notarii Apostolici præmittunt, & invocationem Numinis divini, annum regnantis Pontificis, indictionisque Romanæ juxta novellam Justiniani. *Nov.* 47. *c.* 1.

80 En brevem synopsin reliquarum scripturarum, quæ in effectu plenæ probationis publicæ censentur. Huc referuntur instrumenta, quæ à publicis Graphiariis, & Secretariis signantur, aut sigillo authentico Principum, Civitatum, aliorumque Corporum publicorum stipantur: acta judicialia, utrique parti communia, quæ ab illis, qui registrandi publicam auctoritatem habent, registrantur: Libri confecti per Officiales publicos, ad hoc publica auctoritate constitutos: Scripturæ ex Archivo publico (Archivium publicum dicitur, quod auctoritate Principis asservationi authenticarum scripturarum sub custodia peculiaris Officialis publici specialiter destinatur) depromptæ: denique in antiquis veteres scripturæ, vetera arma, insignia, aliaque insignia, & signa picta, aut lapidibus, sepulchris, tumbis, muris, columnis, parietibusve insculpta, quæ vel immemorabili tempore commendantur, vel aliis indubiis indiciis juvantur. Id dici potest & de illis literis, & scripturis, quæ in antiquis Ecclesiarum libris, Missalibus, Martyrologiis, historiis fide dignorum scriptorum reperiuntur. *Gloss. ad c.* 13. *de Probat.*

81 Quantum ad publicam fidem faciendam oportet originale exhibere. Inde & authenticum dicitur, quia authenticam fidem facit. *c.* 1. *de Fid. Instr.* Hodie originale non dicitur ipsa minuta, sive Matrix, à Patribus, & Notario, subin-

inde & Testibus signata, quæ apud Notarium remanere debet; sed instrumentorum ab eodem Notario juxta dictam minutam confectum, & signatum.

82 Si scriptura ab alio Tabellione ex ipso originali sit desumpta, hicque concordantiam cum ipso originali testetur, hæc scriptura exemplar originalis dicitur, soletque hodie hujusmodi exemplar auctoritate Notarii ex originali desumptum copia authentica vocari.

83 Exemplar publicam fidem meretur, si ad originales literas per Judicem, vel Commissarium, parte adversa præsente, vel saltem legitime vocata, fuerit collatum. Commendat Pontifex traductionem originalium, si ea vel propter vetustatem, vel aliam justam causam periclitentur. *c.* 16. *de Fid. Instr.*

84 Legitimis instrumentis plena fides habetur, adeo, ut ulterior probatio requirenda non fit. Respondit Paulus Jurisc., *Testes, cum de fide tabularum nihil dicitur, adversus scripturas interrogari non posse.* Ajunt, nisi testes instrumentarii aptiores rationes suæ scientiæ explicarent. *c.* 10. *de Fid. Instr.*

85 Sunt quædam causæ, quæ fere nonnisi per instrumenta probari possunt; utpote jure civili res antiquæ, privilegia, & diplomata quæstiones status, & ætatis, census, tributi, annuique debiti; recentioribus constitutionibus causæ contracti matrimonii, sepulturæ, tonsuræ, ordinationum, professionis religiosæ, & dispositionum tum inter vivos, tum per ultimam voluntatem, quæ excedunt summam aliquot centum florenorum. Testibus enim in eo genere causarum locus non est, si scripturæ publicæ, vel privatæ haberi queunt.

86 Scripturæ privatæ pro scribente nihil probant: contra scribentem vero plene probant, si causa debendi fuerit expressa. *c.* 14. *de Fid. Instrum.* Hinc usu recepta est recognitio, ut qui habet schedulam alicujus, citari faciat, eum, visurum recognoscere, sive, ut dicunt, confiteri, vel negare suum Chyrographum: &, si confiteatur, se scripsisse, vel alium suo mandato, tenetur, veluti confessus, solvere, aut saltem summam in schedulam expressam ad manus Judicis deponere, quia recognitio scripturæ, in judicio facta, de consuetudine habet paratam executionem. Si vero reus suam esse neget, actori datur dilatio ad probandum per testes, aut & comparationem literarum. *L.* 20. *C. d. t.*

Cap. 8. De Probat. per juram.

87 Ajunt Diocletianus, & Maximinianus: *In bonæ fidei con-*

contractibus, nec non etiam in cæteris causis, inopia probationum per Judicem jurejurando causa cognita res dicidi oportet. Refert. *L.* 3. *C. de Reb. Credit.*

88 Jure Romano *maximum remedium expediendarum litium in usum venit juramenti religio, quæ vel ex pactione ipsorum litigantium, vel ex auctoritate Judicis deciduntur controversiæ.* Ita Cajus *L.* 1. *ff. de Jurej. sive volunt, sive necessar.*

89 Ecce dividitur aperte jusjurandum in voluntarium, & necessarium. *Solent enim sæpe Judices in dubiis causis, exacto jurejurando,* (quod inde necessarium dicitur, & judiciale) *secundum eum judicare; qui,* deffectu probationum *juraverit, quod si alius inter ipsos litigantes jurejurando,* utpote voluntario, *transactum sit negotium, non conceditur, eandemque causam* obtentu instrumentorum *retractare.* Refert. *L.* 31. *ff. ibi.*

90 Voluntarium dicitur, quod pars parti probante Judice pro decisione causæ defert, ut vel juramentum præstet, vel referat. Hoc jusjurandum vim transactionis habet, quia reus exceptionem, actor actionem acquirit, in qua hoc solum quæritur, an juraverit, sive bene, sive male. *L.* 5. §. 2. *L.* 9. §. 1. *ff. d. t.*

91 Juramentum, quod Judex inopia plenæ probationis alterutri parti defert, suppletorium vulgariter dicitur. Declarat Gregorius IX. *Juramentum* à Judice *parti delatum, nisi juxta de causa, non potuit recusari. Quamvis, quod in judicio à parte parti* per viam transactionis *defertur, recusari possit licite, ac referri.* Refert. *c.* 36. *de Jurej.*

92 Alibi Alexander III. reprobaverat consuetudinem, quod & illis, qui aliunde legitimis probationibus intentionem suam plene evicissent, juramentum suppletorium indiceretur. Ait Pontifex, *Manifeste legibus adversatur, quæ tunc demum ad hujusmodi suffragium recurrendum esse decreverunt, cum alia legitima non suppetunt.* Refert. *c.* 2. *de Probat.*

93 Quis dubitet, hanc causam, vel speciem jurisjurandi è foro sæculari in novum jus transisse. Quippe in veteribus vel Canonibus, vel Decretalibus nulla juramenti hujus mentio occurrit. In Decreto Gratiani explicat S. Augustinus reatum criminis, qui juramentum ab eo exigit, quem suspicari potest pejeraturum. *c.* 5. *XXII. q.* 5.

94 Ergo ob periculum perjurii locus est grandi discretioni, ut juramenta in propria causa perraro deferantur. Juxta Decretum *ob pecunias vero Deum non jures, ne quidem si verum juraturus est: aliis enim putaberis pejerare, aliis vero avarus esse.*

Com-

95 Commendant & barbaræ leges Judici juxtam cautelam, ne ad Sacramentum facile veniatur. Ex legibus Wisigothorum (*a*): *Hoc enim justitiæ potius indagatio vera commendat, ut scriptura ex omnibus intercurrant, & jurandi necessitas se omnino suspendat.* Inquiunt Capitularia Francorum (*b*): *Volumus, ut Sacramenta cito non fiant, sed unusquisque Judex causam veraciter cognoscat, ut eum veritas latere non possit, ne facile ad Sacramenta veniant.*

96 Quum enim per delationem juramenti fere quisque suæ causæ Judex, & arbiter constitui videatur, *facile sunt nonnulli homines ad jurandum contemptu religionis, alii perquam timidi metu divini numinis usque ad superstitionem.* Refert. *L. 8. ff. de Cond. Inst.*

97 Et vero juramentum suppletorium adversari videtur regulæ, quæ præcipit, ut actore plene non probante reus absolvatur. Hinc alibi placuit illud expungere: aut, si alibi superest, oportet ejus usum esse valde circumspectum. Quippe in causis minoris momenti admitti non potest, quia vilesceret juramentum, & in causis majoris momenti non vacat periculo frequentis perjurii.

*98 In morali doctrina quid consultius, quam ex puriore traditione vetera divisarum potestatum argumenta, & exempla Clero prælegere? Inquit Osius (*c*): *Tibi Deus imperium commisit, nobis* (Episcopis) *quæ sunt Ecclesiæ, concredidit. Et quemadmodum, qui tuum imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi divinæ, ita, & tu cave, ne, quæ sunt Ecclesiæ, ad te trahens, magno crimini obnoxius fias.* En sententiam S. Gelasii (*d*): *Duo sunt*, inquit, *Imperator Auguste, quibus principaliter mundus hic regitur. Auctoritas sacra Pontificum, & regalis potestas &c. Nosti enim Fili clementissime, quod licet præsideas generi humano dignitate, rerum tamen Præsulibus divinarum devotus colla submittis, atque ab eis causas tuæ salutis expetis.* Juxta Symmachum (*e*); *Conferamus honorem Imperatoris cum honore Pontificis, inter quos tantum distat, quantum ille rerum humanarum curam gerit, iste divinarum. Tu Imperator, à Pontifice*, quatenus quisque fidelis, *baptismum accipis, Sacramenta sumis, orationem poscis, benedictionem speras, pœnitentiam rogas.* Ex sententia S. Gregorii II. (*f*): *Quemadmodum Pontifex introspiciendi in Palatium potestatem non habet, ac dignitates regias deferendi; sic nec Imperator in Ecclesias introspiciendi, & electiones in Clero peragendi. Vides Imperator Pontificum, & Imperatorum discrimen! si quisquam te offenderit, domum ejus publicas, & spolias, solam illi vitam relinquens, tandemque etiam illum vel suspendio necas, vel capite truncas, vel relegas, eumque longe à Liberis, & ab omnibus cognatis, & amicis suis amandas. Pontifices non ita; sed, ubi peccavit quis, & confessus fuerit, suspendii, vel amputationis loco, Evangelium, & crucem cervicibus ejus circumponunt, eumque, tanquam in carcerem, in Secretaria, sacrorumque vasorum æraria conjiciunt, in Ecclesiæ Diaconia, & in Catechumena ablegant, ac visceribus ejus jejunium, oculisque vigilias, & laudationem ori ejus indicunt: cumque probe castigarunt, tunc pretiosum illi corpus Domini impertiunt, & sancto illum sanguine potant; &, cum illum vas electionis restituerint, ac immunem peccati, si ad Dominum purum, & insontem transmittunt.* Quid præclarius sententia S. Nicolai (*a*)? *Cum ad verum ventum est Regem, & Pontificem, ultra sibi Imperator nec jura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorum usurpavit. Quoniam idem Mediator Dei, & hominum homo Christus Jesus sic actibus propriis, & distinctis dignitatibus officia potestatis utriusque discrevit, ut & Christiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus egerent, & Pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus uteretur. Quatenus actio spiritualis carnalibus distaret incursibus, & ideo militans Deo minime negotiis se sæcularibus implicaret; ac vicissim non ille rebus divinis præsidere videretur, qui esset negotiis sæcularibus implicatus.*

(*a*) L. L. Wisigoth. lib. 2. cap. 22.
(*b*) Cap. lib. 7. cap. 97.
(*c*) Osius epist. ad Constant.
(*d*) S. Gelas. epist. ad Anast. Imp.
(*e*) Symm. ad Anast.
(*f*) Greg. II. epist. Leon. Isaur.

TIT. IX.

De Instructione Causarum Criminalium.

CAPUT I.

De Accusationibus, & Informationibus.

1 Multis sæculis in discussione, vel inquisitione criminum, eorumque punitione non intervenerunt formalitates juris civilis, sed hæ primum circa sæculum XII. in forum ecclesiasticum irrepserunt. Sicut enim tum causæ civiles ex legum præscripto in judiciis ecclesiasticicis instrui, & decidi cœperunt, ita & causæ criminales in foro ecclesias-

(*a*) Nicol. 1. ep. ad Mich. Imp.

95 Commendant & barbaræ leges Judici juxtam cautelam, ne ad Sacramentum facile veniatur. Ex legibus Wisigothorum (*a*): *Hoc enim justitiæ potius indagatio vera commendat, ut scriptura ex omnibus intercurrant, & jurandi necessitas se omnino suspendat.* Inquiunt Capitularia Francorum (*b*): *Volumus, ut Sacramenta cito non fiant, sed unusquisque Judex causam veraciter cognoscat, ut eum veritas latere non possit, ne facile ad Sacramenta veniant.*

96 Quum enim per delationem juramenti fere quisque suæ causæ Judex, & arbiter constitui videatur, *facile sunt nonnulli homines ad jurandum contemptu religionis, alii perquam timidi metu divini numinis usque ad superstitionem.* Refert. *L. 8. ff. de Cond. Inst.*

97 Et vero juramentum suppletorium adversari videtur regulæ, quæ præcipit, ut actore plene non probante reus absolvatur. Hinc alibi placuit illud expungere: aut, si alibi superest, oportet ejus usum esse valde circumspectum. Quippe in causis minoris momenti admitti non potest, quia vilesceret juramentum, & in causis majoris momenti non vacat periculo frequentis perjurii.

*98 In morali doctrina quid consultius, quam ex puriore traditione vetera divisarum potestatum argumenta, & exempla Clero prælegere? Inquit Osius (*c*): *Tibi Deus imperium commisit, nobis* (Episcopis) *quæ sunt Ecclesiæ, concredidit. Et quemadmodum, qui tuum imperium malignis oculis carpit, contradicit ordinationi divinæ, ita, & tu cave, ne, quæ sunt Ecclesiæ, ad te trahens, magno crimini obnoxius fias.* En sententiam S. Gelasii (*d*): *Duo sunt*, inquit, *Imperator Auguste, quibus principaliter mundus hic regitur. Auctoritas sacra Pontificum, & regalis potestas &c. Nosti enim Fili clementissime, quod licet præsideas generi humano dignitate, rerum tamen Præsulibus divinarum devotus colla submittis, atque ab eis causas tuæ salutis expetis.* Juxta Symmachum (*e*); *Conferamus honorem Imperatoris cum honore Pontificis, inter quos tantum distat, quantum ille rerum humanarum curam gerit, iste divinarum. Tu Imperator, à Pontifice*, quatenus quisque fidelis, *baptismum accipis, Sacramenta sumis, orationem poscis, benedictionem speras, pœnitentiam rogas.* Ex sententia S. Gregorii II. (*f*): *Quemadmodum Pontifex introspiciendi in Palatium potestatem non habet, ac dignitates regias deferendi; sic nec Imperator in Ecclesias introspiciendi, & electiones in Clero peragendi. Vides Imperator Pontificum, & Imperatorum discrimen! si quisquam te offenderit, domum ejus publicas, & spolias, solam illi vitam relinquens, tandemque etiam illum vel suspendio necas, vel capite truncas, vel relegas, eumque longe à Liberis, & ab omnibus cognatis, & amicis suis amandas. Pontifices non ita; sed, ubi peccavit quis, & confessus fuerit, suspendii, vel amputationis loco, Evangelium, & crucem cervicibus ejus circumponunt, eumque, tanquam in carcerem, in Secretaria, sacrorumque vasorum æraria conjiciunt, in Ecclesiæ Diaconia, & in Catechumena ablegant, ac visceribus ejus jejunium, oculisque vigilias, & laudationem ori ejus indicunt: cumque probe castigarunt, tunc pretiosum illi corpus Domini impertiunt, & sancto illum sanguine potant; &, cum illum vas electionis restituerint, ac immunem peccati, si ad Dominum purum, & insontem transmittunt.* Quid præclarius sententia S. Nicolai (*a*)? *Cum ad verum ventum est Regem, & Pontificem, ultra sibi Imperator nec jura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorum usurpavit. Quoniam idem Mediator Dei, & hominum homo Christus Jesus sic actibus propriis, & distinctis dignitatibus officia potestatis utriusque discrevit, ut & Christiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus egerent, & Pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus uteretur. Quatenus actio spiritualis carnalibus distaret incursibus, & ideo militans Deo minime negotiis se sæcularibus implicaret; ac vicissim non ille rebus divinis præsidere videretur, qui esset negotiis sæcularibus implicatus.*

(*a*) L. L. Wisigoth. lib. 2. cap. 22.
(*b*) Cap. lib. 7. cap. 97.
(*c*) Osius epist. ad Constant.
(*d*) S. Gelas. epist. ad Anast. Imp.
(*e*) Symm. ad Anast.
(*f*) Greg. II. epist. Leon. Isaur.

TIT. IX.

De Instructione Causarum Criminalium.

CAPUT I.

De Accusationibus, & Informationibus.

1 Multis sæculis in discussione, vel inquisitione criminum, eorumque punitione non intervenerunt formalitates juris civilis, sed hæ primum circa sæculum XII. in forum ecclesiasticum irrepserunt. Sicut enim tum causæ civiles ex legum præscripto in judiciis ecclesiasticicis instrui, & decidi cœperunt, ita & causæ criminales in foro ecclesias-

(*a*) Nicol. 1. ep. ad Mich. Imp.

siastico secundum formam fori civili instrui cœperunt.

2 En ex Fleurianis (*a*) institutionibus synopsin veteris processus pœnitentialis! Quæcunque veteres de forma judiciorum ecclesiasticorum tradunt, ad condemnationem eorum, qui vel pravas doctrinas disseminant, vel morum turpitudine deformant Ecclesiam, hoc est, ad crimina pertinent. Nam in civilibus Ecclesia cognovit tantum per modum arbitrii. Sed omni tempore iis, qui seipsos accusarunt, salubrem pœnitentiam peccatorum injungendi, & eos, qui peccata negantes aliunde convicti sunt, castigandi jus habuit. Solemnia autem in his exularunt, nisi quæ absolutæ essent necessaria, ne sine causæ cognitione quis condemnatus videretur. Imprimis Sacræ Scripturæ præcepta observabantur, ne qua temere, præsertim adversus Presbyterum, & Episcopum, pro quibus tanta circumspectione electis militat præsumptio, reciperetur accusatio, nec facile crederetur, nisi quod duobus, vel tribus testibus probatum; ut in falsos testes statueretur jus talionis; ut rei, ad exemplum terroris, publice increparentur. Neque his regulis rem omnem absolvi putarunt, sed præterea studiose indagarunt, qui, qualesque essent accusatores, accusati, testes, quibus moribus, qua fama, quo animo, ita tamen, ut non inciderent in acceptionem personarum, divinis oraculis toties damnatam, quippe persuasi, fore, ut, quo judicio judicent, ipsi aliquando judicarentur. Tam sanctam normam sibi in judicando præstituerant primi Episcopi, assiduo memores, non Rhadamanthos se esse, sed Pastores.

3 Ordo judiciarius, quem in actis Conciliorum superstitibus veluti Ephesini, & Chalcedonensis deprehendimus, is erat. Querela libello exhibita accusatus ter, quaterque citatus, ut defensionis locus esset: si comparere detrectaret, contumacia, quæ crimen accerbissima pœna dignum reputabatur, depositione, vel excommunicatione vindicabatur. Comparens interrogatus audiebatur pro se dicturus; ipseque vicissim testes audiebat, instrumenta videbat; denique Episcopus sententiam pronuntiabat. Notarii, hoc est, Diaconi, vel Lectores, per sigla scribere prompti, cuncta, quæ in judicio fiebant, dicebantur tum à Judice tum à partibus, distincte ipsorum verbis, ne interruptionibus quidem, & exclamationibus omissis, consignabant, quibus instrumenta prælecta inserebantur. Atque acta asservabantur ab Episcopo, ut

(*a*) Fleur. J. E. p. 4. cap. 15.

ut de integritate judiciorum ecclesiasticorum constaret ad posteros. Hæc judiciorum ecclesiasticorum facies antiqua.

4 Forum conscientiæ internum, quo pœnitentiæ, peccata confitentibus impositæ, absolutiones sacramentales, & indulgentiæ canonicæ referebantur, semper distinctum fuit à foro externo justitiæ, in quo de criminibus, & de pœnis agebatur. Sensim tamen studium juris civilis solemnia formularum invexit in forum ecclesiasticum. Si querelæ illæ, scripto oblatæ, de quibus Canones loquebantur, haberi cœperunt pro accusatione formali, & inscriptione in crimen, præsertim in antiquis Decretalibus. *c.* 1. 3. & 4. *VI. q.* 8.

5 His convenienter Innocentius III. in Concilio Lateranensi IV. tria genera processus distinxit; utpote accusatorium, denuntiatorium, & inquisitorium: Qui accusat, præsens accusationem scripto exhibet, inscribitque in crimen, quo semet obligat ad talionem, si deficit. Si probat, accusatus ex præscripto Canonum pro natura criminis depositione, vel degradatione plectitur. Hic processus ad ammussim juris Romani effictus videtur, præsertim quum in illis Decretalibus solis ejus sit præsidium. *c.* 24. *de Accusat.*

6 Qui denuntiat, quem prius amica admonitione corripuit, ad inscriptionem in crimen non tenetur. Indicat enim Judici commissum crimen, nec publicam vindictam, sed accusati emendationem intendit: unde mitior pœna præter Canonum Decreta dictari potest. *c.* 16. *de Accus.* Præceptum Evangelicum de correctione fraterna latissime patet, quippe à veteribus etiam Judici commendatum. Ipsæ spuriæ Decretales, quæ accusationum, rigorem in foro ecclesiastico pepererunt, admonitionem amicam accusationi præmitti volunt.

7 Nostris moribus fere solus processus Inquisitorius superest, quem Judex ipse sine accusatore, vel denuntiatore, sola diffamatione, hoc est, rumore publico motus, suscipit. Hic procedendi modus inde à Concilio Lateranensi tritissimus est etiam in Curiis sæcularibus, quæ processum Curiarum ecclesiasticarum tum in civilibus, tum in criminalibus adoptarunt. Hinc nata sunt examina nostra, seu informationes, quæ in criminalibus vocantur, & inquisitio ad diffamationem recidit ad id, quod appellamus informationem ex officio, quando Judex de crimine in flagranti, coram, illico, testes audit, quod raro hodie contingit.

8 Ab his tribus generibus distinguitur quartus modus crimen proponendi specie exceptionis, veluti recriminatio contra accusatorem, vel rejectio testis. Quo casu nec inscriptione in crimen, nec alia solemnitate opus, quum non

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

accusandi, sed defendendi animo crimen proponatur. Idem dicendum, si in processu civili crimen obiter objicitur, ne pars adversa promoveatur ad beneficium. *c.* 16. *de Accus.* Ast hæ distinctiones in Francia exoleverunt, ubi Curiarum ecclesiasticarum processus criminalis ad criminalem processum sæcularium tribunalium, & ad constitutionem ann. 1670. proditam, quoad ejus per diversitatem causarum, & personarum fieri potest, conformatur.

9 Primus actus memorabilis est informatio, quam Judex plerumque à privato homine, vel à Promotore (Fiscali) imploratus suscipit. Solus Promotor accusare, & postulare potest, ut reus puniatur, ut ad frugem, ad scandalique reparationem adigatur, ut Ecclesia indigno ministro purgetur. Privati tantummodo secreto denuntiant crimen, damnumque datum, & lucrum cessans civili actione petunt; ubi tamen opus est, ut accusatus sit Clericus. Si Laicus esset, & Officialis de interesse civili pronuntiaret; Judices regii *abusum abusum* ingeminarent.

10 Promotor, quia causa officii crimina publica prosequitur, haud ad inscriptionem tenetur, aut ad talionem, nec in expensas damnatur, etsi causa ceciderit (*a*). *Sed, si nec delictum, nec famam, nec vehementem aliquam præsumptionem probaverit, sed calumniose, & dolose aliquem in jus vocasse reperietur; si inquisitum, seu accusatum ante sententiam publice diffamaverit, aliave præstiterit, ex quibus animus depravatus elici possit, in expensas, & damna, & interesse, actionemque injuriarum condemnandus venit.* Facit eo Ordinatio Mechliniensis Provinciæ.

11 Oportet vero, Promotorem esse stipatum Decreto Judicis, ut ad informationem procedat. Et quidem, si de crimine commisso constet, sed auctor criminis omnino ignoretur, generali informationi locus est, ut per examen testium, qui de negotio informati censetur, aut per alia, quæ conducere viderentur, auctor criminis explorari queat.

12 Quantum ad specialem inquisitionem contra personam particularem, & individuam præscriptum est, ut saltem quædam indicia, quæ Judici illam personam de crimine commisso reddant merito suspectam, præcedant. Sic enim praxis publicæ diffamationi, & alia indicia substituit, quæ clamorosæ insinuationi æquivalent.

13 Processus inquisitionis hodie utroque foro ordinarius est. Hinc & denuntiatio, quæ sæpius admittitur, nihil aliud ope-

(*a*) Ordin. Mechlin. tit. 11. art. 60.

operatur, quam quod loco diffamationis, vel querelæ vim aperiat ad inquirendum ex officio. Commendatur inde Judici, ut, antequam denuntiationem suscipiat, denuntiantis qualitatem, ingenium, mores, aliasque conditiones tum personarum, tum rerum diligenter perscrutetur, necui temere molestiam, aut expensas suscitet. Si denuntiator falso, aut temere obrepserit, damnandus est in expensas, & interesse. Ideo, reperta calumnia, & Fiscalis Procurator cogitur nominare delatorem propter expensas, aliaque damna, & interesse parti resarcienda. Ergo non facile debet Procurator, vel Promotor instigatorem occultum audire, nisi prius privata scriptura subscribat, veramque esse affirmet accusationem.

14 Ad instantiam Promotoris inde Judex testibus diem assignat, sub pœna mulctarum ad eleemosynas, aut carceris per implorationem brachii sæcularis. Si comparent, ad jusjurandum adigit, & depositiones transcribit, informationemque Promotori tradit, ut, prout reus gravatus est, conclusiones suas inde effigiat. Hæc informatio cum præparatoria tantum sit utpote, ut Judex sciat, num sint sufficientia indicia ad actionem criminalem instituendam, aut ad notitiam auctoris capiendam, & institui potest adversus absentem, nulla præcedente contumacia, examinanturque testes parte haud citata. Informatio enim debet capi secretissime, tum, ne innocens, si sit, immature diffametur, tum ne, siquis reus sit, fuga præcipiti elabi possit.

15 Paratis conclusionibus Promotor in causis levioris momenti postulat, ut accusatus compareat, quia audiendus est, quo ipso processus in ordinarium desinit. In causa graviore accusatum vadatur, vel prehendendum postulat, & Judex decernit. Judices ecclesiastici inde ab aliquot sæculis sunt in possessione carceris. *c.* 13. *XVII. q.* 4. Cap. 2. De capt. & citat. accusat.

16 Juxta leges civiles *de custodia reorum Proconsul æstimare solet, utrum in carcerem recipienda sit persona, an militi tradenda, vel fidejussoribus committenda, vel etiam sibi. Hoc autem vel pro criminis, quod objicitur, qualitate, vel propter honorem, vel propter amplissimas facultates, vel pro innocentia personæ, vel pro dignitate ejus, qui accusatur, facere solet.* Refert. *L.* 1. *de Cust. & exhibit. reor.*

17 Exemplo hujus discretionis prescripsit Bonifacius: Clericos, veluti honorabiles personas, non facile esse carceri mancipandos, *nisi excessus enormitas, vel alia causa rationalis*; v. g. periculum fugæ eos *suaserit detinendos.* Refert. *cap.* 15. *de Sent. Excommun. in* 6.

18 En exempla : inquit Concilium Tridentinum (a) : *In criminibus ex incontinentia provenientibus — & in atrocioribus delictis , depositionem , aut degradationem requirentibus , ubi de fuga timetur , ne judicium eludatur , & ideo opus sit personali detentione , possit initio solus Episcopus ad summariam informationem , & necessariam detentionem procedere.*

19 In Gallia Judices ecclesiastici propria auctoritate carcerem habere non possunt (b) , nisi in ipsorum Prætoriis , vel domibus Episcopalibus. Extra prætorium , aut in transferendis prænensis adhibendum est brachium sæculare ; cui fini olim à Judice sæculari obtinendum erat mandatum , quod *pareatis* vocabatur , quo post edictum ann. 1695. non amplius opus est.

20 Si post interrogationes captivi causam levioris esse momenti deprehendit , vel captivum de fuga nihil suspectum credit , aut non satis de delicto constat , aut aliæ circumstantiæ suffragantur , Judex decernere potest , ut dimittatur sub cautione , vel fidejussoria , vel juratoria de judicio sisti. Interdum Judex accusatum militibus custodiendum tradit , aut alteri tuto loco committit , donec diligentius inquiri possit. Interea processus continuatur.

21 Quantum ad carcerem meminisse oportet , eum non ad pœnam , sed ad custodiam esse institutum. Præcipiunt Leges Romanæ , captivis à custodibus humanitatem esse adhibendam. Eo spectant & recentiora edicta , quorum quædam præcipiunt , causas captivorum cito terminari ; alia volunt , ab inferioribus Judicibus nomina captivorum quater per annum ad superiores Judices transmitti ; nonnulla statuunt , ut per singulos menses visitentur ab Officiariis , & Judicibus captivi , interrogandi , tum super iis , quæ ad causæ expeditionem conducere possunt , tum & semper his, quæ ad vitæ necessitatem subministrari oportet. *Judices ergo sint in assumendis Custodibus , seu Commentariensibus vigilantes , & prudentes , ne quibusvis citra delectum hoc officium committant , quin potius eligant viros bonos , cordatos , humanos , mites , misericordes , benignos , affabiles , pios , bonæ conscientiæ , timentes Deum , qui suis captivis diligenter necessaria subministrent , eos subinde consolentur , & ut pii Patresfamilias in quibusvis necessitatibus juvamen , & solatium præbeant afflictis. Nihil piaculi , nihil spurcitiæ , nihil exactionis , nihil impesturæ , nihil fraudis , nihil criminis , nihil denique maleficii , aut per se , aut per alios in suos carceres irrepere sinant.*

(a) Trid. sess. 25. cap. 6. (b) Fleur. §. 1. in fin. cit. loc.

22 Veteres Christiani Principes præcipue Episcopis tam paternam sollicitudinem in captivos commendarunt. In appendice Codicis Theodosiani hæc lex Honorii radiat : *Eam quoque Sacerdoti concedimus facultatem , ut carceris ope miserationis aulas introeat , medicetur ægros , alat pauperes , consoletur insontes ; & cum singulorum causas cognoverit , interventiones suas apud Judicem competentem suo jure moderetur.* Lex Justiniani eo argumento superest. *L. 22. C. de Episc. Audient.*

23 Recentius nemo illustrius , quam S. Carolus hanc Pastoralem sollicitudinem Episcopis insinuavit. In Concilio Mediolanensi III. S. Archiepiscopus monuit (a) , *ut Episcopus non solum per certos homines — sed etiam ipse aliquando carcerem in anno visitet ; in eoque inclusos paterna charitate consoletur , pieque in Domino adhortetur. Videat item , ut eis ad corporis sustentationem , & ad justum patrocinium non desit quidquam , tum imprimis non spiritualis libri lectio , non crebræ religiosorum hominum cohortationes , tum ne aliquid ad animæ salutem.*

24 Concilium Toletanum ann. 1565. præcipit (b), *ut Episcopi saltem quodlibet mense carceres , quos ad reorum custodiam opportunos habere debent , ipsosque reos , illis detentos , per seipsos , si præsentes in eodem loco sint , visitare teneantur.* Quam & hodie optanda esset Pastorum in visitandis carceribus , & captivis hæc cura , quia plerumque misera , & diuturna est incarceratorum , omni subsidio spirituali temporalique destitutorum , conditio , ut , antequam nocentes declarentur , morte durius sæpe luant.

25 Accusatus , captus , vel vadatus tenetur isepmet comparere , quia in causis criminalibus non admittitur Procurator , nisi forte ad excusandam absentiam ex morbo , vel alio, legitimo impedimento , quo detinetur , ut in judicio comparere non possit.

26 Præcipit Ordinatio Galliæ de ann. 1670, ut accusatus, qui pro crimine in carcere detinetur , intra 24. horas suæ captivitatis interrogetur. Promotoris , veluti accusatoris est , articulos interrogatoriales proponere. Hinc secundum Ordinem Provinciæ Mechliniensis (c) , *si Promotor per incarcerationem cœperit , statim vel ad minimum infra triduum libel-*

cap. 3. De Examin.

(a) Concil. Mediol. III. tit. de iis quæ ad Episcop. for. pertin.
(b) Conc. Tol. act. 2. decret. 13. (c) Ord. Mechlin. tit. 11. cap. 55.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

bellum exhibebit super excesibus, & delictis, qui tradetur Judici, aut ejus Commissariis à Judice nominandis.

27 Hæc interrogatoria non faciunt libellum; sed potius sunt ea, quæ vel per informationem præviam, vel per alias circumstantias apprehensionis Promotor ad onus captivi accepit. Nam aliquando & sine informatione ex aliis factis (*a*), & inductionibus, quæ apprehensionem comitabantur, articuli interrogationum formari queunt.

28 His interrogatoriis Judici, seu Commissariis exhibitis, in præsentia Promotoris, vel etiam Advocati Fiscalis (si adesse velit) secundum prædictum libellum reus examinandus est, incumbitque Judici, vel Commissariis, diligenter animadvertere si reus constans sit, an vacillet. Reus enim sine mora illa interrogata respondere tenetur.

29 Responsiones rei in scriptis redactæ, Promotori traduntur, qui, communicato cum Advocato Fiscali consilio, demum concludit pertinenter contra reum, offertque Promotor probare. Captivo autem datur terminus ad se justificandum. Si aliquas justificationes, & facta contraria exhibuerit, Promotor scripto replicare poterit, & procedetur ulterius, salvo, quod in his causis incarceratorum de triduo ad triduum procedatur.

30 Responsiones rei in scriptis redactæ solent & aliis Fiscalibus, officialibusque communicari, ut iis visis capiant conclusionem pro exigentia causæ, & prout ipsis expedire videbitur. Quodsi repererint confessionem sufficientem, jus desuper pronuntiari requirunt: sin minus, statuetur, ut testes iterato interrogentur, & si opus, cum reo componantur, quod ut fiat, prorogatio non conceditur, nisi pro prudentia, & moderatione Curiæ.

31 Si reus delictum negat, instaurandum est examen testium, qui ad informationem præviam auditi fuerant. Nam testes ante litis contestationem recepti nullam fidem faciunt contra reum, cum sint examinati ipso non citato, ut eos videret jurare. Igitur hæc repetitio cum omnibus illis qualitatibus fieri debet, quæ requirerentur, ubi testes isti repetendi nunquam fuissent examinati. Quemadmodum ergo quisque testis separatim audiri, ita & reexaminari debet. Testis, qui post recollectionem suam depositionem retractat, veluti falsus punitur.

32 Interdum quando testis aliquid deponit directe contrarium ei (*b*), quod dixit reus; vel ipse testis deponit de visu, tunc jubetur suam depositionem renovare in conspectu ipsius rei, atque hæc renovatio depositionis *confrontatio*, quasi facta à fronte ad frontem, vocari solet. Sæpe & rei invicem (*a*), utpote delicti complices confrontantur. Confrontationes æque, ac reexaminationes separatis scriptis consignandæ sunt. Judex, postquam tum à reo, tum à testibus requisivit, an invicem se noscant, legit depositionis primum articulum, qui espectat nomen, ætatem, qualitatem, & locum, ubi degebat. Abhinc urget reum, ut in instanti exceptiones, si quas habet, contra testes opponat. Si testes his exceptionibus responderint, aut reus declaraverit, se nihil habere, quod opponat, legitur depositio. Qua lecta non recipiuntur amplius reprobationes, nisi eas reus scripto justificare possit.

(*a*) Gibert. in not. n. 3. (*b*) De Confront.

33 Post confrontationem causa præparata censetur, & Promotori traditur ad eliciendas conclusiones definitivas; qui tamen adhuc conclusiones præparatorias formare potest, & postulare, ut hoc vel illud informationi addatur (*b*), ut hic, vel ille testis audiatur.

34 Dandæ sunt & reo dilationes, & defensiones competentes, ut delictum vel excusare, vel & innocentiam suam probare queat. Jure scripto decernitur, ut Inquisito exponantur illa capitula, de quibus fuerit inquirendum; & non solum dicta, sed etiam nomina testium (ut, quid, & à quo sit dictum, appareat) ei publicentur. *c.* 24. *de Accusat.* In praxi placet, dare nomina testium confusa, & separata ab eorum depositionibus, ne possint scire, quid ab unoquoque eorum dictum fuerit.

35 Causa plene instructa, Judicis est, processum diligenter discutere, visurus, an probationes sint ad condemnationem rei sufficientes. Oportet enim probationes in criminalibus causis ad decernendum supplicium esse plenas, liquidas, & luce meridiana clariores. Non vacat periculo, quod in Gallia aliquando ex præsumptionibus, & conjecturis reus damnetur. *L.* 25. *C. de Probat.*

36 Hodie Practica generalis observat, quod reum, & sponte confessum Judex remittat in carcerem, & apud acta præfigat ei terminum ad allegandum, quidquid vult, & ad omnes suas defensiones faciendas, ne condemnetur: quo elapso, si nihil probat, damnandus est.

37 Præjudicium sæcularibus judiciis passim obrepsit (*c*), reum, tametsi plene convictum, damnari ad supplicium non pos-

(*a*) Gibert. not. n. 11. &c. (*b*) Fleur. §. 3. (*c*) De Tortur.

posse, nisi crimen confessus fuerit. Inde quæstionibus per torturam, ad eliciendam rei confessionem, frequens locus. Juxta Ulpianum: *Res est fragilis, & periculosa, & quæ veritatem fallat. Nam plerique patientia, sive duritia tormentorum ita tormenta contemnunt, ut exprimi eis veritas nullo modo possit; alii tanta sunt impatientia, ut in quovis mentiri, quam pati tormenta, velint. Ita fit, ut etiam vario modo fateantur, ut non tantum se, verum etiam alios comminentur.* Superest. *L.* 1. §. 23. *ff. de Quæstion.*

38 In judiciis ecclesiasticis placuit torturam abolere, forte, quod vererentur, per sanguinis effussionem, vel mortem torti irregularitatem contrahi. Quid verius sententia S. Augustini (*a*)? *Cum quæritur*, inquit, *utrum sit nocens, cruciatur, & innocens luit pro incerto scelere certissimas pœnas, non quia illud commisisse detegitur, sed quia non commisisse nescitur; ac per hoc ignorantia Judicis est plerumque calamitas innocentis.*

39 His, aliisque rationibus placuit cultoribus sæculis, & regnis torturas & ex sæcularibus tribunalibus expungere. Quippe reus de crimine vel est plene convictus, vel non? Si ita? & citra confessionem suam supplicio tradi potest. Si non? Iniquum est, eum dare pœnas, sepe ipsa morte acerbiores. Quid ni sufficiat, reum luere pœnas, quas meruisse probatus est? Enimvero confessio, tormentis expressa, exiguam, aut nullam fidem, etsi extra conspectum torturæ renovata sit, mereri æquis Censoribus detur.

Cap. 4. De Purgat. vulg.

40 Novo jure generatim expunctæ sunt purgationes vulgares, quæ barbaris sæculis, ad probanda crimina occulta, solemnes non minus, quam frequentes habebantur, quia censebantur vulgariter, dicebanturque passim judicia divina. *c.* 25. *II. q.* 5.

41 Horum varii, & religiosi modi fuere, quorum frequentiores memorantur tres; utpote per aquam frigidam, per aquam calidam, & ferrum candens. Meminit veteris ritus Hincmarus Rhemensis (*b*): *In aquæ frigidæ judicio*, inquit, *constare videtur, quod innoxii submergantur, culpabiles supernatent.* En ritum: *Colligatur autem fune, quo examinandus in aquam frigidam dimittitur — scilicet, ne aut aliquam possit fraudem in judicio facere, aut si aqua illum velut innoxium receperit, ne in aqua periclitetur, ad tempus valeat retrahi.*

42 Religio prolixiorem solemnitatem persuasit. Primo ho-

(*a*) S. Aug. de Civit. Dei lib. 19. c. 6. (*b*) Hincm. de divort. Lothar.

homines mittendi ad comprobationem judicii aquæ, peracto prius trium dierum jejunio, adducebantur in Ecclesiam, ibique super eos in oratione prostratos Presbyter aliquas preces fundebat, quibus Deum deprecabatur, ut veniam poscentibus indulgere dignaretur, & ab eis iram suæ indignationis avertere. His completis surgebat Presbyter una cum illis, & coram ipsis Missam canebat, quæ inde Missa judicii, eoquod specialiter in eum finem composita esset, dicebatur.

43 Hujus orationes speciatim dirigebantur, ut per hanc probationem Deus manifestam facere veritatem dignaretur. Prima collecta hæc erat: *Absolve quæsumus Domine tuorum delicta famulorum, ut — in hoc judicio, prout meruerunt, tua justitia præveniente ad veritatis censuram pervenire mereantur.* In præfatione inter alia dicebatur: *Supplices exoramus, ut famulos tuos illos non de præteritis judices reatibus, sed hujus culpæ veritatem spectantibus insinues &c.* Benedictio ad judicium inter alia continebat: *Fac in conspectu populi tui, ut nullis malorum præstigiis veritatis tuæ fuscentur examina.* Et post communionem: *Et in famulis tuis veritatis sententiam declaret.* Dum in Missa perventum erat ad communionem, antequam communicarentur, adjurabat eos Sacerdos, dicens: *Adjuro vos illum, & illum per Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, & per vestram christianitatem, quam suscepistis, & per Unigenitum Dei Filium, & per Sanctam Trinitatem, & per sanctum Evangelium, & per istas SS. Reliquias, quæ in ista Ecclesia sunt, & per istud Baptisma, quo vos regeneravit Sacerdos, ut non præsumatis ullo modo communicare, neque accedere ad altare, si hoc fecistis, aut scitis, quis hoc egerit.* Singulis tacentibus Sacerdos porrigebat S. Eucharistiam dicens: *Corpus hoc, & Sanguis D. N. sit tibi ad probationem hodie.* Meminit hujus Missæ, & formulæ Concilium Wormatiense in Decreto Gratiani. *c.* 23. & 26. *II. q.* 5.

44 Missa expleta Sacerdos aquam benedicebat, pergebatque ad locum probationi destinatum, dabatque illis de aqua bibere, dicebatque singulis: *Hæc aqua fiat tibi ad probationem.* Abhinc orabat Deum, *ut virtutem suæ benedictionis his aquis infundere, & novum, ac mirabile signum in eis ostendere dignetur, ut innocentes à crimine — cujus examinationem agimus, more aquæ in se recipiant, & in profundum pertrahant: conscios autem hujus criminis à se repellant, atque rejiciant &c.* His finitis exuebantur Purgatores propriis vestibus, singulique osculabantur Evangelium, & crucem Christi & aqua benedicta super omnes aspergebatur, & projicie-

bantur singuli in aquam. Adstantes autem omnes jejunare oportebat.

45 Refert reliquum veterem ritum vulgaris purgationis Mabillonius (*a*), ubi & dicitur: *Hoc autem judicium creavit Omnipotens Deus, & verum est, & per Dominum Eugenium II. Apostolicum inventum est, ut omnes Episcopi, Abbates, Comites, seu omnes Christiani per universum orbem id observare studeant; quia à multis probatum est, & verum inventum est. Ideo enim ab illis inventum est, & institutum, ut nulli liceat super sanctum Altare manum ponere, neque super reliquias, vel Sanctorum corpora jurare.* Sed hæc historia Natali Alexandro perquam suspecta est.

46 Quidquid hujus sit, id certo constat, purgationes vulgares satis diu per diversas Provincias Occidentis viguisse, ea tamen cautela, ut non adhiberentur, nisi defectu aliarum probationum. Statuit Jus Feudale Saxonum (*b*): *Aqua, vel ferro non licet in aliqua causa experiri, nisi, in qua modis aliis non poterit veritas indagari.*

47 Subinde spuriæ Decretales vetus præjudicium subruerunt. Gratianus in eam rem exhibet Decretum S. Gregorii tum & Stephani V. *c.* 7. & 20. *II. q.* 5. Sed juxta correctionem Romanam Decretum S. Gregorii restituendum est Alexandro II. *c.* 7. *ibi.*

48 Nec inter Epistolas Stephani V. ulla est epistola ad Episcopum Moguntinum. Alexander tamen III. (*c*) præjudicio Gratiani rescripsit Archiepiscopo Upsalensi: *Ferventis vero aquæ, vel candentis ferri judicium Catholica Ecclesia contra quemlibet etiam, nedum contra Episcopum, non admittit. Unde Stephanus V. &c.*

49 Jure novo passim censura Pontificum purgationes vulgares proscripsit. Innocentius III. Episcopum, qui judicio ferri candentis auctoritatem præstat, indignum altaris ministerio declarat, *c.* 10. *de Excess. Prælat.* Honorius III. scribit, Fratres Templarios esse compellendos, ut à probatione ferri candentis desistant, cum hujusmodi judicium sit penitus interdictum, utpote in quo Deus tentari videtur. *c.* 5. *de Purg. Vulg.* Vetat Concilium Lateranense IV. ne ullus Subdiaconus, Diaconus, vel Sacerdos purgationi vulgari aquæ ferventis, vel frigidæ, seu ferri candentis ritum cujuslibet benedictionis, aut consecrationis impendat. *c.* 9. *ne Cler. vel Monac. Sæcul. Negot.*

Su-

(*a*) M bil. tom. 1. analect. (*b*) Jus Feud. Saxon. cap. 24. art. 19.
(*c*) Alexand. III. Ep.

50 Superest jure Decretalium frequens mentio purgationis canonicæ. Refert Gratianus Decretum Concilii Agathensis eo tenore (*a*): *Si accusatores legitimi non fuerint, qui ejus* (Clerici) *crimina manifestis judiciis probare contenderint, & ipse negaverit, tunc ipse cum sociis septem ejusdem ordinis, si valet, à crimine seipsum expurget.* Hoc Decretum inter Canones Concilii Agathensis haud reperiri potuit. *c.* 12. *V. q.* 2.

51 In Decretis S. Gregorii puriores sunt fontes hujus purgationis. Inter alia inquit S. Pontifex: *Sed, nequid videretur omissum, quod nostro potuisset cordi dubium remanere, ad B. Petri sacratissimum corpus districta eum ex abundanti fecimus Sacramenta præbere.* Refert. *c.* 6. *V. q.* 3.

52 Quum autem hæc purgatio in propria causa exigui videretur ponderis ad probandam diffamati innocentiam; ideo & veteribus placuit, ut juramentum rei fide plurium testium, ejusdem ordinis, qui Sacramentales dicebantur, stiparetur. In Capitularibus statuitur (*b*): *Quod si negare voluerit, cum duodecim Sacramentalibus juret.* Et alio loco: *Juret cum suis Sacramentalibus.*

53 Jure Decretalium juxta prætensum Decretum Concilii Agathensis ad purgationem Presbyteri septem testes ejusdem ordinis requiruntur; Diaconus vero, si de eodem crimine accusatus fuerit, cum tribus Diaconis se expurget. *c.* 2. *de Purg. Canon.*

54 Quia autem mos tulit, quod juramenta tactis SS. Evangeliis, vel Sanctorum Reliquiis præstarentur, inde in antiquis legibus, recentioribusque Canonibus dicebatur purgatio manu quinta, sexta, septima, duodecima fieri. Supersunt hujus rei argumenta. *c.* 5. 8. 10. & *ibi.*

55 Quippe numerus Compurgatorum præcise definitus haud est. Inquit Ivo Carnotensis (*c*): *Posuerunt autem in discretione Episcoporum, ut secundum quod audiunt malam famam Presbyterorum crebrescere, vel ingravescere, exigant purgatoria Sacramenta ab infamatis, cum tribus, aut quinque, aut septem Collegis.*

56 A Compurgatoribus exigitur juramentum credulitatis, utpote, quod credant, reum verum jurasse. *c.* 13. & 14. *de Purgat. Canon.* Juxta Innocentium III. Episcopus (*infamatus de simonia*) *jurabit primum super sancta Dei Evangelia, quod pro Ecclesia S. Petri Presbytero P. danda, nec ip-*

(*a*) De Purg. Canon. (*b*) Capitul. lib. 5. cap. 52. & 62.
(*c*) Ivo Carnot. epist. 206.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ipse per se, nec per submissam personam, nec aliquis pro eo, se sciente, pretium recepit; deinde Purgatores supra sancta Dei Evangelia jurabunt, quod ipsi credant, *eum verum jurasse.* Refert. *c. 5. ibi.*

57 Ut Purgatores mereantur fidem, oportet eis vitam, & conversationem, veluti rationem credulitatis, infamati esse perspectam. *Ut autem idonei appareant*, ait Alexander III. *necesse est, ut ejus, quem purgare debent, vitam, & conversationem agnoscant.* Refert. *c. 7. de Purgat. Can.* Si ergo de transacto crimine agitur, *Compurgatores sint, qui conversationem, & vitam ipsius non tam moderno tempore noverunt, quam transacto*, quia ratio testimonii ad tempus commissi criminis refertur. *c. 10. ibi.*

58 Sint ergo conjuratores, utpote quibus perspectior esse potest vita, & conversatio infamati, ejusdem ordinis, & status, ipsique talis honestatis, & opinionis laude, *ut verosimile sit, eos nolle amore, vel odio, seu obtentu pecuniæ pejerare*, ut loquitur Pontifex. *c. 7. d. t.* sive, quemadmodum alibi dicitur, fide sint Catholici, & vita probati. *c. 10. eod.*

59 Hodie tum in Curiis sæcularibus tum in Curiis ecclesiasticis nullus, aut perrarus est usus purgationis Canonicæ; cum fragilis, fallax, & incerta sit, eoquod ab hominum judicio dependeat. Et vero plerumque difficile, aut & aliquando impossibile foret, in tanto numero Compurgatores invenire. Placuit ergo vulgata regula, quod actore plene non probante, reus absolvatur. Nam in levioribus delictis ex tanta frequentia juramentorum vilescere videretur religio divini Numinis: & in majoribus delictis posset suboriri periculum perjuriorum.

* 60 Quid in morali doctrina superest terribilius, quam & levia Cleri delicta esse in rationibus divinæ justitiæ gravissima? Inter opera S. Cypriani hæc relucet sententia (*a*): *Propter malignantium insolentiam altare suum Deus repellit, & sanctificationibus maledicit, odit sabbatha, abominatur solemnia, odoramenta fœtent, displicent holocausta. In his omnibus laborare se dicit Deus, nec esse voluntatem suam in ministris impuris, indignatione districta testatur.* Juxta S. Gregorium Naz. (*b*) *Nobis* (Clericis) *hæc una virtutis lex, ne legitimis quidem, atque ab omnibus neglectis, succumbere vitiis.* Inquit S. Ambrosius (*c*): *Neque mediocris virtus sacerdotalis est, cui cavendum non solum, ne gravioribus flagitiis sit*

(*a*) Int. Op. S. Cypr. serm. de C. Dom. (*b*) S. Greg. Naz. Orat. 3.
(*c*) S. Ambr. lib. 10. epist. 82.

sit affinis, sed ne minimis quidem. Ex sententia S. Chrysostomi (*a*) *si ab omnibus abstinuerit, magnus est. Si autem vel levia peccaverit, nihil illi prodest sacerdotalis dignitas ejus.* Quid disertius sententia S. Bernardi (*b*)? *Inter sæculares nugæ, nugæ sunt, in ore Sacerdotis blasphemiæ — consecrassi os tuum Evangelio: talibus jam aperire illicitum, assuescere sacrilegium est.* En Concilii Tridentini expressa monita (*c*): *Levia*, inquit, *etiam delicta, quæ in ipsis maxima essent, effugiant, ut eorum actiones cunctis afferant venerationem.* Audi denique & rationes S. Cyrilli (*d*): *Opus est, qui ad munus adeo augustum provecti sunt, non ab iis modo vitiis, quæ aperte, manifesteque damnantur, sed etiam ab omni actione, cum qua vitii alicujus opinio, & existimatio parum honesta, & multarum suspicionum dedecus conjunctum est, abstinere.*

TIT. X.

De Sententiis, & Executione.

CAP. I.

De Diversis Speciebus Sententiarum.

1 Per totum ordinem forensis processus multæ sunt partes Judicis. Hic enim decernit citationes, cogit testes, discernit instrumenta, reliquasque quæstiones, quæ vel incidunt, vel emergunt, sua auctoritate decidit. *L. 14. ff. de re Judic.*

2 Hæc Decreta Judicis jure novo passim sententiæ interlocutoriæ dicuntur, quia, suspensa causa principali, Judex mere interloquitur, decernendo ea, quæ necessaria videntur, ut principale negotium melius terminari queat.

3 Sententia interlocutoria duplex est. Una mere, & simpliciter interlocutoria dicitur: altera vim definitivæ habet; unde à sententia definitiva fere solo nomine distat, eo quod articulum contingat, ex quo aut causæ principalis præjudicium pendet, aut aliunde damnum irreparabile imminet. Cum enim hujusmodi sententia non per interim, seu provisorio modo, sed articulum illum, ex quo periculum causæ principalis, quod reparari nequit, dependet, absolute dirimat,

(*a*) S. Chrys. hom. 10. in Matth. c. 5. (*b*) S. Bern. de Consid. lib. 2. c. 13.
(*c*) Trid. sess. 22. cap. 1. (*d*) S. Cyrill. de Adorat. lib. 12.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ipse per se, nec per submissam personam, nec aliquis pro eo, se sciente, pretium recepit; deinde Purgatores supra sancta Dei Evangelia jurabunt, quod ipsi credant, *eum verum jurasse.* Refert. *c. 5. ibi.*

57 Ut Purgatores mereantur fidem, oportet eis vitam, & conversationem, veluti rationem credulitatis, infamati esse perspectam. *Ut autem idonei appareant*, ait Alexander III. *necesse est, ut ejus, quem purgare debent, vitam, & conversationem agnoscant.* Refert. *c. 7. de Purgat. Can.* Si ergo de transacto crimine agitur, *Compurgatores sint, qui conversationem, & vitam ipsius non tam moderno tempore noverunt, quam transacto*, quia ratio testimonii ad tempus commissi criminis refertur. *c. 10. ibi.*

58 Sint ergo conjuratores, utpote quibus perspectior esse potest vita, & conversatio infamati, ejusdem ordinis, & status, ipsique talis honestatis, & opinionis laude, *ut verosimile sit, eos nolle amore, vel odio, seu obtentu pecuniæ pejerare*, ut loquitur Pontifex. *c. 7. d. t.* sive, quemadmodum alibi dicitur, fide sint Catholici, & vita probati. *c. 10. eod.*

59 Hodie tum in Curiis sæcularibus tum in Curiis ecclesiasticis nullus, aut perrarus est usus purgationis Canonicæ; cum fragilis, fallax, & incerta sit, eoquod ab hominum judicio dependeat. Et vero plerumque difficile, aut & aliquando impossibile foret, in tanto numero Compurgatores invenire. Placuit ergo vulgata regula, quod actore plene non probante, reus absolvatur. Nam in levioribus delictis ex tanta frequentia juramentorum vilescere videretur religio divini Numinis: & in majoribus delictis posset suboriri periculum perjuriorum.

* 60 Quid in morali doctrina superest terribilius, quam & levia Cleri delicta esse in rationibus divinæ justitiæ gravissima? Inter opera S. Cypriani hæc relucet sententia (*a*): *Propter malignantium insolentiam altare suum Deus repellit, & sanctificationibus maledicit, odit sabbatha, abominatur solemnia, odoramenta fœtent, displicent holocausta. In his omnibus laborare se dicit Deus, nec esse voluntatem suam in ministris impuris, indignatione districta testatur.* Juxta S. Gregorium Naz. (*b*) *Nobis* (Clericis) *hæc una virtutis lex, ne legitimis quidem, atque ab omnibus neglectis, succumbere vitiis.* Inquit S. Ambrosius (*c*): *Neque mediocris virtus sacerdotalis est, cui cavendum non solum, ne gravioribus flagitiis sit*

(*a*) Int. Op. S. Cypr. serm. de C. Dom. (*b*) S. Greg. Naz. Orat. 3.
(*c*) S. Ambr. lib. 10. epist. 82.

sit affinis, sed ne minimis quidem. Ex sententia S. Chrysostomi (*a*) *si ab omnibus abstinuerit, magnus est. Si autem vel levia peccaverit, nihil illi prodest sacerdotalis dignitas ejus.* Quid disertius sententia S. Bernardi (*b*)? *Inter sæculares nugæ, nugæ sunt, in ore Sacerdotis blasphemiæ — consecrassi os tuum Evangelio: talibus jam aperire illicitum, assuescere sacrilegium est.* En Concilii Tridentini expressa monita (*c*): *Levia*, inquit, *etiam delicta, quæ in ipsis maxima essent, effugiant, ut eorum actiones cunctis afferant venerationem.* Audi denique & rationes S. Cyrilli (*d*): *Opus est, qui ad munus adeo augustum provecti sunt, non ab iis modo vitiis, quæ aperte, manifesteque damnantur, sed etiam ab omni actione, cum qua vitii alicujus opinio, & existimatio parum honesta, & multarum suspicionum dedecus conjunctum est, abstinere.*

TIT. X.

De Sententiis, & Executione.

CAP. I.

De Diversis Speciebus Sententiarum.

1 Per totum ordinem forensis processus multæ sunt partes Judicis. Hic enim decernit citationes, cogit testes, discernit instrumenta, reliquasque quæstiones, quæ vel incidunt, vel emergunt, sua auctoritate decidit. *L. 14. ff. de re Judic.*

2 Hæc Decreta Judicis jure novo passim sententiæ interlocutoriæ dicuntur, quia, suspensa causa principali, Judex mere interloquitur, decernendo ea, quæ necessaria videntur, ut principale negotium melius terminari queat.

3 Sententia interlocutoria duplex est. Una mere, & simpliciter interlocutoria dicitur: altera vim definitivæ habet; unde à sententia definitiva fere solo nomine distat, eo quod articulum contingat, ex quo aut causæ principalis præjudicium pendet, aut aliunde damnum irreparabile imminet. Cum enim hujusmodi sententia non per interim, seu provisorio modo, sed articulum illum, ex quo periculum causæ principalis, quod reparari nequit, dependet, absolute dirimat,

(*a*) S. Chrys. hom. 10. in Matth. c. 5. (*b*) S. Bern. de Consid. lib. 2. c. 13.
(*c*) Trid. sess. 22. cap. 1. (*d*) S. Cyrill. de Adorat. lib. 12.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

mat, revera idem effectus est sententiæ interlocutoriæ, ac difinitivæ. *Arg. L. 2. ff. de Appel. Recip.*

4 Expressit hanc differentiam Synodus Tridentina, vetando (*a*), *ut neque appellationes, à sententiis Ordinariorum interpositæ, per Superiores quoscunque recipiantur; eorumve commissio, aut inhibitio non fiat, nisi à definitiva, vel à sententia vim definitivæ habente, & cujus gravamen per appellationem à definitiva reparari nequit.* Plurima exempla hujus sententiæ ex utroque ordine recensent Interpretes; veluti, si exceptoria fori, aut remissio causæ à Judice rejecta sit, si onus probandi incompetenter impositum (*b*), si testes illegitime repulsi, si instrumenta indiscrete abjecta, si articuli veluti impertinentes, refutati, si juramentum vel suppletorum, vel purgatorium temere amissum &c.

5 Inter sententias simpliciter interlocutorias, utpote quæ tantum jus faciunt ad interim, hodie frequentissima est sententia provisoria. Provisio enim à Judice conceditur, ut ad interim præsenti necessitati consuli queat, donec plene de causa principali cognoscatur.

6 Talis est causa alimentationis respectu filii, portionis congruæ respectu Pastoris, cultus divini respectu Canonicorum, residentiam negligentium. Rescripsit Alexander III. in Angliam, ut Episcopus pendente appellatione, per Canonicum residere recusantem interjecta, interim alicui honestæ personæ vice ejus in Ecclesia committeret, & ei de beneficiis illius assignaret, unde posset congrue sustentari. *cap. 28. de Appellat.*

7 Alio exemplo præcipit Pontifex, ut Monachis, qui pro utilitate Ecclesiæ suum Abbatem accusabant, de rebus Monasterii, cum proprium non habeant, expensæ necessariæ, donec causa debitum finem accipiat, subministrentur. *c. 11. de Accusat.*

8 Sed his, aliisque casibus opus est, diserte exprimi, quod tantum per modum provisionis Judex eo procedat. Si enim Judex simplicem sententiam redderet, male faceret, quod ante plenam probationem quemquam condemnaret. Fit quippe condemnatio per provisionem, dummodo summarie appareat, & ideo exprimi debet.

9 Sæpe ad effectum provisoriæ sententiæ exigitur cautio. Juxta Ordinem Mechliniensem (*c*): *Quibus in locis cognitio validitatis testamentorum, vel contractuum ante nuptialium, ad*

(*a*) Trident. sess. 24. cap. 20. (*b*) Bohem. § 10.
(*c*) Ord. Mechli. tit. 13. art. 7.

ad Judicem ecclesiasticum spectat, si instrumentum manifestum vitium non continet, sed extrinsecus perfectum apparet, etiamsi falsum, irritum, ruptum, inofficiosum, nullumve esse dicatur, per provisionem effectum illud sortiri sub cautione debere declarabitur, salva allegatorum penitiore inspectione, sive ex eo agat institutus ex asse hæres, sive ex parte.

10 En uberius officium Judicis! *Judex, cum causam audire cœperit, litigatorum assertiones, vel responsiones patienter accipiat, & omnia plena discutione perquirat. Nec prius litigantibus sua sententia* definitiva *velit obviare, nisi, quando ipsi peractis omnibus, jam nihil amplius in contentione habuerint, quod proponant: & tamdiu actio ventiletur, quousque ad rei veritatem perveniatur. Frequenter interrogari oportet, ne aliquid prætermissum fortasse maneat; quia, si apud ipsum finienda causa est, totum debet agnoscere.* Refert. *L. 1. C. Th. de Offi. Judic.* Commendantur hæc brevius. *L. 9. C. de Judic.* In Decreto Gratiani placuit idem, vel parile Decretum Pseudo-Eleutherio inscribere. *cap. 11. XXX. q. 5.* Cap. 2. De Qualit. & Offic. Judic.

11 Præcipit Justinianus, ut, si unus litigantium ulterioribus productionibus renuntiaverit, eoquod nihil, aut amplius habeat, quod proponere velit, aut possit, alter vero nondum velit acquiescere, sed moras nectat, eo obtentu, quod habeat, quæ ulterius proponat, tunc Judex ei successive tres menses ad reliquas probationes allegandas præfigat. Quo spatio elapso oportet causam concludi absque expectatione, aut dilatione longiore; *ne litigatoribus male certantibus liceat causarum exitum ultra*, & in infinitum *protrahere.* Refert. *Auth. jubemus ad L. 9. C. de Judic.*

12 Hæc vel spontanea, vel coacta renuntiatio dicitur conclusio in causa, qua partes ab ulteriore causæ instructione, & probationum allegatione conquiescere profitentur, quantum ad ea, quæ factum spectant. Quantum enim ad ea, quæ juris sunt, integrum est litigantibus, & post conclusionem in causa motiva juris exhibere. Judici vero reliquum est, ex officio rescindere conclusionem, ut à partibus exigat ulteriorem causæ instructionem, & elucidationem.

13 Conclusione causæ facta Judex tenetur se accingere ad totius causæ examen, quo diligenter omnia, & singula à partibus allegata, discuti oportet, non minus unius, quam alterius partis rationes, & fundamenta perscrutando. Juxta S. Ambrosium, *bonus Judex nihil ex arbitrio suo facit, & domesticæ proposito voluntatis, sed juxta leges, & jura pronuntiat, Statutis juris obtemperat, nihil paratum, & meditatum domo defert: sed, sicut audit, sic judicat, & si-*

sicut se habet negotii natura, decernit, obtequitur legibus, non adversatur, examinat causæ merita, non mutat. Discite Judices sæculi, quem in judicando tenere debeatis affectum, quam sobrietatem, quam sinceritatem. Extat. c. 4. §. 1. III. quæst. 7.

14 In majoribus Curiis Judex (a) mox á conclusione causæ deligere solet quemquam ex Senatoribus, cui causa examinanda, discutiendaque committitur, ut eam breviter in Senatu exponat, referatque, qui inde Relator dicitur, vel Referendarius.

15 Officium Relatoris est, postquam causam reperit debite instructam, eandem diligenter examinare, atque ex actis litis justa extracta conficere, ut per ea queat cognoscere, & in Senatu ostendere, quæ ad intellectum, & decisionem causæ facere queunt.

16 Facta per Referendarium causæ summaria relatione juxta prædicta extracta, tunc causa integra, priusquam ad decisionem veniatur, in Curia legenda est. Et si aliqua instrumenta sint exhibita, quibus integris pars uti nollet, sed tantum una, vel altera clausula ad causam spectaret; tunc Referendarius tenetur has, illasve clausulas ad materiam facientes designare, ut super iis tanto attentius reflectatur, relicturus Curiæ arbitrio, ut duntaxat designatæ clausulæ, aut & totum instrumentum recitetur.

17 In Curiis ecclesiasticis non solet esse Relator, sive Referendarius; quia unicus in his solet esse Judex, qui Assessore uti solet, ut causam discutiat, eique referat. Ubi tamen tribunal ecclesiasticum constat pluribus Judicibus, etiam ex illis aliquis Relator, vel Commissarius, qui causam instruit, dirigit, aliisque summarie porrigit, eligitur.

18 Absoluta totius causæ discussione, omniumque allegatorum facta matura consideratione, Judicis est, seposito omni humano respectu, & affectu, solam justitiam præ oculis habendo, serio perpendere, á qua parte stet justitia causæ. Monebat Josaphat Rex Judæ (b): *Videte, quid faciatis, non enim hominis exercetis judicium, sed Domini*, cujus ministerio fungimini: &, *quodcunque judicaveritis, in vos redundabit*, quia Deo rationes aliquando reddendæ sunt. *Si timor Domini vobiscum, & cum diligentia cuncta facite; non est enim apud Dominum Deum nostrum iniquitas, nec personarum acceptio, nec cupido munerum.*

19 Hunc in finem sanxit Justinianus, ut omnes omnino Ju-

(a) De Offic. Relat. (b) 2. Paralip. cap. 19.

Judices non aliter litium primordium acciperent, nisi prius ante sedem judicialem SS. deponantur scripturæ; & hæ permaneant in omnibus cognitionibus usque ad ipsum terminum definitivæ sententiæ. *Sic etenim*, inquit, *attendentes ad sacrosanctas Scripturas, & Dei præsentia consecrati, ex majore præsidio lites diriment, scituri, quod non magis alios judicant, quam ipsi judicantur: cum etiam ipsis magis, quam partibus, terribile judicium est; siquidem litigatores sub hominibus, ipsi autem Deo inspectore adhibito, causas proferunt trutinandas.* Refert. L. 14. C. de Judic.

20 Ut hic conspectus efficacior esset, subjunxit Imperator, ut nullus Judicum susciperet causam, nisi prius Sacramentum præstitisset, omnimodo sese cum veritate, & legum observatione judicium esse dispositurum. *ibi.*

21 Hodie Judices in assumptione officii ad simile juramentum tenentur, cujus fere hæc formula est: *Juro, me curaturum, ut administretur vera, & sincera justitia subditis meis, aliisque id requirentibus, seposito omni intuitu lucri, odii, invidiæ, aut amicitiæ cujusquam, nec illi suffragaturum quoquomodo, ultra quod ratio, & justitia permittent.* Hinc subjungitur: *Quod à nullo quocunque demum quidquam petam, aut exigam, neque etiam recipiam, vel admittam, quantumvis etiam ultronec, & ex gratitudine offerretur, aut donaretur; sed quod contentus ero mercede mea, & stipendio convenienti — pro conditione mea prædicta designato. Deinde, quod non permittam, ut ullus curæ meæ, aut imperio commissus, aut, qui mihi assistet, aliter faciat.*

22 Dum vero corruptio, vel dolus Judicis ægrius in foro exteriori probari potest, reipublicæ consultissimum est, eos deligi in Judices (a), qui sint *Viri potentes & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint avaritiam.*

23 In veteri republica, ad electionem digniorum Judicum conciliandam, ambitus, quo publica munera precibus, & pretio sollicitabantur, austera lege vetitus erat. Sub Imperatoribus lex Julia flaccescere, senescereque cœperat. Sub Constantino nundinationes publicorum officiorum invaluerunt, ut obtentus esset, onera Curiæ recusandi. Huic fraudi Constantius Imp. (b) obviam ivit. Repullularunt venalitate sub Juliano, & Theodosio, quas severissime Arcadius, & Honorius reprimere sategerunt. Sub imperio Leonis Thracis ambitus omni pudore solutus est, eoquod ipse Imperator arderet cupidine, aurum undequaque coacervandi. Post

(a) Exod. 18. v. 21. (b) Gothofr. ad L. 2. C. Th. si cert. pet.

tot ergo fata legis Juliæ de ambitus crimine, Justinianus, damnatis nundinationibus publicarum administrationum, iis, qui susceperi sunt officium, juramentum indixit, *nihil penitus, nec quolibet se præbere, neque occasione suffragii, neque patrocinii, & neque promittere, & neque de provincia profiteri dirigere, neque gloriosissimis Præfectis, neque aliis cingula habentibus, neque iis, qui circa illos constituti sunt, nec alteri cuilibet peroccasionem patrocinii.* Refert. *Nov.* 8. *c.* 7.

24 Horum tenor alibi clarius exprimitur, *se pro administrationibus sortiendis neque dedisse quidpiam, neque daturos unquam postmodum fore, sive per se, sive per interpositam personam, in fraudem legis, Sacramentique; aut venditionis, donationisve, titulo, aut alio velamento cujuscunque contractus &c.* Extat. *L.* 6. *C. ad Leg. Jul. Repetund.*

25 His exemplis supersunt & hodie alibi binæ juramentorum formulæ, quarum una prolixior, altera brevior est. Hæc omnibus literis patentibus expediendis super provisione officiorum inseritur, quia eas obtinere non licet, nisi indilate pro susceptione, vel renovatione officii juratum fuerit, *quod ipse, ut prædictum statum adipisceretur, aut ratione illius, nec pecuniam, nec aliud quidpiam, qualecunque demum cuipiam obtulerit, promiserit, aut dederit, nec offerri, promitti, aut donari curaverit, nec daturus sit cuicunque tandem directe, vel indirecte, nec alio quocunque modo; eo duntaxat excepto, quod pro literarum confectione dari consuetum est.*

26 Quid execrabilius, quam quod quidam tam disertos terminos propositi juramenti vel amphibologiis, vel restrictionibus mentalibus eludi, vel restringi posse existimet? Ait S. Isidorus: *Quacunque arte verborum quisque jurat, Deus tamen, qui conscientiæ testis est, ita hoc accipit, sicut iste, cui juratur, intelligit. Dupliciter autem reus fit, quia & Dei nomen in vanum accipit, & proximum dolo.* Apud Gratian. *c.* 9. *XXII. q.* 5.

27 Per hæc juramenta constat, munera publica, seclusо quovis sequiore obtentu, ex merito danda, administrandique esse. Hinc Judex, causa diligenter excussa omnique opera adhibita, ut notitiam veritatis, & justitiæ habere possit, tenetur sine ullo personarum privato affectu, humanoque particulari intuitu, in justitia, & veritate sententiam ferre, neutri litigantium plus favendo, quam ipsa justitia & veritas suffragatur. Inquit S. Ambrosius (*a*): *Bonus Judex nihil ex arbitrio suo facit, sed juxta leges, & jura pronuntiat,*

(*a*) S. Ambros. in Psalm. 118.

tiat, statutis juris obtemperat, nihil indulget propriæ voluntati.

28 Apage proinde illum horrendum, & ab omni justitia alienum *casum pro amico*, qui Judicem non ministrum, sed dominum, & arbitrum justitiæ constituit. Ab Alexandro VII. damnata est propositio: *Quando litigantes habent pro se opiniones æque probabiles, potest Judex pecuniam accipere pro ferenda sententia in favorem unius præ alio.* Alia proscripta est ab Innocentio XI. quæ ita sonat: *Probabiliter existimo, Judicem posse judicare juxta opinionem minus probabilem.*

29 Absit, quod Judex, tametsi causa sit utrimque dubia, & probabilis, possit uni magis, quam alteri litigantium, privato affectu favere quia ejus est decidere, prout in casu dubio leges præcipiunt; utpote, quod in causa criminali, licet sint tunc probationes adversus accusatum valde urgentes, reus sit absolvendus, non ex peculiari favore Judicis, sed quia leges nolunt, reum præsertim ad pœnam capitalem damnari, nisi probationes sint luce meridiana clariores. In causa civili locus regulæ est, pro possessore esse in dubio pronuntiandum, nisi causa sit favorabilis. Si omnibus attentis, & mature ponderatis, causa adhuc dubia videatur, quin lex quidquam disponat, res controversa dividenda pro ratione dubii est. *L.* 40. *ff. de hæred. Instit.*

30 In tantis officii periculis monet Ecclesiasticus (*a*): *Noli quærere fieri Judex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in æquitate tua.* Et supra (*b*): *Pro justitia agonizare pro anima tua, & usque ad mortem certa pro justitia; & Deus expugnabit pro te inimicos tuos.*

31 Quid inde Judici magis necessarium est, quam humilibus precibus divinæ sapientiæ auxilium exorare. Inquit Sapiens (*c*): *Da mihi sedium tuarum assistricem sapientiam — & mitte illam de cœlis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ, ut mecum sit, & mecum laboret; ut sciam, quid acceptum sit apud te.*

32 Juxta leges civiles *Judices, quos cognoscendi, & pronuntiandi necessitas tenet, non subitas, sed deliberatione habita post negotium sententias ponderatas sibi ante formet.* Requiritur ergo, ut Judex, præmissa totius negotii deliberatione, & matura totius causæ discussione sententiam definitivam formet. *L.* 2. *C. de Sentent. ex Brevic. recit.* Cap. 3. De Form. sentent. definit.

33 Quid ultra? Oportet sententiam ita formatam, in scrip-

(*a*) Eccles. cap. 7. (*b*) Cap. 4. (*c*) Sap. cap. 9.

scripturam redigi, ex qua recitetur, *ut ultimas definitiones de scriptis recitatione proferant.* Quippe sententia, quæ dicta fuerit, cum scripta non esset, nec nomen sententiæ habere meretur. *L.* 3. *C. ibi.*

34 Justinianus ab hac generali regula dispensavit breves lites, & maxime vilium personarum. *Tunc enim*, ait, *sine scriptis, & sine aliqua expensa cognoscere Præsidem oportet.* Refert. *Nov.* 17. *c.* 3.

35 Quum veteri jure tribunal Ecclesiæ in civilibus causis non esset aliud, quam via simplicis arbitrii, Justinianus & illas sententias, quas Episcopus inter suos subditos tulerit, excepit. *Ex non scripto*, inquit, *examinetur negotium sine damnis, & accipiat formam, si hoc quoque partes voluerint, forsam etiam scriptum, & liberentur alterutro certamine.* Extat. *Nov.* 83. *Præfat.*

36 Jure novo dispositio Juris civilis etiam in foro ecclesiastico recepta est. Hinc ex legibus civilibus transcripsit Pontifex, sententiam, quæ ex scripto non recitaretur, ne quidem sententiæ, utpote definitivæ, nomen mereri. *c.* 5. *de Sent. & re Judic. in* 6.

37 Sic & nostro stylo in utraque Curia solet Commissarius sententiam, quam *dictum* vocant, concipere, & scribere, illudque Consilio prælegere, ut approbetur. Atque in Gallia tum definitivas (*a*), tum & interlocutorias sententias scriptas esse oportet.

38 Scripta sententia ab ipso Judice partibus prælegenda est, & quidem sedendo. Nam sententia definitiva, quæ ab ipso Judice stando profertur, nullius esse momenti declaratur. *c.* 5. *ibi in* 6.

39 Pontifex in novum jus & hoc transcripsit, quod Episcopi possint, per alium sententiam dicere. Quippe & Jure civili datum est privilegium illustribus Judicibus, quod per suos ministros facerent definitivas sententias recitari. *ibi.*

40 Hoc exemplo passim receptum est, quod in Curiis sententia passim à Graphiario, vel Secretario, præsente Senatorum cœtu, aut saltem curam duobus Commissariis, ex scripto promulgetur. Inolevit alibi usus, quod sententia, per Graphiarium in scriptum redacta, partibus tradatur, remissa recitatione coram partibus præsentibus.

41 Sententia non tantum causæ decisionem, sed & præstationem accessorium, ut sunt litis expensæ, fructus percepti, percipiendique, & reliqua damna, interesseque, exprimere

(*a*) Gibert. not. 8.

re debet, *ut terminato, transactoque negotio posthac nulli actio, neque ex rescripto super sumptum petitione præstetur, nisi Judex, qui de principali negotio sententiam promulgavit, cominus partibus constitutis juridica pronuntiatione significaverit, victori causæ restitui debere expensas, aut super his querelam jure competere.* Refert. *L.* 3. *C. de fruct. & lit. Expens.*

42 Si Judex condemnationem expensarum præteriit, hodie admittitur appellatio, quæ vulgo dicitur à minima; quia Judex, qui in expensas victum condemnare neglexit, non censetur satisfecisse conclusioni partium, quoniam litigantes solent in concludendo petere, ut pars adversa in expensas condemnetur. Hæc praxis à jure scripto, ut vocant, aliena apparet. *L.* 10. *C. quand. provoc. non est necess.*

43 Ait Zeno Imp. Constitutio præcipit, *ut quivis Judex in sententia sua jubeat victum factos in judicio sumptus præstare.* Præsumitur enim ille, qui victus est, temere litem suscitasse, aut suscepisse. *L.* 5. *C. de fruct. & lit. Expens.*

44 Quodsi & victus probabili ratione ductus appareat, ut judicio experiretur, ab expensis vel in totum, vel in tantum absolvendus est, quia, ut hodie loquimur, expensæ vel in totum, vel pro parte compensantur. Adsit tamen, ut ex quavis leviorive causa indiscretiori compensationi expensarum locus sit. Oportet diligenter attendi, inspicique statum causæ, ut nonnisi ex bonis, probatis, sufficientibus, & legitimis causis, ex quibus bona fides apparet, compensatio expensarum decernatur.

45 Hodie non solet Judex, in condemnando actorem, vel reum in expensas, certam earum quantitatem in sententia exprimere. Juxta hodiernum enim stylum victor expensas libello exhibet, qui victo communicatur, ut eo viso, examinet, num victor nullas superfluas expresserit, aut ultra modum auxerit. Statuit Ordinatio Mechliniensis (*a*): *Taxa vero expensarum reo petenti à Graphiario tradetur, ne existiment ignorantes, plus justo exigi; & ne forte Officiariis occasio detur pretendi ultra debitum, quod siquidem unquam attentarint, punientur, ultra amissionem salariorum, mulcta arbitraria.*

46 Si inter victum, & victorem controversia expensarum inardescit, Judex acta processus, & alia ex parte litigantium allegata, & verificata discutit, & summam expensarum taxat, moderaturque.

Vic-

(*a*) Ordin. Mechlin. tit. 11. art. 63.

47 Victus victori non tantum in expensas litis, sed & in restitutionem fructuum, præsertim post litis contestationem perceptorum, & interesse, quod ob intentatam litem victor passus est, condemnandus est. *L. 2. C. de Fruct. & lit. Expens.*

48 Post exhibitam declarationem suppetit victo dilatio, damnum, & interesse à victore exhibitum diminuere queat. Diminutione facta, si Curiæ videatur, datur utrique parti unus terminus, ad se de omnibus informandum; & post hunc singulæ partes habebunt terminum ad reprobandum, & salvandum; eruntque omnes termini peremptorii. Præcipitur Advocatis, ut in libellando damno, & interesse, non aliud exprimant, nisi quod attenta conditione actionis, è qua oritur, & qualitate litigantium de jure debetur. Si ipsi excesserint, pœna arbitraria puniuntur, & in expensas suis clientibus refundendas condemnantur.

Cap. 4. De Execut. sentent.

49 Sententiam definitivam, nisi appellatum fuerit, insequitur executio. Inutilis enim appareret sententiæ auctoritas, nisi justus executioni locus immineret. Nam executio præcipuus effectus est præcedentis sententiæ. *L. 1. C. de Execut. Rei Judic.*

50 Placuit tamen humanitatis causa quasdam inducias condemnato concedere, inter quas judicato satisfaciendum esset. Has Justinianus ad quadrimestre pro solutione pecuniarum restrinxit. *L. 2. C. de Usur. Rei Judic.*

51 Jure Decretalium declarat Pontifex, & in foro ecclesiastico has inducias, utpote quadrimestres, esse observandas. *c. 26. de Offic. Judic. Deleg.* Alibi tamen monet Papa, quadrimestre illud spatium posse aliquando vel augeri, vel contrahi à Judice. *c. 15. de Sent. & re Judic.*

52 Inde recentioribus moribus multorum tribunalium nullum certum tempus, quo differatur executio, fixum est, quia totum arbitrio Judicis relinquitur. Successit fere hæc praxis, quod post rem judicatam ad instantiam Victoris decernatur monitoriales ad parendum infra tempus congruum à Judice præfixum. Succedunt, monito non parente, executoriales in forma ad effectum sententiæ extorquendum.

53 Aliquando reus, solvendo impar, moderatas, & arbitrarias solvendi inducias impetrare solet sub cautione intra certum tempus præstanda. Hæ literæ, quibus hujusmodi inducæ indulgentur, vulgo dicitur rescripta moratoria.

54 Elapso tempore, quod hodie arbitrio Judicis condemnatis ad satisfaciendum indulgetur, executionem aggreditur Judex, qui sententiam tulit, à quove literæ executoriales petuntur, conceduntur que.

In

55 In majoribus Curiis mandata executoria committi solent Apparitoribus, qui idcirco & Executores dicuntur. *Executorem eum solum esse manifestum est, qui post sententiam inter partes, audita omni, & discussa lite prolatam, rei judicatæ vigorem ad effectum videtur deducere.* Refert. *L. 8. C. de Execut. Rei Judicat.*

56 Si executor exequendæ sententiæ per se non sufficit, ministros pro qualitate causæ, & oppositionis, quæ timetur, & prævidetur, secum assumere potest, ipsiusque Magistratus, si opus est, opem implorare, aut interdum etiam nanum militarem in suppetias vocare.

57 Forma exequendi, inspecto jure communi, fere hæc est; si damnatus quis sit, rem certam restituere, ea ipsi aufertur, etiam interdum, si opus est, manu militari, juxta *L. 68. ff. de Rei Vindicat.*

58 In causis pecuniariis pignora capiuntur, & distrahuntur, ut ex pretio victori satisfiat. *L. 4. ff. de Re Judicat.* Tunc autem pro modo debiti is est ordo, ut primum res mobiles, si sufficiunt, pignori capiantur. Si harum pretium non æquet debitum, distrahuntur & res immobiles; denique, si opus est, & jura, & nomina, juxta *L. 15. ff. ibi.*

59 Nostris moribus diversæ Provinciæ hunc ordinem negligunt, executionem ordiri permittentes à rebus quibuslibet, prout eæ magis occurrunt, vel promptius ex iis judicatum redigi posse Apparitori videtur.

60 Sunt insuper nonnulla bona, quæ de jure scripto ab executione eximuntur; veluti instrumenta rusticorum ad agriculturam necessaria. *L. 7. & 8. & Authent. Agricultores C. quæ res pig. oblig. poss.* Hodie id minus servatur; sed tamen iis parcitur, dum alia bona reperiri possunt.

61 Aliquando privilegio Philippi IV. Regis Galliarum cautum fuit, fas non esse creditori, Sacerdotum suppellectili, aliisque mobilibus manum injicere publicam. Posteriore Edicto Aurelianensi de ann. 1560. restricta est hæc prærogativa ad sacram suppellectilem, quæ cultum divinum spectat; & ita confirmata est quoque Edicto Blesensi de ann. 1579.

62 Si bona sufficientia, quibus judicato satisfiat, desunt, ultimum remedium est, ut debitores in carcerem retrudantur. Humanior namque sententia est, ut eo non recurratur, quamdiu bona reperiuntur, quæ capi, distrahique possunt.

63 Justo severior visa est sententia, quæ obæratos debitores creditoribus in servitutem addixit. Hunc barbari juris

rigorem jam diu sustulit lex civilis. *L.* 12. *C. de Oblig. & Act.* quam & jus novum adoptat. *c.* 2. *de Pign.*

64 Jure civili mulieres, etsi solvendo non sint, à carcere dispensantur. *Nov.* 134. *c.* 9. Recentioribus moribus ex veteri jure hæc cautela reliqua est, ut mulieres in carceribus à viris, servandæ muliebris pudicitiæ causa, separentur. *L.* 3. *C. de Custod. Reor.*

65 Juxta Edictum Blessense (*a*) executio contra Ecclesiasticos, in sacro Ordine constitutos, fieri non potest per incarcerationem, nisi appareat, quemquam in fraudem Creditorum ordinatum fuisse executorique, sua mobilia capienti, restitisse. Tunc enim propter illa crimina fraudis, rebellionisque carceri datur.

66 Reliquis debitoribus beneficium effugiendi carcerem tribuit cessio bonorum. Jure civili cessio bonorum simplici professione, & viva voce fieri potest. *L.* 6. *C. qui bon. ced.* Nostris moribus plerumque cautum est, ut nemo nisi præsens, & in judicio discinctusque, & nudo cervice cedat bonis. Hinc, qui literas impetrandas ad cessionem faciendam, eas in judicio offerunt, una cum synopsi jurata omnium bonorum, data fide, quod bona, quæ posthac ulterius cedens acquisiturus sit, ea in commodum Creditorum consignare velit, paucis exceptis, quæ ad quotidianam sustentationem spectant. *L.* 6. *ff. de cess. bon.*

67 Cessio bonorum liberat à carcere, sed non à debito, donec Creditor totum, & solidum receperit: nec suffragatur ad declinandum carcerem decoctoribus, & fraudatoribus, sed solis illis, qui per infortunium lapsi sunt bonis, aut citra suam culpam in debita, quæ suas facultates superant, inciderint. §. 40. *de Action. & ibi Interp.*

68 Cessio bonorum, ad effugiendum carcerem, illis debitoribus necessaria haud est, quibus beneficium competentiæ reliquum est; cujus effectus est, quod sublatis pignoribus ad solvendum æs alienum adigi non possint, ultra quam salva sua congrua sustentatione facere possunt. De Jure civili hoc privilegio fruuntur Parentes, Patroni, Socii &c. §. 37. & 38. *de Action.*

69 Passim recepta est sententia Interpretum, novo jure beneficium competentiæ & Clericis suppetere, eo quod Pontifex Clericum, solvendo imparem, à censura excommunicationis absolverit, si idoneam cautionem exposuisset, quod, nactus pinguiorem fortunam, dicta debita expungere velit. *c.* 3. *de Solut.*

(*a*) Edict. Bless. art. 57.

70 Post Concilium Tridentinum (*a*) censuris nullus locus est, si executio realis, vel personalis per captionem pignorum, vel personarum districtionem habere potest. *Quodsi executio realis, vel personalis adversus reos hac ratione fieri non poterit; sitque erga Judicem contumacia: tunc eos etiam anathematis mucrone,* — Judex Ecclesiasticus *ferire poterit &c.* Veteri jure censurarum auctoritas in criminalibus causis relationes synodales peperit sæpius.

*71 Studuerunt SS. Pontifices (*b*), & Concilia omnibus modis rem judicatam in executionem deduci. En Concilii Sardicensis ad Julium I. tenorem. *Hoc optimum, & valde congruentissimum — si ad caput, id est, Petri Apostoli sedem de singulis quibusque Provinciis Domini referant Sacerdotes &c. Tua autem excellens prudentia disponere debet, ut per tua scripta, qui in Sardinia, in Sicilia, & Italia sunt, Fratres nostri, quæ acta sunt, & definita, cognoscant, & ne ignorantes eorum accipiant literas communicatorias, quos extra Episcopatum justa sententia declaravit.* Ad relationem Concilii Carthaginensis, & Milevitani adversus Pelagium hæc rescripsit S. Innocentius (*c*): *Gratulor igitur, Fratres charissimi! quod per fratrem, & Coepiscopum nostrum Julium literas ad nos destinastis; & cum illis curam geritis, quibus præsidetis Ecclesiis. Sollicitudinem vestram pro omnium utilitate monstratis, & per cunctas totius orbis Ecclesias omnibus una, quod prosit, decernendum* in effectu executionis *esse poscitis: ut suis constabilita regulis Ecclesia, & hoc quo illos caveat, pronuntiationis justæ firmata Decreto talibus patere non possit &c.* Adversus Accacianos pronuntiat S. Gelasius: *Confidimus, quod nullus jam veraciter Christianus ignoret, unusquisque Synodi Constitutum, quod universalis Ecclesiæ probavit assensus, nullam magis exequi Sedem oportere, quam primam.* Apud Gratian. *c.* 1. *XXV. q.* 1. Quid ad relationem trium Capitulorum, quæ Concilium Constantinopolitanum II. confixit, sibi reliquum S. Gregorius fecit, nisi curam executionis pro re judicata? *Cunctas vero,* inquit, *quas præfata veneranda Concilia* sententias, *& personas respuunt, respuo; quas venerantur amplector: quia, dum universali sunt consensu constituta, se, & non illa destruit; quisquis præ-*

(*a*) Trident. sess. 25. cap. 3. (*b*) Epist. Synod. Conc. Sardic.
(*c*) S. Innoc. epist. 29.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

sumit aut solvere, quos relingant, aut ligare, quos solvant. Refert. *c.* 2. §. 1. *D. XV.*

TIT. XI.

De Appellationibus, & Recusationibus.

CAP. I.

De Origine Appellationum Ecclesiasticarum.

1 Veterem censurarum vigorem maxime infregerunt appellationes indiscretiores. Monuit Honorium II. desuper Hildebertus Turonensis Episcopus (*a*): *Quod*, inquit, *hujusmodi emersit novitas, ut placeat, omnem indifferenter appellationem admittere, Pontificalis peribit censura, & omnino conteretur ecclesiasticæ robur disciplinæ &c.*

2 Purioribus Ecclesiæ sæculis in causis civilibus penitus exularunt quæcunque appellationes ecclesiasticæ. Quum enim id genus causarum non ultra, quam via arbitrii, contingere posset Episcopus, appellationi aut nullus locus fuit, aut causa ad civiles Judices remittenda fuit. *Nov.* 123. *c.* 21.

3 Fuere & in criminalibus causis, utpote à censura pœnitentiæ canonicæ, valde restrictæ. Pronuntiat Concilium Nicænum (*b*): *De iis, qui à communione segregati sunt, sive Clericorum sive laicorum sint ordinis, ab Episcopis, qui sunt in unaquaque Provincia, valeat sententia secundum Canonem; qui pronuntiat, eos, qui ab aliis ejecti sunt, non esse ab aliis admittendos.*

4 Quum tamen nonnunquam Episcopi ea auctoritate abuti possent (*c*), Concilium appellationi ad Concilium Provinciale locum, per viam simplicis querelæ, si ab Episcopo quis injuriam se esse passum prætenderet, reliquit, ut causa pleniore, & æquiore judicio decideretur. Nullus ergo interjectæ querelæ effectus suspensivus fuit, sed solum devolutivus, utpote ad instaurandum causæ examen.

5 Juxta Decretum Concilii Antiocheni, si Episcopus Concilii Provincialis censuram iniquam existimavit, oportuit ex vicinia plures ad Concilium, utpote numerosius, & majus, convocare Episcopos, ut cum prioribus Judicibus judicium instaurarent. *c.* 2. *XXI. q.* 5.

In-

(*a*) Hildeb. epist. 52. (*b*) Conc. Nicæn. 1. cap. 5.
(*c*) Fleur. J. E. p. 3. cap. 23.

6 Interdum vexati Episcopi Papam implorarunt, quod per Canones Sardicenses permissum, eo moderamine, ut Papa, si censeret, esse justum, ut causa retractetur, examen, & decisionem ad Concilium, quod ex vicinis Provinciis esset colligendum, remitteret, legatum à suo latere, si necesse videretur, submissurus. *c.* 36. *VI. q.* 6.

7 Progressu temporis nemini minus, quam Afris appellationes Romanæ, quas transmarinas dicere, persuaderi, aut obtrudi poterat. Statuit Concilium Milevitanum: *Ad Transmarina autem* Concilia, *qui putaverit appellandum, à nullo intra Africam in communionem suscipiatur.* Addit Gratianus, nisi forte ad Romanam Sedem appellaverit. *c.* 35. *ibi.*

8 S. Cyprianus veterem regulam jam pridem in memoriam his verbis revocavit (*a*): *Cum statutum*, inquit, *omnibus nobis, & æquum pariter, ac justum fit, ut uniuscujusque causa illic audiatur, ubi crimen admissum est — ubi & accusatores, & testes sui criminis habere possint &c. Nec censuræ congruit Sacerdotum, mobilis, atque inconstantis animi levitate reprehendi.*

9 Hæc antiqua disciplina sensim fuit immutata, præsertim publicatis famosis epistolis Decretalibus sub nomine primorum Pontificum, quibus stabiliti sunt diversis gradus jurisdictionis Archiepiscoporum, Primatum, ac Patriarcharum, ad quos gradatim appellari posset. Et, quantum ad Papam, libera omnibus Christianis à quibuscunque Judicibus appellandi facultas, tanquam Primatur divino instituto ex Apostolica traditione cohærens, commendatur. *c.* 4. 8. *& passim II. q.* 6.

10 Receptis his Decretalibus abhinc factum est, quod in Curia Romana reciperentur omnes causæ etiam interdum in prima instantia, nec in majoribus duntaxat materiis, sed & levioribus. Inquit S. Bernardus (*b*): *Quantos novimus appellasse pulsatos, quo interim licere, quod nunquam licet? Nonnullis etiam, quoad usque vixerunt, licuisse appellationis suffragio nefaria, scimus: v. g. incestum, adulterium — Quousque non evigilat consideratio tua ad tantam appellationum confusionem, atque abusionem? Præter jus, & fas, præter morem, & ordinem fiunt. Non locus, non modus, non tempus, non causa discernitur, aut persona. Præsumitur leviter, passim, plerumque & nequiter. Volentes malignari, nonne his potissimum terreri solebant? Nunc terrori ipsi ex his magis*

(*a*) S. Cypr. epist. 55. (*b*) S. Bern. de Consid. lib. 3. cap. 2.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

sumit aut solvere, quos relingant, aut ligare, quos solvant. Refert. *c.* 2. §. 1. *D. XV.*

TIT. XI.

De Appellationibus, & Recusationibus.

CAP. I.

De Origine Appellationum Ecclesiasticarum.

1 Veterem censurarum vigorem maxime infregerunt appellationes indiscretiores. Monuit Honorium II. desuper Hildebertus Turonensis Episcopus (*a*): *Quod*, inquit, *hujusmodi emersit novitas, ut placeat, omnem indifferenter appellationem admittere, Pontificalis peribit censura, & omnino conteretur ecclesiasticæ robur disciplinæ &c.*

2 Purioribus Ecclesiæ sæculis in causis civilibus penitus exularunt quæcunque appellationes ecclesiasticæ. Quum enim id genus causarum non ultra, quam via arbitrii, contingere posset Episcopus, appellationi aut nullus locus fuit, aut causa ad civiles Judices remittenda fuit. *Nov.* 123. *c.* 21.

3 Fuere & in criminalibus causis, utpote à censura pœnitentiæ canonicæ, valde restrictæ. Pronuntiat Concilium Nicænum (*b*): *De iis, qui à communione segregati sunt, sive Clericorum sive laicorum sint ordinis, ab Episcopis, qui sunt in unaquaque Provincia, valeat sententia secundum Canonem; qui pronuntiat, eos, qui ab aliis ejecti sunt, non esse ab aliis admittendos.*

4 Quum tamen nonnunquam Episcopi ea auctoritate abuti possent (*c*), Concilium appellationi ad Concilium Provinciale locum, per viam simplicis querelæ, si ab Episcopo quis injuriam se esse passum prætenderet, reliquit, ut causa pleniore, & æquiore judicio decideretur. Nullus ergo interjectæ querelæ effectus suspensivus fuit, sed solum devolutivus, utpote ad instaurandum causæ examen.

5 Juxta Decretum Concilii Antiocheni, si Episcopus Concilii Provincialis censuram iniquam existimavit, oportuit ex vicinia plures ad Concilium, utpote numerosius, & majus, convocare Episcopos, ut cum prioribus Judicibus judicium instaurarent. *c.* 2. *XXI. q.* 5.

In-

(*a*) Hildeb. epist. 52. (*b*) Conc. Nicæn. 1. cap. 5.
(*c*) Fleur. J. E. p. 3. cap. 23.

6 Interdum vexati Episcopi Papam implorarunt, quod per Canones Sardicenses permissum, eo moderamine, ut Papa, si censeret, esse justum, ut causa retractetur, examen, & decisionem ad Concilium, quod ex vicinis Provinciis esset colligendum, remitteret, legatum à suo latere, si necesse videretur, submissurus. *c.* 36. *VI. q.* 6.

7 Progressu temporis nemini minus, quam Afris appellationes Romanæ, quas transmarinas dicere, persuaderi, aut obtrudi poterat. Statuit Concilium Milevitanum: *Ad Transmarina autem* Concilia, *qui putaverit appellandum, à nullo intra Africam in communionem suscipiatur.* Addit Gratianus, nisi forte ad Romanam Sedem appellaverit. *c.* 35. *ibi.*

8 S. Cyprianus veterem regulam jam pridem in memoriam his verbis revocavit (*a*): *Cum statutum*, inquit, *omnibus nobis, & æquum pariter, ac justum fit, ut uniuscujusque causa illic audiatur, ubi crimen admissum est — ubi & accusatores, & testes sui criminis habere possint &c. Nec censuræ congruit Sacerdotum, mobilis, atque inconstantis animi levitate reprehendi.*

9 Hæc antiqua disciplina sensim fuit immutata, præsertim publicatis famosis epistolis Decretalibus sub nomine primorum Pontificum, quibus stabiliti sunt diversis gradus jurisdictionis Archiepiscoporum, Primatum, ac Patriarcharum, ad quos gradatim appellari posset. Et, quantum ad Papam, libera omnibus Christianis à quibuscunque Judicibus appellandi facultas, tanquam Primatur divino instituto ex Apostolica traditione cohærens, commendatur. *c.* 4. 8. *& passim II. q.* 6.

10 Receptis his Decretalibus abhinc factum est, quod in Curia Romana reciperentur omnes causæ etiam interdum in prima instantia, nec in majoribus duntaxat materiis, sed & levioribus. Inquit S. Bernardus (*b*): *Quantos novimus appellasse pulsatos, quo interim licere, quod nunquam licet? Nonnullis etiam, quoad usque vixerunt, licuisse appellationis suffragio nefaria, scimus: v. g. incestum, adulterium — Quousque non evigilat consideratio tua ad tantam appellationum confusionem, atque abusionem? Præter jus, & fas, præter morem, & ordinem fiunt. Non locus, non modus, non tempus, non causa discernitur, aut persona. Præsumitur leviter, passim, plerumque & nequiter. Volentes malignari, nonne his potissimum terreri solebant? Nunc terrori ipsi ex his magis*

(*a*) S. Cypr. epist. 55. (*b*) S. Bern. de Consid. lib. 3. cap. 2.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

gis fiunt, atque id bonis. Antidotum versum in venenum. Non mutatio dextræ Excelsi hæc.

11 Persuasum tamen tum etiam S. Bernardo fuit (*a*), appellationes ad Papam, rejecta indiscretione, Primatui divini juris cohærere. *Appellatur*, inquit, *ad te de toto mundo: id quidem in testimonium singularis Primatus tui.*

12 Hac occasione S. Bernardus Consistorium Cardinalium depingit (*b*), tanquam tribunal supremum, decisione infinitarum litium occupatum, Curiam Romanam ipsis reis, actoribus, Procuratoribus, Sollicitatoribus, & Advocatis oneratam, qui ex toto orbe Christiano eo confluerent.

13 Metropolitæ quoque & Primates appellationes frivolas, & frustratorias sæpius admiserunt, unde iis nihil frequentius, nihil magis tritum, nihil magis quotidianum illa ætas vidit. Non solum à sententiis, sed & regulis processus, ab actionibus extrajudicialibus, ab interlocutoriis, à correctione Episcopi, à Superioris admonitione appellare solemne fuit. Admissæ sunt appellationes vagæ, nullo fundamento radicatæ, appellationes à gravaminibus non illatis solum, sed & inferendis. Eædem appellationes, in plures annos extractæ, penitus in sentinam omnis generis fraudum, & improbissimarum technarum camarinam degenerarunt. Quod ex toto titulo Decretalium de appellationibus manifestum est.

14 In Concilio Tridentino præ cæteris Joannes Gropperus ann. 1551. suffragantibus Alemannis, & Hispanis adversus abusum ecclesiasticarum appellationum peroravit. *In foro*, ajebat, *sæculari provocationem non fieri, nisi ad Judicem immediate superiorem; tantum abesse, ut fas sit, ad supremum primo saltu tendere. Neque licere in articulis causæ provocare à decretis Judicis, quæ vocantur interlocutoria; sed causæ finem, & decreta litis decisoria necessario esse expectanda. At contra in judiciis ecclesiasticis, & appellari à singulis actis Judicis, unde causarum immensitas nascitur, & immediate ad supremum, unde sequitur, extra territorium magno cum sumptuum impendio, & aliorum intolerabilium malorum mole, proficiscendi necessitas.*

15 Concilium Tridentinum exemplo Juris Civilis (*c*), appellationes à sententia interlocutoria expunxit, nisi hæc vim definitivæ haberet, aut gravamine constaret, quod per appellationem à definitiva reparari non posset. Interpretes notant, talia esse & gravamina, quæ nonnisi cum magna difficultate, & præjudicio partis per appellationem á definitiva reparanda

(*a*) S. Bern. ibi. (*b*) Fleur. supr. (*c*) Trid. sess. 24. cap. 20.

da videntur, aut siquæ ex toto reparari nequeunt. Atque ex hac interpretatione exiguus fructus Tridentinæ restrictionis inde superest.

16 Et vero juxta modernam disciplinam liberum est in Curiis ecclesiasticis tum à sententia definitiva, tum & interlocutoria, vim definitivæ habente, aut damnum irreparabile continente, toties appellare, donec tres sententiæ conformes habeantur: ideoque, si ab aliqua interlocutoria sit appellatum, principalis processus sistitur, donec per tres sententias conformes, si toties partes appellare voluerint, quæstio fuerit decisa. Vulgata quidem utroque jure regula est, quod nonnisi bis in eadem causa appellare liceat, utpote ab eadem persona. Quid ergo, si utraque pars bis appellaverit. Quatuor erunt appellationes, & quinque, computata decisione primæ instantiæ, sententiæ, quarum illa executioni mandabitur, cui duæ aliæ fuerint conformes, sive à qua fuit appellatum, & quæ fuit bis confirmata. Post tres igitur conformes sententias absolute res judicata censetur, non obstante quacunque oppositione, etiam ex capite nullitatis. *Clem. 1. de Sent. & Re Jud.*

17 Hoc jus & in Concordatum Galliæ relatum fuit (*a*), nimirum quoad appellationes à sententiis definitivis. Quantum enim ad appellationes ab interlocutoria, secunda sententia conformis pro re judicata habetur.

18 Ita jus est de appellationibus ordinariis. Quantum vero ad appellationes extraordinarias (*b*), veluti ab abusu, quantæcunque sententiæ conformes, utpote latæ ab incompetentibus Judicibus, nequaquam in rem judicatam transeunt, quia pro non dictis habentur in causis civilibus.

19 Jure communi tum civili, tum ecclesiastico appellationes, & in causis criminalibus admittuntur. Moribus nostris in foro sæculari plerumque appellatio exulat, si de pœna corporis afflictiva agitur, maxime si de crimine admisso ex proprio ore rei constat.

20 Appellationum successivi gradus sunt. Regula est, quod ab inferiore ad immediatum Superiorem appellare oporteat. Jure civili rescripsere veteres Imperatores: *Appellationes, quæ recto ad Principem factæ sunt, omissis his, ad quos debuerant fieri ex imo ordine, ad Præsides remitti.* Refert. *L. 21. ff. de Appellat.* Cap. 2. De Form. appell.

21 Hoc exemplo Honorius III. rescidit sententiam Officia-

(*a*) Concord. Gall. de Trib. appellat. §. prohib.
(*b*) Gibert. in not. ad cap. 1. h.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cialis Archiepiscopi super appellationes, per quam causa à sententia Archidiaconi, præterita instantia Diœcesani Episcopi, immediate ad tribunal Metropoliticum devoluta fuerat. *c.* 66. *de Appellat.*

22 Refertur inter privilegia Sedis Apostolicæ, quod à quibuscunque Judicibus liceat immediate quibusvis Christianis appellare ad Papam, quia Ordinarius Ordinariorum censetur. *c.* 4. *& passim II. q.* 6.

23 Novo jure prætensum privilegium, veluti nativam ex prima antiquitate divini Primatus prærogativam, passim explicarunt recentiores Pontifices, ut ex exemplis *c.* 20. *de For. compet. c.* 7. *&* 54. *de Appell.* apparet.

24 Concilium Basileense statuit (*a*), ut appellationes semper ad Judicem proxime superiorem fierent, expunctis reliquis appellationibus, quæ, omisso medio, mox ad remotiorem Superiorem, si is vel maxime Papa esset, deferrentur.

25 His subdit (*b*): ut appellationes ad Pontificem delatæ rescripto committantur Judicibus delegatis in partibus usque ad conclusionem in causa inclusive, hæcque omnia sub pœna nullitatis, & expensarum. Hoc Decretum in Gallia in Pragmaticam, & inde in Concordatum relatum, eo extensum est, ut causa appellationis in partibus agitetur usque ad tertiam sententiam conformem, & quidem intra biennium decidenda; neque à secunda interlocutoria conformi, nec à tertia definitiva conformi ulterius appellare liceat.

26 Concordatum Galliæ nonnisi exemptorum meminit (*c*); usus tamen successit, quod causa appellationis, à quocunque ad Papam facta, committi debeat usque ad conclusionem Judicibus in partibus delegatis, qui sint ejusdem nationis, quia extra territorium causam trahere nequaquam licet. Et, si contrarium fiat, appellatur ab abusu.

27 Et sic, tametsi fuerit causa in prima, vel secunda instantia coram Sede Apostolica introducta, potest iterum, iterumque, donec tres conformes sententiæ habeantur, appellari, utpote ad Papam melius, meliusque informandum. Hac via à Papa, vel ejus in partibus residente Nuntio, sive Pronuntio novum rescriptum impetratur, quod alius Judex in partibus delegatur, de causa rursus cognosciturus, toties enim appellatio reiterari potest, quousque tres conformes sententiæ habeantur.

28 In Curiis sæcularibus plerumque brevior est via. Nam à

(*a*) Conc. Basil. sess. 31. Decr. de caus. (*b*) Fleur. §. IV. supr.
(*c*) Gibert. ad cap. 2.

à sententia inferiori mox ad Consilia Provincialia, & inde ad suprema Prætoria appellare oportet, ubi causæ per duas duntaxat sententias conformes finiuntur. In foro ecclesiastico secus est, quia omnes gradus per rescripta impetrata reperiuntur.

29 Olim Jure civili statutum fuit, ut, siquis in judicio propriam causam ageret, eodem die, vel altero, si succubuisset, libellos appellationis porrigeret; is vero, qui negotium tuebatur alienum, etiam tertio die provocare posset. *L.* 6. §. 5. *C. de Apellat.* Sed Justinianus, sublata veteri differentia, statuit, intra 10. dies à recitatione sententiæ indistincte appellationem interponere licitum esse. *Auctor hodie ibi.*

30 Hoc exemplo Bonifacius VIII. declaravit, quod ab actibus extrajudicialibus, in quibus potest appellatio interponi, debeat provocatio fieri intra decendium, scilicet à die scientiæ illati gravaminis. *c.* 8. *de Appellat. in* 6. Disputant nostri, an extrajudicialis appellatio, cujus in jure Decretalium frequens mentio recurrit, Juri civili innotuerit? Ait Bohemerus (*a*): *Fateor, patere recursum ad Superiorem à facto Judicis inique gravantis partem; sicut in genere, qui inique gravatur, querelam desuper movere potest. Verum hic recursus, seu querela non est appellatio proprie dicta, intra decendium interponenda: sed simplex querela, qua Superioris protectio imploratur, & quæ cum appellationibus nihil commune habet.*

31 Appellatio tum viva voce in continenti, tum per intervallum decendii scripto interponi potest. Nostro usu plerumque appellatur scripto, utpote per libellum, quo exprimendum est, tum, à qua sententia, tum, ad quem Judicem, tum adversus quem appelletur. *L.* 1. §. 4. *ff. de Appellat.*

32 Abhinc, qui appellat, intra 30. dies Apostolos, seu dimissoriales literas à Judice, à quo appellatur, instanter petere debet, ut per eas causa ad Judicem appellationis transmittatur. Hodie hi Apostoli sunt in triplici differentia. Dimissorii dicuntur, quibus Judex testatur de appellatione legitime interposita, & admissa. Ordinarii, & pene soli in usu sunt reverentiales, quibus non ob justitiam causæ, sed ob reverentiam Superioris profitetur Judex, se deferre appellationi. Refutatoriis exponit Judex, à quo appellatum est, Judici, ad quem appellatur, se non admisisse appellationem. *L.* 39. §. 1. *& passim C. de Appellat.*

33 Apostoli, quia instanter petendi sunt, vel sæpius, vel uno contextu, peti possunt. *Clem.* 2. *de Appellat.* Passim ta-

(*a*) Bohem. §. 2. h.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

men, tum in Curiis sæcularibus, tum & ecclesiasticis usus Apostolorum absolevit. Provocatio enim interponitur per actam, sitque professio prosequendæ appellationis per mandatum Superioris, quod vices subit diplomatis ineundæ provocationis.

34 Desiit & ille usus fatalium, quatenus præfigunt terminum introducendæ finiendæque appellationis. Jure communi tum civili, tum ecclesiastico fixus est annus, vel ex causa biennium à die interpositæ appellationis. *Auth. ei, qui C. de temp. & Reparat. Appellat. c. 4. 5. & passim ibi* (a). Plerumque in supremis Curiis intra trimestre, & in subalternis instantiis intra triginta, vel quadraginta dies appellatio relevanda est. Finiendæ enim nullum tempus certum dictum est. Si tamen tres anni sine ulla prosecutione transierint, appellatio perempta censetur. Unde prior sententia in rem judicatam transit. Siquis terminum, usu præscriptum, ad relevandam appellationem, neglexerit, admittitur ad novam appellationem interjiciendam, si expensas refuderit.

35 Juxta Jus commune permittitur appellantibus, novis allegationibus in secunda instantia uti, factaque deducere, quæ in prima instantia omissa fuerant. *L. 37. C. de Appellat.* Superest & hodie hoc jus in Curiis subalternis; in Curiis vero supremis, si appellatum sit à sententia per scriptum instructa, ex ipsis actis judicari oportet, an bene maleve appellatum sit, nisi impetretur à Curia licentia, nova facta alligandi.

36 Præcipit Concilium Tridentinum (b) ut, *siquis in casibus à jure permissis appellaverit* in foro ecclesiastico, *aut de aliquo gravamine conquestus fuerit, seu alias ob lapsum biennii — ad alium Judicem recurrerit, teneatur acta omnia, coram Episcopo* in prima instantia *gesta ad Judicem appellationis expensis suis transferre, eodem tamen Episcopo prius admonito; ut, siquid ei pro causæ instructione videbitur, possit Judici appellationis significare. Quod si appellatur compareat, cogatur tunc quoque is actorum, quæ translata sunt, expensas pro portione sua, si illis uti voluerit, subire; nisi aliter ex loci consuetudine servetur, ut scilicet ad appellantem integrum hoc onus pertineat. Porro ipsam actorum copiam teneatur Notarius, congrua mercede accepta, appellanti quanto citius, & ad minus intra mensem exhibere. Qui Notarius, si in differenda exhibitione fraudem fecerit, ab officii administratione arbitrio Ordinarii suspendatur, & ad dupli pœnam, quanti ea lis fuerit, inter appellantem, & pauperes loci distribuendam, compellatur. Judex vero, si & ipsi impedimenti hujus conscius, participsve fuerit, aliterve obstiterit, ne appellanti integra acta intra tempus traderentur; ad eandem pœnam dupli, prout supra, teneatur. Non obstantibus quoad omnia supra scripta privilegiis &c.*

(a) Gibert. num. 30. &c. (b) Trid. sess. 24. cap. 20.

37 Regula est, pendente appellatione nihil posse innovari, ut omnia in eodem statu, in quo erant tempore introducendæ, vel introductæ appellationis, quandiu de ea cognoscitur, maneant integra. *Appellatione interposita, sive ea recepta sit, sive non, medio tempore nihil innovari oportet: siquidem recepta fuerit, quia recepta est: si vero non est recepta, ne præjudicium fiat, quoad deliberetur, utrum recipienda sit, an non sit.* Refert *L. un. ff. nihil innov. appellat. interpos.* Et mox: *Recepta autem appellatione tamdiu nihil erit innovandum, quamdiu de appellatione fuerit pronuntiatum.* Extat §. *ibi.* Cap. 3. De Effect. appellat.

38 Hanc regulam novo jure explicat Pontifex: *Non solum* inquit, *innovata post appellationem à definitiva sententia interjectam debet semper (exceptis casibus, in quibus jura post sententiam prohibent appellare) ante omnia per appellationis Judicem penitus revocari; sed etiam ea omnia, quæ medio tempore inter sententiam, & appellationem (quæ postmodum intra decendium interponitur ab eadem) contingit innovare, ac si post eandem appellationem fuissent innovata.* Legit. *c. 7. de Appellat. in 6.*

39 Itaque, quidquid post appellationem à definitiva interjectam, innovaverit, aut attentaverit Judex *à quo*, Judex appellationis ante omnia remedio attentatorum revocare, irritare, cessareque debet. *c. 55. de Appellat.*

40 Et vero huic juri locus est, etsi Judex *à quo* appellationi frivolæ detulerit: *Quia Judex ipse, in quantum in se fuit, à se jurisdictionem abdicavit eandem, appellationi deserens minus justæ, totius decisio in Superioris est potestate transfusa.* Juxta *c. 5. de Appell. in 6.*

41 Declarat Pontifex: *Quod illa, quæ post appellationem interpositam ante definitivam sententiam innovantur, donec appellationis* ab interlocutoria *causam veram esse constiterit, revocari non debent, nisi Judex appellationis (postquam sibi constiterit per appellationem emissam ex causa probabili fore ad se negotium devolutum) inhibeat canonice Judici, à quo appellatum extitit, ne procedat: tunc enim, quidquid post inhibitionem hujusmodi fuerit innovatum, est (liber causa eadem*

dem non sit vera) *per eundem appellationis Judicem ante omnia in statum pristinum reducendum.* Quid clarius? Judici appellationis committitur, attentata in irritum revocare. *cap. 7. ibi.*

42 Quantum enim ad prosequendam causæ cognitionem, suspensa est per appellationem Judicis *à quo* jurisdictio. Superest tamen illi Judici potestas, ad ea, quæ spectant ad faciliorem, expeditioremque appellationis prosecutionem. Sic ipsius est, appellantem compellere, ut iter arripiat, ut appellationis Judici se exhibeat, ut appellationem interpositam prosequatur. *c.* 14. *de Appellat.*

43 Duplex ergo est effectus appellationis; utpote devolutivus, eoquod tota causæ cognitio, & decisio ad Judicem appellationis transferatur. Alter dicitur suspensivus, quia sententiæ, à qua appellatum est, executio inhibetur.

44 Sunt tamen nonnullæ causæ, quarum executio per appellationem haud suspenditur. Rescripsit Alexander III.: *Si quando quilibet subditorum — ad remedium appellationis convoluerit, non ideo minus eum juxta tenorem mandati, quod in prædicta regula continentur, & institutionem ordinis* esse corrigendum, & castigandum. *c.* 3. *ibi.*

45 Hinc communiter inferunt Interpretes, à correctione legitima appellationi quoad effectum suspensivum non esse locum. Enimvero, tametsi illa, vel alia Decretalis nominatim Religiosos spectet, eadem tamen est ratio & de aliis subditis. Inquit Pontifex: *Ne subjecti contra disciplinam ecclesiasticam*, in ordine ad correctionem canonicam eludendam, *in voce appellationis erumpant &c.* Refert. *c.* 26. *de Appell.*

46 Inde Synodus Tridentina (*a*) ad exemplum harum Decretalium variis Decretis vetat, executionem correctionis via appellationis nequaquam impediri. *Nec appellatio*, inquit, *hanc executionem, quæ ad morum correctionem pertinet, suspendat.*

47 Excipit tamen Innocentius III. *nisi formam in talibus excesserunt* Prælati, aliique, quibus correctio vel jure, vel consuetudine competit, *observandam.* Hinc concludunt appellationi etiam quoad effectum suspensivum, locum esse adversus Decreta in visitatione Episcoporum, si judicialiter, & formato processu Episcopus processit ad alicujus punitionem, quia similis processus formam, & metas simplicis correctionis excedit. *c.* 13. *& ibi Interp. de Offic. Judic. Ordin.*

48 Reliquis novi juris argumentis & appellatio à lata sententia excommunicationis effectu suspensivo destituitur. *c.* 8. *de Offic. Judic. Ordin.* Declarat Bonifacius VIII. *Sicut excommunicatio, sic ab officio, vel ab ingressu Ecclesiæ lata suspensio, aut ipsius effectus per appellationem sequentem minime suspenduntur.* Refert. *c.* 20. *de Sent. Excomm. in* 6.

(*a*) Trid. sess. 22. cap. 1.

49 Ex his unanimi consensu tradunt Interpretes, à sententia censuræ, quoad effectum suspensivum, appellationem non admitti, tametsi ad effectum devolutivum appellari inde possit. Rescripsit Innocentius III. quod, cum excommunicatio *executionem secum trahat, & excommunicatus per denuntiationem amplius non ligetur*, excommunicatus, ut ab aliis evitetur, denuntiari possit, & proventibus Ecclesiæ privari. *c.* 53. §. 1. *de Appellat.* Utpote, si censura absolute lata sit. *c.* 40. *ibi.*

50 En alia, & recentiora exempla! Ordinationes Mechlinienses (*a*) statuunt, ut sententiæ, quæ non excedunt 50. florenos, sub fidejussoria cautione executioni mandentur, non obstante appellatione (*b*). *Et mox*: in causis officii, deflorationis, & aliis privilegiatis, cum sententia excedet dictam summam, tamen quoad expensas litis, sub simili cautione, executioni sententiæ mandabuntur. Quod in causa matrimoniali etiam sub cautione obtinebit, quotiescunque pars appellata paupertatem juraverit. *Deinde* (*c*): in causis vero alimentorum nunquam appellatio executionem, sub cautione faciendam, suspendet, quando agetur de alimentis cessuris, vel cessis tempore litis, aut intra annum. *Rursus* (*d*): In causis beneficialibus, quo minus ecclesiastica servitia minuantur, etiamsi appellatum erit, fructuum perceptio victori sub cautione tribuetur, aut saltem apud tertiam personam sequestrabuntur; quod ultimum semper fiet, quoties neuter litigantium residebit.

51 Quantum ad effectum devolutivum causa, à qua, & quatenus appellatum est, transfertur ad superiorem Judicem, cujus est, inferioris Judicis, à quo appellatum est, dictante justitia vel confirmare, vel cassare sententiam. Si confirmatur, executio remittitur ad priorem Judicem: si cassanda videatur, Judex appellationis exequitur, cessante uberiore appellatione, recentiorem sententiam. *c.* 59. *de Appel.* Cap. 4. De Reform. Revis. & appel. ab abus.

52 Cassationi æquivalet reformatio. Quum enim nonnullis tribunalibus sit privilegium, quod ab iis in ordine ad effectum suspensivum appellari non possit, querelæ quoad effectum devolutivum dare placuit locum reformationis nomine.

(*a*) Ordin. Mechl. tit. 16. art. 7. (*b*) Art. 8. (*c*) Art. 9. (*d*) Art. 11.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ne. Ordinatio Curiæ Brabantiæ ita explicat (*a*): *Si quis queratur de sententia lata à Magistratu — quæ non sit appellabilis, sed reformabilis, teneatur ab ea reformare intra annum à die latæ sententiæ; & non obstante hac reformatione, sententia mandabitur executioni, etiam sine cautione, casu, quo id, quod executioni mandatur, per sententiam sit reparabile; nisi reformans infra 14. dies à lata sententia declararet coram Judicibus, à quo, se velle à sententia reformare; quo casu executionem urgens tenetur præstare cautionem restituendi executum.*

53 Hinc apparet, hanc reformationem à vulgari appellatione penes solum effectum suspensivum differre. Reformatio enim spectat illorum tribunalium sententias, quæ paratam habent, saltem sub cautione, executionem: ideoque, qui ab illis provocare, vel reformare volet, is statim, non obstante reformatione, consignare tenetur, ut sententia executioni detur.

54 Magis à communibus regulis appellationum, utpote & ad effectum devolutivum distinguitur *Revisio* (*b*), quæ & dicitur propositio erroris. Quum enim supremis tribunalibus sit jus, quod ab eorum sententiis, quia non habent superiora tribunalia, provocari nequaquam possit, datur facultas supplicandi Principi, ut sententiæ prolatæ errorem demonstrare liceat per revisionem, seu reexamen, quo denuo discutitur, num in ejusdem prolatione nullus error intervenerit: itaque, siquis credit, per sententiam supremæ Curiæ, à qua nec appellari, nec reformari potest; se esse læsum, quia censet, errorem esse commissum, debet ipsi Principi, vel ejus Curiæ supplicare, ut possit errorem contra judicatum proponere, sive revisionem mereri.

55 Oportet ergo, quod libellus supplex, Principi, aut Curiæ oblatus pro Revisione, contineat rationes, & causas quibus dictum errorem probare contendit Precista. Jure communi hæ preces offerendæ sunt intra biennium. *Auth. quæ supplic. C. de Precib. Imp. Offerend.* In Gallia vero intra annum hodie impetrari debet.

56 Revisio instituitur coram iisdem Judicibus, qui priorem sententiam tulere; quibus tamen alii, pluresque addunturtur, quos aut Rex ex Consiliariis aliarum Curiarum nominat, aut defectu nominationis Regiæ ipsa suprema Curia assumit, ut communi opera causam reexaminent.

57 Revisionis remedium est prorsus extraordinarium, ideoque de speciali gratia Principis impetrandum; cui propterea lo-

(*a*) Ordin. Brabant. art. 585. (*b*) De Revis.

locus non est, si aliud sit ordinarium remedium corrigendi errorem? Declaravit Ludovicus XII. Rex Galliæ, propositionem erroris non esse admittendam in causa possessoria, seu ecclesiastica, seu profana; quia post judicium possessorium superst petitorium, quo error possessorii corrigi potest.

58 Fieri debet revisio ex iisdem actis, è quibus sententia, quæ erroris arguitur, prolata fuerat: nec recipiuntur partes ad aliud aliquid producendum, ut ex illis actis judicetur. Interim pendente revisione ad executionem prioris sententiæ proceditur. De Jure communi, si supplicatum fuerit intra decem dies, executio datur, præstita cautione fidejussoria; si autem post decem dies supplicatum fuerit, judicatum sine cautione executioni mandatur. *Auth. quæ suppl. de Prec. Imp. Offerend.* Verum hæc distinctio nostris moribus à foro recessit, fitque simplex executio, tam quoad principale, quam & quoad expensas litis.

59 In Gallia recentius innotuit appellatio tanquam quam ab abusu (*a*), per quam querela de Judice ecclesiastico, tanquam potestatis suæ limites transgresso, vel aliquid contra jurisdictionem sæcularem, aut generatim adversus libertates Ecclesiæ Gallicanæ (*b*) auso proponitur. Tunc enim hoc appellationum genus invaluit ad ea reprimenda, quæ contra Pragmaticam, posteaque contra Concordatum auderent Ecclesiastici. Hæc appellatio quum reciproca esse debeat, eadem utilis foret adversus Judices sæculares, licet hoc rarissime fieri soleat.

60 Principio hæc appellatio semper appellabatur appellatio tanquam ab abusu notorio: conveniunt enim omnes, abusum supponi notorium, esseque hoc remedium extraordinarium, nonnisi urgente necessitate, & Reipublicæ bono publico adhibendum; unde regii Procuratoris in hac re primæ partes sunt. In praxi tamen ab his regulis declinant sæpenumero in causis levioribus, Cleri querelis, & regio jussu posthabitis, hujus generis appellationes interponentes.

61 Sæpe institit Clerus, ut casus, ex quibus appellari posset tanquam ab abusu, specifice à Rege definirentur (*c*). Hodie id reliquum est, quod appellatio tanquam ab abusu recipi non soleat, nisi supplicatio stipata sit consultatione duorum Advocatorum, qui testantur, casum, de quo agitur, esse bene fundatum. Oportet abhinc & appellantem deponere summam 75. librarum ad eleemosynam pro casu, quo appellatio temeraria judicabitur.

Hæc

(*a*) De Appel. ab abus. (*b*) Fleur. J.E. part. 3. c. 24. (*c*) Gibert. in not.

62 Hæc appellatio introducenda est in Curia (*a*) suprema plerumque in Senatu. Unde, si una Diœcesis ad duo Parlamenta porrigitur, Episcopus in utroque Senatu Officialem alit, ut de appellationibus tanquam ab abusu quilibet Senatus in sua jurisdictione cognoscere possit. Introduci potest etiam in Consilium sanctius, & in Consilium Principis secretius ab iis, qui ex eo pendent in causarum suarum dijudicatione.

63 Locum autem habet in toto regno, ne quidem terris obedientiæ exceptis. Abusus nullo temporis lapsu præscribitur, si incompetentia Judicis ecclesiastici fundatur. Appellari ab abusu petest etiam post tres sententias conformes, quia causa ex ordine jurisdictionis ecclesiasticæ eximitur, licet non in totum, sed in tantum. Nam, licet totus Senatus sit corpus laicum, inter Senatores tamen plures necessario sunt ecclesiastici, qui Canonum doctrina imbuti, & disciplinæ ecclesiasticæ amantes præsumuntur. Formula hæc est, ut appelletur à Decreto Judicis, & cunctis ejus consequentiis.

64 Appellatione hac introducta suspenduntur manus Judicis *à quo*. Absit tamen, quod inde violetur, vel turbetur, legitima Jurisdictio ecclesiastica? hinc non suspenditur correctio canonica Clericorum, vel Religiosorum. Si tamen illis injuria, vel violentia inferatur, datur & illis recursus ad Regia tribunalia protectionis causa. Nec tunc Senatus providet, ut in cæteris violentis; sed secreto ordinat id, quod aptius sit negotii qualitati ad consequendam tranquilitatem, & quietem restituendam.

65 Si de Bulla, vel Rescripto Pontificis lis est, reverentiæ causa non à concessione rescripti, sed ejus executione appellandum est, ut pars adversa magis, & quæ in judicio facta sunt, quam Papæ oraculum, impugnari videatur.

66 Quamvis autem appellatio tanquam ab abusu Franciæ propria sit; cæteræ tamen nationes interdum media huic æquipolentia adhibuerunt. Hispani sæpe Bullas supprimunt; Belgæ eas publicari vetant, nisi stipatas Placeto Regio; Germani sua Concordata violari non patiuntur. Habet enim unaquæque Respublica consuetudines, libertates, & privilegia singularia.

Cap. 5. De Recus. Judic.

67 Supersunt recusationes Judicis, quibus ad exemplum appellationum causæ cognitio tum suspenditur, tum devolvitur. Est enim recusatio suspicionis causa adversus Judicem exceptio, à parte proposita ad ejus jurisdictionem declinandam,

(*a*) Fleur. supr.

dam, quia in ea causa non videtur satis indifferens, cum partium studio tangi censeatur.

68 Causæ recusationis diversæ, ac multiplices, quia ex variis causis suspicio adversus Judicem oriri potest, sunt. In ordinatione Galliæ de ann. 1667. (*a*) duodecim enumerantur, indicanturque alia media recusationis tum de jure, tum de facto.

69 Recusationis causæ, si plures sint, omnes proponendæ, & quidem ad exemplum appellationis ab interlocutoria, scripto sunt. Unde libello opus est, ut Judici exhibeatur. *c. 1. de Appel. in 6.*

70 Causa recusationis proposita, si Judex eam vel non sufficientem agnoscat, vel factum, quod pro causa suspicionis adversus eum allegatur, falsum dicat; ne in propria causa Judex constitui videatur, non potest ipse de causa recusationis cognoscere, sed causa subsistere debet, donec ab altero sive Judice, sive arbitro judicetur. Juxta Decretum Concilii Lateranensis IV. eligendi sunt arbitri, qui de causa recusationis cognoscant. *c. 61. de Appellat.*

71 Hi arbitri electi arbitri juris dicuntur, quorum est more judiciario causam suspicionis decidere. Si horum sententia alteruter se gravatum senserit, appellatio admittitur, quia arbitri juris sunt. En viam apertam, causas in immensum protrahendi.

72 Sed ne ipsi arbitri causam protrahant, statuit Innocentius III. *ut ipsis arbitris per Judicem competens terminus præfigatur, intra quem in idem conveniant, vel tertium concorditer advocent, cum quo ambo, vel alter eorum ejusdem suspicionis negotium terminare procurent. Alioquin Judex ex tunc in principali negotio procedere non omittat.* Refert. *c. 2. de Appell. in 6.*

73 Jure novo civili, ecclesiasticoque recusari potest non modo Judex ordinarius, delegatusque, sed & Assessor, Auditor, Commissarius, Notarius, Graphiarius, Consultor, testiumque Examinator. *Arg. c. 41. de Appell. & passim Interp.*

74 Moribus hodiernis plerumque totum Collegium Judicum recusari nequit, quamvis singuli Consiliarii, Judicesque ex juris canonici dispositione recusari possint; ita tamen, ut causæ suspicionis non ab arbitris juris, sed à Collegis aliis non suspectis discutiantur. In Gallia (*b*), si tribunal constat sex, aut pluribus Judicibus, causa recusationis à quinque reliquis, & si minus, quam sex constat, à tribus

(*a*) Ordin. tit. 14. art. 22. (*b*) Gibert. num. 19.

examinanda est. In tribunalibus, in quibus nonnisi unus Judex est, eo recusato numerus Judicum per Advocatos, siqui sunt, illius tribunalis, alioquin per seniores Practicantes suppletur.

75 Si autem ex Senatoribus, vel Judicibus plures recusentur, tunc subinde recusationis cognitio ad Judicem superiorem spectat, aut subinde à Principe alii non suspectis Judicibus adjunguntur, quibus hujus causæ cognitio injungitur.

76 In Curiis sæcularibus, si grandis numerus Judicum est suspectus (*a*), sepe à Rege impetratur evocatio causæ ad aliud tribunal, & si suspicio ex causa consanguinitatis proveniat, sufficit, pro evocatione tres, aut quatuor Judices esse suspectos.

* 77 Juvat quoad appellationes ad Sedem Romanam circa majores causas veterem sen·um subjicere. Inquit S. Innocentius I. (*b*) *Si majores causæ in medium fuerint devolutæ, ad Sedem Apostolicam, sicut Synodus statuit, & beata consuetudo exigit, post episcopale judicium, referantur.* Juxta S. Leonem (*c*), *si forte inter ipsos, qui præsunt, de majoribus, quod absit, peccatis causa nascatur, quæ provinciali nequeat examine definiri — ad nostram cognitionem, quidquid illud est, transferatur.* Præcipit Vigilius (*d*): *Siqua vero certamina, aut de religione, quod absit, aut de quolibet negotio, quod ibi* in Concilio *pro sua magnitudine terminari non possit, totius veritatis indagine diligenti ratione discussa, relationis ad nos seriem destinantes, Apostolicæ Sedi terminanda servate.* Ex sententia S. Gregorii veterem rerum ordinem (*e*): *Si*, inquit, *quarundam causarum tale fuerit certamen exortum, in quo aliorum præsentia opus sit, congregatis sibi in numero competenti Fratribus, & Coepiscopis nostris, salubriter hoc æquitate servata* ipse Metropolita Arelatensis *discuciat, & canonica integritate decidat: si quam vero contentionem de fidei causa evenire contigerit, aut negotium emerserit, cujus vehemens forte sit dubietas, & pro sui magnitudine judicio Sedis Apostolicæ indigeat; examinata diligentius veritate relatione sua ac nostram studeat producere notionem, quatenus à nobis valeat sine dubio sententia terminari.*

TI-

(*a*) Idem n. 20. (*b*) S. Innoc. I. ep. 8. (*c*) S. Leo ep. 5. Ad Anast. Thess. c. 7. (*d*) Vigil. ad Auxent. c. 6. (*e*) S. Greg. lib. 5. ep. 50.

TIT. XII.

De Pœnis, & Censuris Ecclesiasticis.

CAP. I.

De Pœnitentiis Canonicis.

1 Semper penes Ecclesiam fuit auctoritas (*a*), pro qualitate criminum, & conditione pœnitentium satisfactiones justas, veluti pœnas, & pœnitentias decernendi, quibus pœnitentes tum à Deo gratiam mererentur, tum & ipsi suis peccatorum vulneribus mederentur (*b*), tum & scandala, siquæ fecissent, repararent.

2 Sunt vero hæ pœnitentiæ, pœnæve vel mere spirituales, veluti censuræ; vel aliquid sæculare involvunt, uti eleemosynæ. Priores generis pœnæ ita propriæ sunt Ecclesiæ, ut eas semper, & sola exercuerit, etiam in maximo persecutionum æstu; quia magis in simplici abstentione, & recusatione, quam coactione, & inflictione positiva, consistunt. Quid enim depositio Presbyteri aliud sibi vult, quam ut appareat, eum non amplius pro Presbytero esse habendum, neque Sacramenta, vel doctrinam ab eo accipiendam esse, quia à Sacerdotio exclusus est? Quid excommunicatio laici, quam ut declaretur, excommunicatum non pro Christiano, sed pro infideli esse habendum, cum à cætu fidelium esset expunctus?

3 Posterioris generis pœnæ, quæ caoctionem quandam involvunt, pariter antiquis auctoritatibus nituntur: nam ab omni tempore Ecclesia peccatoribus pœnitentibus eleemosynas, jejunia, aliasque afflictiones corporis imperavit, impœnitentibus absolutionem denegavit, eosque, si diu hærerent in vitio, neque ad pœnitentiam, vel satisfactionem proni essent, excommunicavit. Quippe veteri jure nemo invitus ad pœnitentiam vi obtorta cogebatur. Unde illæ satisfactiones potius instar conditionis offerebantur pro promerenda, contrahendaque pœnitentia canonica.

4 Novo jure (*c*), quod, neglecto veteri ordine pœnitentiæ canonicæ, forum justitiæ adoptavit, cœperunt exactiones eleemosynarum per modum mulctæ ad vindictam publicam criminum adhiberi. *c.* 13 §. 2. *de Offic. Judic. Ord.*

Trid. sess. 14. de Pœnit. Sacr. c. 8. (*b*) Fleur. J. E. part. 3. cap. 18. De Mulct.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

examinanda est. In tribunalibus, in quibus nonnisi unus Judex est, eo recusato numerus Judicum per Advocatos, siqui sunt, illius tribunalis, alioquin per seniores Practicantes suppletur.

75 Si autem ex Senatoribus, vel Judicibus plures recusentur, tunc subinde recusationis cognitio ad Judicem superiorem spectat, aut subinde à Principe alii non suspectis Judicibus adjunguntur, quibus hujus causæ cognitio injungitur.

76 In Curiis sæcularibus, si grandis numerus Judicum est suspectus (*a*), sepe à Rege impetratur evocatio causæ ad aliud tribunal, & si suspicio ex causa consanguinitatis proveniat, sufficit, pro evocatione tres, aut quatuor Judices esse suspectos.

* 77 Juvat quoad appellationes ad Sedem Romanam circa majores causas veterem sen·um subjicere. Inquit S. Innocentius I. (*b*) *Si majores causæ in medium fuerint devolutæ, ad Sedem Apostolicam, sicut Synodus statuit, & beata consuetudo exigit, post episcopale judicium, referantur.* Juxta S. Leonem (*c*), *si forte inter ipsos, qui præsunt, de majoribus, quod absit, peccatis causa nascatur, quæ provinciali nequeat examine definiri — ad nostram cognitionem, quidquid illud est, transferatur.* Præcipit Vigilius (*d*): *Siqua vero certamina, aut de religione, quod absit, aut de quolibet negotio, quod ibi* in Concilio *pro sua magnitudine terminari non possit, totius veritatis indagine diligenti ratione discussa, relationis ad nos seriem destinantes, Apostolicæ Sedi terminanda servate.* Ex sententia S. Gregorii veterem rerum ordinem (*e*): *Si*, inquit, *quarundam causarum tale fuerit certamen exortum, in quo aliorum præsentia opus sit, congregatis sibi in numero competenti Fratribus, & Coepiscopis nostris, salubriter hoc æquitate servata* ipse Metropolita Arelatensis *discuciat, & canonica integritate decidat: si quam vero contentionem de fidei causa evenire contigerit, aut negotium emerserit, cujus vehemens forte sit dubietas, & pro sui magnitudine judicio Sedis Apostolicæ indigeat; examinata diligentius veritate relatione sua ac nostram studeat producere notionem, quatenus à nobis valeat sine dubio sententia terminari.*

TI-

(*a*) Idem n. 20. (*b*) S. Innoc. I. ep. 8. (*c*) S. Leo ep. 5. Ad Anast. Thess. c. 7. (*d*) Vigil. ad Auxent. c. 6. (*e*) S. Greg. lib. 5. ep. 50.

TIT. XII.

De Pœnis, & Censuris Ecclesiasticis.

CAP. I.

De Pœnitentiis Canonicis.

1 Semper penes Ecclesiam fuit auctoritas (*a*), pro qualitate criminum, & conditione pœnitentium satisfactiones justas, veluti pœnas, & pœnitentias decernendi, quibus pœnitentes tum à Deo gratiam mererentur, tum & ipsi suis peccatorum vulneribus mederentur (*b*), tum & scandala, siquæ fecissent, repararent.

2 Sunt vero hæ pœnitentiæ, pœnæve vel mere spirituales, veluti censuræ; vel aliquid sæculare involvunt, uti eleemosynæ. Priores generis pœnæ ita propriæ sunt Ecclesiæ, ut eas semper, & sola exercuerit, etiam in maximo persecutionum æstu; quia magis in simplici abstentione, & recusatione, quam coactione, & inflictione positiva, consistunt. Quid enim depositio Presbyteri aliud sibi vult, quam ut appareat, eum non amplius pro Presbytero esse habendum, neque Sacramenta, vel doctrinam ab eo accipiendam esse, quia à Sacerdotio exclusus est? Quid excommunicatio laici, quam ut declaretur, excommunicatum non pro Christiano, sed pro infideli esse habendum, cum à cætu fidelium esset expunctus?

3 Posterioris generis pœnæ, quæ caoctionem quandam involvunt, pariter antiquis auctoritatibus nituntur: nam ab omni tempore Ecclesia peccatoribus pœnitentibus eleemosynas, jejunia, aliasque afflictiones corporis imperavit, impœnitentibus absolutionem denegavit, eosque, si diu hærerent in vitio, neque ad pœnitentiam, vel satisfactionem proni essent, excommunicavit. Quippe veteri jure nemo invitus ad pœnitentiam vi obtorta cogebatur. Unde illæ satisfactiones potius instar conditionis offerebantur pro promerenda, contrahendaque pœnitentia canonica.

4 Novo jure (*c*), quod, neglecto veteri ordine pœnitentiæ canonicæ, forum justitiæ adoptavit, cœperunt exactiones eleemosynarum per modum mulctæ ad vindictam publicam criminum adhiberi. *c.* 13 §. 2. *de Offic. Judic. Ord.*

Trid. sess. 14. de Pœnit. Sacr. c. 8. (*b*) Fleur. J. E. part. 3. cap. 18. De Mulct.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

5 Vetat Alexander III. *Ne passim pro corrigendis excessibus, & criminibus puniendis à Clericis, & Laicis* pœna pecuniaria exigeretur; utpote si crimen aliam pœnam spiritualem mereretur. *c.* 3. *de Pœn. & ibi Fagnan.*

6 Et vero, si justus locus est exigendæ mulctæ oportet eam totam quantam juxta Tridentina Decreta (*a*) in pios usus, aut solatium pauperum impendere, ut nihil ex ea in privatum commodum Judicis ecclesiastici recidat. In Gallia pius usus, in quem pœna pecuniaria applicanda est, in ipsa sententia exprimendus est.

7 Præcipit in Concilio Mediolanensi I. S. Carolus, *ut, quotiescunque delicti causa Clerici mulctandi sunt, quæ ab ipsis exigenda erit pecunia, nullo modo ad Episcopum* directe vel indirecte *perveniat, in ejusve commoda quacunque ratione convertatur; sed idem Episcopus, parte pecuniæ, quæ tertiam non superet, delatori assignata, reliquam piis operibus, aut locis, quibus ei videbitur, omnino attribuat.*

8 Inter species pœnitentiarum fuit & jam pridem reclusio pœnitentium in Monasterio (*b*), ut ibidem peccata sua deflere, & exercitia pœnitentiæ ab hominum conspectu remoti facilius subire, & occasiones peccatorum evitare possent. Meminit hujus pœnitentiæ Synodus Agathensis *c.* 7. *D.* 50. Meminit hujus reclusionis frequentius S. Gregorius. *c.* 15. 18. 19. 28. 39. *XXVII. q.* 1.

9 Fuit hujus pœnæ mentio & in argumentis novi juris *c.* 6. §. 7. *de homicid. c.* 35. *de Sent. Excom.* Hodie sæpe solent Episcopi, eorumve Officiales Sacerdotibus, aut Clericis in vitium prolapsis injungere, ut se ad tempus, vel perpetuo in Monasterium, aut Seminarium Clericorum recipiant, certa pietatis, præscriptæque pœnitentiæ exercitia pro peccatorum expiatione, & vitæ emendatione subituri.

10 Verum aliquorum ea est duritia (*c*), & malitia, ut nec disciplina regularis ad eos continendos, & à vitiis retrahendos sufficeret, unde jam pridem in usu fuit, ut & in ipsis Monasteriis essent loca quædam separata, quibus tanquam in carcere incorrigibles, & majorum scelerum rei recluderentur. In regula Aquisgranensi dicitur (*d*): *Sit locus intra claustra Canonicorum, sicut in multis locis noscitur esse, quo ad tempus retrudantur, & secundum modum culpæ castigentur.*

11 Novo jure ecclesiastici carceris, quem Episcopi in suis Prætoriis pœnitentiæ Cleri assignabant, sæpius mentio recurrit, eo moderamine, ut juxta custodia sit, per quam reus commissa defleat, & flenda ulterius non committat. *c.* 35. *de Sent. Excom. c.* 27. §. 1. *de Verb. signif. c.* 3. *de Pœn. in* 6.

(*a*) Trid. sess. 23. c. 1. sess. 25. cap. 3. & 14. (*b*) De Rebus Monast. (*c*) De Carcer. (*d*) Reg. Canon. cap. 134.

12 Fuere tempora, in quibus obstinati, & excommunicati opitulante brachio sæculari in exilium agerentur (*a*), quod Nestorio, aliisque contingit. Refert nonnulla vetera Decreta Gratianus. *c.* 23. *D.* 63. *c.* 6. *III. q.* 4. *c.* 3. *III. q.* 5.

13 Superest novo jure Decretum S. Gregorii, quo mandat, ut Subdiaconus Calumniator, prius Subdiaconatus officio privetur, atque verberibus publice castigatus in exilium deportetur. *c.* 1. *de Calumn.* Juxta Decretum Concilii Antiocheni: *Quod siquis ista omnia*, quæ spectant censuram, *contempserit, & Episcopus minime emendare potuerit; Regis judicio ad requisitionem Ecclesiæ exilio damnetur.* Refert. *c.* 2. *de Cler. Excom.* En Clementis III. explicationem! *Postmodum vero*, inquit, *si in profundum malorum veniens, contempserit, cum Ecclesia non habeat ultra, quid faciat, ne possit esse ultra perditio plurimorum, per sæcularem comprimendus est potestatem; ita, quod ei deputetur exilium, vel alia legitima, utpote civilis, pœna inseratur. c.* 10. *de Judic.*

14 Rescripsit Urbanus III. Episcopo inter alia reliquum esse (*b*), quod de solo vertendo à Clericis exigere possit juramentum. In usu Galliæ id & hodie observatur, quod Presbyterum à sua Diœcesi ablegare, aut, si extraneus sit, in suam Diœcesin remittere possit: modo nihil contineat, quod per modum sententiæ pœnam exilii exprimat. Id enim abusivum judicaretur. *c.* 3. *de Crim. Fals. & ibi Interp.*

15 S. Augustinus virgarum meminit (*c*), quibus Episcopi in juniores Clericos, Abbates in Monachos, paternæ, domesticæque disciplinæ, causa ad correctionem castigationemque, procul ab omni vindictæ genere, utebantur. *c.* 1. *XXIII. q.* 1.

16 Hæ sunt pœnæ in tribunali ecclesiastico usitatæ, quarum mitiores salutarem correctionem continent; acerbiores eo tendunt, ut vel rei fidelibus nocere nequeant, salva conversionis via, vel exemplo sint, ut scandala reparentur. A vindicta autem, & supplicio semper abhorruit Ecclesia. Pronuntiat Canon Apostolorum: *Episcopum, Presbyterum, aut Diaconum, qui verberat eos, qui peccant, vel infideles, qui injuriam fecerunt, & per hoc vult timeri, deponi jubemus.* Refert. *c.* 7. *D.* 45. Inquit S. Gregorius: Pastores enim facti sumus, non percussores. *c.* 1. *ibi.* Alibi statuitur: *Non licet Epis-*

(*a*) De Exilio. (*b*) De Emigrat. (*c*) De Flagell.

Episcopo manibus suis aliquem cædere; hoc enim alienum à Sacerdote esse debet. Refert. *c.* 25. *D.* 86.

17 Jure novo rescripsit Alexander III. Panormitano Episcopo: *Pecuniaria poteris pœna mulctare, & etiam flagellis* manibus ministri *afficere, ea moderatione adhibita, quod flagella in vindictam sanguinis non transeant. Si vero ita gravis fuerit excessus, quod mortem, vel detruncationem membrorum debeant sustinere, vindictam reserves regiæ potestati.* Refert. *c.* 4. *de Rapt.*

18 Præcipit Justinianus, ut, si de crimine civili Clericus convictus esset, prius ab Episcopo sacerdotali dignitate spoliaretur, antequam per Judicem sæcularem pœna subjici possit. *Nov.* 83. *Præfat.* §. 2. Novo jure hæc depositio, quam degradationem vocamus, locum habet in suppliciis capitalibus. *c.* 10. *de Judic. & ibi Interp.*

19 Veteri jure promiscuus usus vocabuli depositionis (*a*), degradationisque in foro ecclesiastico fuit ad significandum, quod Clericus condemnatus, amisso loco, & gradu sui ordinis (*b*), in statum, & conditionem laicorum dejectus esset. Ad hominum animos percellendos placuit ritus, Clericum depositum spoliandi publice ornatu clericali, eidemque, si Concilium injuria depositum duxerit restituendum, ornamenta publice reddendi, quæ est sanctio Toletani IV. Concilii. *c.* 65. *XI. q.* 3.

20 Et quamquam Clericus depositus laicus fieret, non poterat tamen vitam vivere sæcularem, sed Monasterio commendabatur ad pœnitentiam, quam si subire detrectaret, excommunicationis fulmine feriebatur. *c.* 7. *D.* 50.

21 Sequentibus temporibus invaluit distinctio inter depositionem, vel degradationem realem, & verbalem. Verbalis est simplex depositio, nullis cæremoniis externis stipata. Realis, sive solemnis ad hunc fere modum peragitur. Clericus degradandus induitur omnibus sui ordinis ornamentis, manibusque tenet librum, vel aliud officii sui instrumentum: hoc habitu adducitur ad Episcopum, qui singula singillatim ornamenta ei publice eripit, incipiendo ab eo, quod in ordinatione ultimum, & desinendo in eo, quod primum erat, jubetque, ut caput omne radatur ad delendam coronam clericalem, ne ullum supersit Clericatus vestigium. Inter hæc pronuntiat conceptas verborum formulas, eis, quæ in ordinatione adhibentur, contrarias. *c.* 2. *de Pœn. in* 6.

22 Hæc solemnis degradatio fit, si Clericus Curiæ sæculari ad supplicium tradendus est: unde Judex laicus coram adstat, ut reum illico ad se rapiat. Ecclesia tamen pro integritate vitæ, & membrorum diserte intercedit. Inde si mortis pœna remittitur, homo claustro ad agendam pœnitentiam traditur. *c.* 27. *de Verb. Signif.*

(*a*) De Degrad. (*b*) Fleur. part. 3. cap. 19.

23 Recentius ad solemnem degradationem restrictus est numerus Episcoporum, qui à veteribus Canonibus ad simplicem depositionem requiritur. Nam ad deponendum Episcopum XII. Episcoporum, ad deponendum Presbyterum VI. Episcoporum, ad exauthorandum Diaconum VI. Episcoporum numerus desiderabatur. Minores Clericos Episcopus in consenssu sui Cleri deponere poterat. Et hæc quidem vetustis temporibus, quibus Concilia frequentiora, & Clericorum crimina rariora fuere, factu erant facilia. Supersunt veteres auctoritates. *c.* 4. *& 7. XV. q.* 7.

24 Sequiori tempore Clerici sæpius peccarunt; sed Concilia Episcoporum, in Gallia, & Germania maxime, coactu difficilia fuere. Hinc nonnumquam Episcopi vel per se, vel per suos Officiales deponere ausi sunt Presbyteros. Plerumque autem enormiorum criminum succrevit impunitas, quia non poterat non negotium diutius protrahi, eoquod tanto numero Episcopos oporteret expectare. Concilium Tridentinum (*a*) pro acceleranda pœna, criminibus debita, statuit, Episcopum ad degradationem solemnem Presbyteri, vel alterius Clerici loco aliorum Episcoporum, tot Abbates infulatos, vel alias personas, quæ sunt in ecclesiastica dignitate, advocare posse.

25 Quo res recidit? In Gallia tandem, recusantibus Episcopis sine causæ cognitione degradare Clericos, quos Judices regii in casu privilegiato capitis damnaverant, usus degradationis interiit. Inde pedetentim eviluit reverentia erga personas consecratas, quæ lictoribus palam constringendæ projiciuntur, ut nullam hodie in Francia degradationem videas. Est & alibi degradationis exemplum rarissimum.

26 Modus, quo Ecclesia utitur erga reos, quam dispar sit ab eo, quem observant Principes sæculares in illis puniendis, sat Gregorius II. (*b*) ex sæculo VIII. exhibet: *Vides*, inquit, *Imperator Pontificum, & Imperatorum discrimen? Si quispiam te offenderit, domum ejus publicas, & per* mulctas *spolias, solam illi vitam relinquens, tandemque illum etiam vel suspendio necas, vel capite truncas, vel relegas, eumque à Liberis, & ab omnibus cognatis, & amicis suis*

Cap. 2. De Orig. pœn. temp.

(*a*) Trid. sess. 13. cap. 4. (*b*) Greg. II. ep. ad Leon. Isaur.

suis per exilium *amandas. Non ita Pontifices, sed, ubi peccarit quis, & confessus fuerit, suspendii, vel amputationis capitis loco, Evangelium, & crucem cervicibus ejus* ad pœnitentiam *circumponunt, eumque tanquam in carcerem, in Secretaria, sacrorumque vasorum æraria*, ut commodus locus sit agendæ pœnitentiæ, *conjiciunt, in Ecclesiæ Diaconia, & Catechumenia*, quæ sunt loca à mundi tumultibus, & peccatorum periculis aliena, *ablegant, ac visceribus ejus jejunium, oculisque vigilias, & laudationem ori ejus*, veluti opera salutaris pœnitentiæ *inducunt. Cumque probe castigarint, probeque fame afflixerint, tum pretiosum illi Domini corpus impertiunt, & sancto illum sanguine potant, & cum illum vas electionis restituerint, ac immunem peccati, sic ad Dominum purum, insontemque transmittunt.* En ordinem omnem pœnitentiæ.

27 Veteri instituto Monasteria præprimis agendæ pœnitentiæ destinabantur. Hinc ea ætate retrusiones in Monasteria imponebantur, non tam in vindictam publicam criminum, & in vicem incarcerationis, quam ad salutarem pœnitentiam agendam.

28 Quid de fustigationibus, reliquisque tormentis? Inquit Hildebertus Cenomanensis Episcopus (*a*): *Reos tormentis afficere, vel suppliciis extorquere confessionem, censura Curiæ est, non Ecclesiæ, disciplina: Ecclesia non est carnifex, sed sacrifex; & pro reis immolat, reos autem immolare non solet.*

29 Patres Concilii Africani ann. 401. decreverunt, *siquis cujuslibet honoris Clericus judicio Episcoporum quocunque crimine damnatus fuerit, non liceat eum sive ab Ecclesiis, quibus præfuit, sive à quolibet homine* vi, & armis contra sententiam *defensari, interposita pœna damni pecuniæ, atque honoris, quo nec ætatem, nec sexum excusandum esse præcipimus. c. 3. XXI. q. 5.*

30 Hoc præjudicio, reliquoque civilium legum exemplo Jus novum foro ecclesiastico diversa civilium pœnarum per viam exactionis, & coactionis, genera arrogat. *c. 2. & passim de Pœn.*

31 Nostris moribus Judex ecclesiasticus pœnam (*b*) honorariam decernere potest, modo ea obeatur in Prætorio, non vero alibi, ubi non habet territorium. Injungere potest pœnam pecuniariam, non mulctæ nomine, sed eleemosynarum, ubi opus pium, cui applicandæ, exprimendum. Injungere potest flagellationem remotis arbitris, non fustigationem publice manu Carnificis infligendam. Injungere potest Clerico extraneo emigrationem è Diœcesi, non vero exilium imperare. Injungere potest carcerem perpetuum, & ob crimina leviora secessum in Monasterium, vel Seminarium. Quæ distinctiones presse observandæ, ne appellationibus tanquam ab abusu fenestra aperiatur.

(*a*) Bibl. Patr. tom. 21. pag. 178. (*b*) Fleur. supr. cap. 18. §. 3.

32 Ecclesiæ propriæ sunt censuræ, quæ olim forum pœnitentiale spectabant, & instruebant, quia à potestate clavium haud sejunctæ erant. Quippe juxta Morinum (*a*): *Ars illa stricte, præciseque, & secundum formalitates logicas de censuris ecclesiasticis loquendi, & philosophandi per undecim, & amplius sæcula ecclesiasticis auctoribus cognita non fuit.* Cap. 3. De Censur.

33 Scholastici tres tantum censuras recensent. Unde colligitur, depositionem, & degradationem apud eos eo nomine haud venire, irregularitatem impedimentum esse Canonicum, non autem censuram; interdictum censuram esse, non vero cessationem à divinis. Quippe rescripsit Innocentius III. per censuram interdicti, suspensionis, & excommunicationis sententiam intelligi. *c. 20. de Verb. Signif.*

34 In scholis inde vulgo recepta est definitio censuræ, quod *sit pœna spiritualis, & medicinalis, privans usu aliquorum spiritualium bonorum per ecclesiasticam potestatem ita imposita, ut per eandem ordinarie absolvi possit.* Ait Suaresius (*b*): hæc definitio desumpta est ex iis, quæ jura, & Doctores communiter de censuris tradunt; ab his enim desumenda est descriptio, & essentia talium rerum moralium, quæ ex arbitrio hominum pendent.

35 Invaluit illis sæculis, quod forum internum pœnitentiale, à foro externo, scilicet contentioso, jurisdictionis ecclesiasticæ distingueretur, secernereturque Ordinis potestas à potestate jurisdictionis. Inde auctoritas ferendi censuras ad forum externum, & potestatem jurisdictionis referri cœpit, quia à potestate Clavium interna, quæ exercetur in foro pœnitentiali, spectatque potestatem Ordinis, totaliter separatur.

36 En consectaria! nemo potest virtute Clavium ferre censuras, nisi habeat in foro externo jurisdictionem: nec enim sufficit, quod habeat potestatem clavium in foro pœnitentiali absolvendi, & retinendi peccata. Quippe hæc discretio refertur ad potestatem Ordinis.

37 Ulterius, quia Episcopo confirmato competunt ea, quæ

(*a*) Morin. de Sacram. Pœnit. lib. 6. cap. 25.
(*b*) Suares. de Censur. Disp. 1. sect. 1.

quæ jurisdictionis sunt, ejus est potestas censuras ferendi, licet necdum ordinatus fuerit: econtra Episcopus titularis, licet ordinatus, destituitur potestate ferendi censuras, quia jurisdictione caret pro foro externo. Quid amplius? Et simplici Clerico, vel primæ tonsuræ, vi jurisdictionis competentis concedunt potestatem ferendi censuras, quia hæc jurisdictio nullum supponit characterem, cum ad forum contentiosum pertineat.

38 Jure novo occurrit exemplum, Pontificem æqui, bonique habuisse, quod Abbatissa tum Canonicas, tum & Clericos suæ jurisdictioni subditos ab officio, & beneficio suspenderit, saltem per viam mandati. *cap.* 12. *de Major. & Obed.*

39 Postquam receptum est, auctoritatem ferendi censuras cohærere potestati jurisdictionis, consequens fuit, illam & via consuetudinis, præscriptionisque acquiri posse, quemadmodum alia, quæ jurisdictionis sunt. Afferunt in eam rem exemplum. *cap.* 3. *de Offic. Judic. Ordin.*

40 Declarat Bonifacius VIII. censuram Episcopi non spectare subditos, extra ipsius Diœcesin peccantes, quia in aliena Diœcesi jurisdictione destituitur. Ideoque censura lata in non subditum, aut extra territorium defectu jurisdictionis est nulla. *cap.* 2. *de Constit. in 6.*

41 Quum tum frequentia essent privilegia exemptionis, quæ regulares à jurisdictione Episcopi liberarunt, statuit Synodus Tridentina (*a*), *ut censuræ, & interdicta, nedum à Sede Apostolica emanata, sed etiam ab Ordinariis promulgata, mandante Episcopo, à Regularibus in eorum Ecclesiis publicentur, atque observentur.*

Cap. 4. De Divers. Excommu. spec.

42 Inter censuras ecclesiasticas primum tenet locum excommunicatio, cujus diversæ species in veterum disciplina observantur. Nam & Episcopus qui adesse Concilio neglexit, vel alienum Clericum ordinavit, excommunicatus dicebatur, quod, communione aliarum Ecclesiarum privatus, ad propriæ Ecclesiæ communionem restringeretur. *cap.* 10. 12. 13. 14. *Dist.* 18.

43 Aliud veteris hujusmodi excommunicationis exemplum fuit, quod aliquando Episcopi, aut Ecclesiæ à mutua se communione distare significarent per rejectionem literarum communicatoriarum, commendatitiarumque. Vetus enim usus fuit, quod Ecclesiæ invicem sibi communionis literas, quas Formatas dixere, mitterent, fidelibusque ultro, citroque ex una ad

(*a*) Trid. sess. 25. de Regul. cap. 12.

ad aliam Ecclesiam commeantibus, commendatitias, seu pacificas redderent, quia peregrinum in aliena Ecclesia ad Sacra admittere non licuit, nisi sui Episcopi stipatus fuisset epistolis. Si ergo una Ecclesia alteri has communionis literas dare, aut invicem recipere recusaret, communionem mutuam abrupisse, per quandam speciem execrationis, vel excommunicationis, videbatur. Ita Epiphanius scripsit ad Joannem Hierosolymitanum (*a*): *Fecistis nos etiam pœnitentiam agere, quare vobis communicaremus, ita Origenis errores, & dogmata defendentibus. Simpliciter loquor, nos, secundum quod scriptum est, nec oculo nostro parcimus, ut non effodiamus eum, si nos scandalizaverit; nec manui, nec pedi, si nobis scandalum fuerit: & vos ergo, sive oculi nostri, sive manus, sive pedes fueritis, similia sustinebitis.* Refert S. Hieronymus.

44 Absit vero, quod id genus excommunicationis rationem censuræ ecclesiasticæ ad effectum potestatis clavium præsetulerit! Nam & sæpe populus, causa scandali, ipsius sui Pastoris communionem exhorruit. Refert S. Cyrillus (*b*): *Cum primum Nestorius in publica Synaxi hæresin suam prompsisset his verbis*: Siquis Mariam Deiparam esse dixerit: anathema sit: *clamor quidam oritur, & excursus fit ab omni plebe. Neque enim illi amplius, cum talia sentiret, communicare volebant, ita, ut populus Constantinopolitanus à Synaxi abstineret.*

45 Atque veteri more tam frequens harum dissensionum, discessionumque exemplum fuit, ut Synodus Constantinopolitana IV. (*c*) quia animadvertit, sæpe sine causa plebem à sui Pastoris communione abhorruisse, hanc cautelam objicere debuerit. *Nullus Clericus ante diligentem examinationem, & synodicam sententiam à communione proprii Patriarchæ se separet, licet criminalem quamlibet causam ejus se nosse prætendat: nec recusset nomen ipsius referre inter divina mysteria. Idem statuimus de Episcopis erga proprios Metropolitas: similiter, & de Metropolitis circa Patriarcham suum. Qui vero contra fecerit ab omni sacerdotali operatione, & honore decidat.*

46 Repressis corruptelis supererat ad exemplum veteris juris & in Monasteriis quoddam excommunicationis genus, quo juxta Regulam S. Benedicti Fratres (*d*), serius venientes, vel

(*a*) S. Hier. epist. 60. (*b*) S. Cyrill. ad S. Cœlest. epist. 18.
(*c*) Synod. Constant. IV. can. 10. (*d*) Reg. cap. 45.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

alias delinquentes ab Oratorio, & mensa communi excludebantur.

47 In veteri ordine pœnitentiæ fere omnes stationes quandam excommunicationem referebant. Prima enim ab omni ingressu Ecclesiæ pœnitentes arcebat : altera ab omnibus precibus prohibebat : tertia à precibus eucharisticis excludebat ; quarta usum Eucharistiæ interdicebat. *cap.* 41. *XI. q.* 3. *cap.* 23. *XVII. q.* 4.

48 Atque has excommunicationes veteres dixere censuras medicinales, ut eas à mortalibus, quæ anathema involvunt, distinguerent. Agit de utraque censuræ specie S. Augustinus (*a*) : *Nos vero*, inquit, *quemquam à communione prohibere non possumus, quamvis hæc prohibitio nondum mortalis sit, sed medicinalis, nisi aut sponte confessum, aut in æquo, sive sæculari, sive ecclesiastico judicio nominatum, aut convictum.* Et alibi (*b*) : *Neque à populo Dei separamus, quos vel degradando, vel excommunicando ad humiliorem*, quamvis primum, *pœnitentiæ locum redigimus.*

49 Novo jure hæ excommunicationis species, quæ solummodo passiva Sacramentorum participatione privant, dicuntur minores, quarum primus meminisse dicitur Gregorius IX. *c.* 10. *de Cler. Excom. Ministr. c.* 59. *de Sent. Excom.*

50 Est quoque alia excommunicatio quæ exprimit anathema, id est, totalem resectionem à corpore Ecclesiæ juxta illam sententiam Evangelii (*c*). *Si Ecclesiam non audit, sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus.* Hanc veteres mortalem dixere, quia hac resectione, ut Ethnici, & Publicani reputantur, ut nec eorum in publicis precibus & suffragiis ratio haberetur, saltem tanquam membrorum Ecclesiæ, nec eorum, si in ea censurâ decessissent, oblationes reciperentur, in signum, quod Ecclesia omnem communionem eorum, postquam tanquam membra putrida, & mortua à corpore Ecclesiæ abjecti essent, abhorreret, ut & memoriam eorum post mortem execraretur.

51 Jure novo hæc excommunicatio audit major, eaque tam frequens est, ut hæc sola simplici nomine excommunicationis denotetur. Inquit Gregorius IX. *Si quem sub hac forma verborum* : illum excommunico, *vel simili : à Judice suo excommunicari contigat ; dicendum est, eum — majore excommunicatione (quæ à communione fidelium separat) esse ligatum.* Refert. *c.* 59. *de Sent. Excom.*

En

(*a*) S. August. lib. 50. Homil. hom. fin. (*b*) Post collat. cont. Dom.
(*c*) Matth. 18.

52 En terribiles effectus hujus censuræ mortalis! Ex sententia S. Augustini : *Nihil enim sic debet formidare Christianos, quam separari à Corpore Christi : si enim separatur à Corpore Christi, non est membrum ejus. Si non est membrum, non vegetatur spiritu ejus.* Refert. *c.* 33. *q.* 3. Cap. 5. De Effect. Excom.

53 Veteri more nomina excommunicatorum è diptychis Ecclesiæ eradebantur, eoquod habere nomen in diptychis idem esset, ac exiis nomen illius recitare inter missarum solemnia, in indicium, quod esset de communione fidelium, & de corpore Ecclesiæ. Hodie is usus est, quod excommunicati à publicis precibus, divinisque officiis Ecclesiæ, quæ solis fidelibus, & Ecclesiæ filiis patent, repelantur. Pro excommunicatis enim publice orandum non est. *c.* 28. *de Sent. Excom. & ibi Interp.*

54 Novo jure & reliquum commercium civile excommunicatorum à fidelibus vitandum fuerat. Nam minorem excommunicationem contrahebant illi, qui excommunicatis quovis genere commercii communicabant. Hinc excommuicatorum fuga imperata multum incommodi habuit ratione generalium censurarum, aliarumque latæ sententiæ. Concilium Basileense (*a*), exemplo Martini V. duplicis generis excommunicatos vitandos esse declaravit ; eos videlicet, qui solemniter denuntiati essent, & quorum excommunicatio ob notoriam percussionem Clerici tam certa esset, ut de ea nullo modo dubitari posset.

* 55 Nemo dubitaverit, pœnam excommunicationis esse admodum gravem, imo inter omnes pœnas gravissimam, qui serio attenderit, quid sit ab Ecclesia abscindi, unde tantum pro delicto mortali eoque enormi infligenda est. Ait S. Cyprianus (*b*) : *Tunc quidem* in veteri lege *gladio occidebantur, quando & adhuc circumcisio carnalis manebat. Nunc spirituali gladio superbi, & contumaces necantur, dum de Ecclesia ejiciuntur ; neque enim vivere foris possunt, cum domus Dei una sit, & nemini salus esse, nisi in Ecclesia, possit.* Juxta Origenem (*c*) : *Ubi peccatum mortale non est manifestum, ejicere Ecclesia neminem possumus, ne forte eradicantes zizania, eradicemus & triticum.* Quid disertius Decreto Concilii Meldensis? *Anathema*, ait, *est æterna mortis damnatio, & nonnisi pro mortali debet imponi crimine, & illi, qui aliter non potuerit corrigi.* Refert. *c.* 41. *XI. q.* 3. En & Decretum Concilii Arvernensis : *Nullus Sacerdotum quemquam rectæ fidei hominem pro parvis, & levibus causis à communione suspendat, præter eas culpas, pro quibus antiqui Patres arceri*

(*a*) Conc. Basil sess. 20. (*b*) S. Cypr. ep. 62. (*c*) Orig. hom. 20. in Josue.

ri ab Ecclesia jusserunt committentes. Superest *c.* 42. *ibi.* Audi & Decretum Concilii Tridentini (*a*) : *Quamvis excommunicationis gladius nervus sit ecclesiasticæ disciplinæ, & ad continendos in officio populos valde salutaris ; sobrie tamen, magnaque circunspectione est exercendus : cum experientia doceat ; si temere, aut levibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quam formidari, & pernitiem potius parere, quam salutem.*

CAPUT VI.

De Censuræ Conditionibus, & Speciebus.

1 Censuræ præcipue duo vitia sunt (*b*), utpote indiscretio, & injustitia. Veteres & illam censuram indiscretionis arguere, quæ pro occultis peccatis promulgaretur. Ait Canon : *Si quando Episcopus dicit, aliquem sibi soli proprium crimen fuisse confessum, atque ille neget ; non putet ad injuriam suam pertinere Episcopus, quod illi soli non credatur. Et si scrupulo propriæ conscientiæ se dicit neganti nolle communicare, quamdiu* taliter *excommunicato non communicaverit suus Episcopus, eidem Episcopo ab aliis non communicetur Episcopis, ut magis caveat Episcopus, ne* indiscretius *dicat in quemquam, quod aliis documentis convincere non potest.* Subdit Concilium : *Secrete tamen interdicat ei communionem, donec obtemperet.* Hac clausula truncat Decretum Gratianus. *c.* 3. *VI. q.* 2. *& ibi Cor. Rom.*

2 Quod magis autem Christianorum (*c*) mores in pejus ibant, & Episcoporum probitas decrescebat, eo magis, neglectis legibus justæ discretionis, causæ excommunicationis augebantur, & moderatio in usu extremi remedii minuebatur. Hac occasione statuit in Concilio Lateranensi Innocentius III. *ut caveat Prælatus diligenter, ne ad excommunicationem cujusquam absque manifesta, & rationabili causa procedat.* Refert. *c.* 48 *de Sent. Excom.*

3 Sæpe censuræ & vitio injustitiæ laborant. Ex sententia Origenis, *si qui non recto judicio eorum, qui præsunt Ecclesiæ, depellatur, & foras mittatur, si ipse non ante exiit, hoc est, si non ita egit, ut mereretur exire, nihil læditur in eo, quod non recto judicio ab hominibus videtur expulsus, & ita fit interdum, ut ille, qui foras mittitur, coram Deo intus sit ; &*

(*a*) Trid. sess. 25. c. 3. (*b*) De Vit. cens. (*c*) Fleur. J. E. p. 3. cap. 20.

& ille foris, qui intus retineri videtur. Gratianus nomini S. Hieronymi inscribit. *c.* 4. *XXIV. q.* 3.

4 Juxta S. Augustinum, *Illud plane non temere dixerim, quod, si quisquam fidelium fuerit anathematizatus injuste, potius ei oberit, qui facit, quam qui patitur hanc injuriam. Spiritus enim Sanctus habitans in Sanctis, per quem quisque* interius *ligatur, ac solvitur, immeritam nulli ingerit pœnam.* Refert. *c.* 87. *XI. q.* 3.

5 Hoc exemplo & novo jure pronuntiat Innocentius III. vitiis hominum contingere posse, quod, *qui liber est apud Deum, ecclesiastica sit innodatus censura,* non suo exitio, sed alieno periculo. *c.* 28. *de Sent. Excom.*

6 Quid elegantius sententiis S. Augustini (*a*) ? *Sæpe*, inquit, *etiam fit divina Providentia per nonnullas nimium turbulentas seditiones carnalium hominum expelli de Congregatione christiana etiam bonos viros. Quam contumeliam, vel injuriam suam cum patientissime pro Ecclesiæ pace tulerint, neque ullas novitates schismatis, vel hæresis moliti fuerint, docebunt homines, quam vero affectu, & quanta sinceritate charitatis Deo serviendum sit. Talium virorum propositum est, aut sedatis remeare turbinibus, aut, si id non sinantur, vel eadem tempestate perseverante, aut, ne suo reditu talis, aut sævior oriatur, tenent voluntatem consulendi etiam eis ipsis, quorum motibus, perturbationibusque cesserunt, sine ulla conventiculorum segregatione usque ad mortem defendente, & testimonio juvantes eandem fidem, quam in Ecclesia Catholica prædicari sciunt. Hos coronet in occulto Pater, in occultis videns. Rarum hoc videtur genus, sed tamen exempla non desunt ; imo plura sunt, quam credi potest. Ita omnibus generibus hominum ad animarum curationem, & institutionem spiritualis populi utitur divina Providentia.*

7 Absit ergo, ut pro foro externo censuram, eo obtentu, quod injusta videatur, privata auctoritate aspernari liceat ? Quippe ex sententia S. Gregorii Pastoris sententia, sive justa, sive injusta fuerit, timenda est. *Ne is, qui subest, & cum injuste ligatur, ipsam suæ obligationis sententiam, & alia culpa, mereatur. Pastor ergo vel absolvere indiscrete timeat, vel ligare. Is autem, qui sub manu Pastoris est, ligari timeat, vel injuste ; nec Pastoris sui judicium temere reprehendat. Ne, etsi injuste ligatus est, ex ipsa tumidæ reprehensionis superbia, culpa, quæ non erat, fiat.* Refert. *c.* 1. *XI. q.* 3.

At,

(*a*) S. Aug. de Ver. Rel. cap. 6.

8 At, ut quid S. Gelasius scripsit, censuram injustam impune negligi, contemnique? *Si injusta est, tanto eam curare non debet, quanto apud Deum, & Ecclesiam neminem potest unquam gravare sententia. Ita ergo ea se non absolvi desideret, qua se nullatenus perspicit obligatum.* Spectat Gelasius censuram, ni fallor, manifeste injustam, utpote ex defectu potestatis, quia agit de communione vitanda vel Dioscori, qui in Concilio Chalcedonensi damnatus est, vel de communione Achatii, quem Felix III. & ipse Gelasius proscripsit. *c.* 46. *XI. q.* 3. *& ibi Corect. Rom.*

9 Sit ergo, quod censura, notorie injusta, & in foro externo negligi queat; sive alia, licet iniqua, vitandi scandali causa, revereri debeat, reliquum est grande meritum eorum, qui ea occasione quævis exteriora pericula, & detrimenta sustinere malunt, quam pacem, & unitatem Ecclesiæ lædere. Juxta effatum S. Augustini (*a*), *spirituales homines hujusmodi adversis magis proficiunt; quia, cum aliqua adversitate, vel necessitate hominum videntur expelli, ibi magis probantur, quam si intus permaneant, cum adversus Ecclesiam nullatenus eriguntur, sed in solida unitatis petra fortissimæ charitatis robore radicantur.*

Cap. 7. De Condit. censur.

10 Sunt & justæ censuræ conditiones reliquæ (*b*); utpote, quod nonnisi in contumaces decernenda sit. Quippe Christus Dominus non dixit: siquis peccaverit; sed dixit, si commisso peccato Ecclesiam, correctionis suscipiendæ causa, non audierit, sit sicut Ethnicus, & Publicanus.

11 Inde veteri jure trina distincta monitio sententiam excommunicationis fere semper præcessit. Refert Gratianus Decretum Concilii Rothomagensis eo tenore: *Ut — secundum Domini nostri præceptum admoneantur semel, & secundo, & tertio, qui si non emendaverint, anathematis vinculo feriantur.* Superst *c.* 5. *XVI. q.* 7.

12 Juris novi argumentis passim hæ clausulæ: *Competenti monitione præmissa: post monitionem canonicam:* commendantur, quibus trina, intercedentibus justis intervallis, monitio exprimi censetur. *c.* 48. *de Sent. Excom. c.* 3. *& 5. ibi in 6.*

13 Statuit Concilium Lugdunense, ut inter monitiones, quas statuunt jura præmitti, Judices, sive monitionibus tribus utantur, sive una pro omnibus, observent aliquorum dierum (ad minus duorum inter singulas) intervalla; nisi necessitas facti ea suaserit moderanda. *c.* 9. *de Sent. Excom. in 6.*

14 Quum permittit Concilium, quod Judex uti queat una pro

(*a*) S. Aug. lib 1. de Bapt. cap. 17. (*b*) Matth. 18.

pro tribus; id procul dubio ex Jure civili desumptum, quo Judicis arbitrio relinquitur, uno edicto peremptorio citoriali uti pro pluribus. *L.* 72. *ff. de Judic.*

15 Juxta Glossam hæc monitio duplici forma fieri solet. Interdum sic: *Monemus te, quod usque ad diem talem pro primo, talem pro secundo, talem pro tertio &c.* Internum ita: *quod usque ad talem diem pro primo, secundo, & tertio peremptorio &c.* Inde oportet inter monitionem, & sententiam tantum intervallum relinqui, ut contumax convincatur.

16 Succrescentibus corruptelis indiscretioris zeli præcipit Synodus Tridentina, ut Judex ad excommunicationem non procedat, *nisi delicti qualitas, præcedente bina saltem monitione, etiam per edictum, id postulet.*

17 In moderno Pontificali Romano hæc formula refertur: *Monuimus enim excommunicandum canonice primo, secundo, tertio, & etiam quarto, ad ejus malitiam convincendam; ipsum ad emendationem, satisfactionem, & pœnitentiam invitantes, & paterno affectu corripientes.* Hæc observanda sunt ratione excommunicationis ab homine.

18 Excommunicationes latæ sententiæ, simul, atque peccatum commissum est, ipso facto incurruntur (*a*). Sic simoniacus, sic qui Clericum percussit, ex eo facto ab Ecclesia abstinere, & absolutionem petere debet: quod ex formula proclamationis manifestum. Haberetque reus, quod sibi imputaret, si absolutio differetur; quippe quæ nemini, qui ad officium redit, denegari solet. Sed has nemo observare tenetur, nisi, qui eas noverit, quarum multæ sine culpa ignorari possunt. Tantus est enim excommunicationum à lege, vel ipso facto numerus, ut ne quidem solertissimi Canonum Interpretes cunctas enarrare audeant.

19 Quippe in solo sexto Decretalium numerantur XXXII. in Clementinis L. in Bulla Cœnæ XXI. ne quid dicam de Constitutionibus synodalibus, mandatis Episcoporum, & Statutis Regularium. Sed in antiquis Canonibus, Decretoque Gratiani & Decretalibus Gregorii IX. vix XXX. reperiuntur, quæ tamen, si recte ponderentur, maximam partem non excommunicationem ipso facto, sed ab homine convictis infligendam, indigitant. Neque est, quod aliter verba celebratissimi Canonis, qui *cap.* 29. *XVII. q.* 4. refertur, interpretemur. Cum enim dicitur, eum, qui in Clericum, vel Monachum violentas manus injecerit, anathematis vinculo subjacere, subaudien-

(*a*) Fleur. §. 7. supr.

denda est ea conditio, quod convictus, ac condemnatus fuerit. Interim Glossa id explicat de excommunicatione latæ sententiæ, quæ opinio vulgo regnat, ut tamen juxta plerosque Interpretes declaratione facti opus sit.

20 Quid brevius, quam ut ad votum, & consilium D. Gerson omnes censuræ latæ sententiæ, in jure, vel statutis contentæ, quarum usus nullus est, aut plus obest, quam prodest, expressa revocatione abolerentur in Provinciis, Diœcesibus, Ecclesiaque universali? Expediens etiam esset, ut nulla excommunicationis sententia ferretur de facto vel à jure, vel Judice, neque pro præsenti, neque pro futuro, nisi pro manifesta contumacia, qua quis ostendit, se non paratum audire Ecclesiam. Quomodo aliter haberi debet, sicut Ethnicus, & Publicanus, si Ecclesiam audire paratus est?

21 Id communi Theologorum, & Canonistarum calculo jam receptum est; quod nullus quemquam excommunicatum vitare debeat, nisi postquam à suo Judice ut talis denuntiatus fuerit; quod solus ille denuntiatus contrahere dicatur irregularitatem, si se Sacramentis ingerat; & quod solus talis potestate absolvendi in foro conscientiæ spoliatus censeatur. *Juxta Extrav. Martini V.* (*a*).

Cap. 8. De Cautel. censur.

22 Institutu Christi excommunicatio ultimum medium est. Ait S. Ambrosius (*b*): *Cum dolore enim amputatur etiam, quæ putruit pars corporis: & diu tractatur, si possit sanari medicamentis; si non possit, tunc*, quia mitius medium non superest, *à medico abscinditur. Sic Episcopi affectus boni est, ut optet sanare infirmos, serpentia auferre ulcera, obducere aliqua, non abscindere; postremo, quod sanari non potest, cum dolore abscindere.*

23 Ex sententia S. Leonis (*c*): *Nulli Christianorum facile communio denegetur, nec ad indignantis hoc fiat arbitrium Sacerdotis, quod in magni reatus ultionem invitus, & dolens quodammodo debet inferre animus.*

24 His exemplis præcipit S. Synodus Tridentina (*d*), ut in causis judicialibus non procedatur ad excommunicationem, nisi in casibus, ubi, omnibus adhibitis mediis, invocato aliquando & brachio sæculari, executio alia haberi nequit, & erga Judicem contumacia nota est.

25 In Oriente vetabat Justinianus Imp. temporales proventus ecclesiasticos censuris extorqueri. *Non oportet*, inquit, *Episcopos, aut Clericos cogere quemquam ad fructus offerendos,*

(*a*) Mart. V. Extrav. ad evit. scand. cap. 20. (*b*) S. Ambr. l. 1. Offic. c. 27.
(*c*) S. Leon. epist. 59. (*d*) Trid. sess. 25. cap. 3.

dos, vel angarias illatas, aut alio modo vexare, aut excommunicare, aut anathematizare, aut denegare communionem, aut idcirco non baptizare; quamvis usus ita obtinuerit. Refert. *L. 39. §. 1. C. de Episc. & Cler.*

26 In Occidente inde à sæculo VI. perstitit usus, quod decimæ ecclesiasticæ censuris exigerentur. His armis frequentius Episcopi repulerunt sæculo IX. impressiones Dynastarum, bonis Ecclesiæ inhiantium, quibus nonnunquam & clavum martialem junxerant. Sequioribus sæculis fere quotidianus usus invaluit, temporalia Ecclesiarum bona censuris vindicandi. Sed notavit D. Gersonius (*a*), experientiam docuisse, quod applicatio gladii spiritualis ad defensionem temporalium tum magnam confusionem in Ecclesia, tum contemptum censurarum pepererit. *Itaque*, inquit, *sicut temporalitas addita est Ecclesiæ pro dote sua, videri posset aliquibus, quod ad ejus defensionem similiter addere suffecerat adversus impetitores pœnam, vel censuram temporalem; ut est mulctatio pecuniaria, vel corporalis detentio, vel arrestatio bonorum propriorum.*

27 Augescente hominum duritie, decursum est ad rigores veteribus inauditos (*b*), ut familiæ, Provinciæ, Regnaque vel excommunicarentur, vel interdicto premerentur. Denique circa ann. 1080. effectus excommunicationis videbantur super omnes limites prolati. Sed saniores Episcopi hunc rigorem certis restrictionibus temperarunt. Ipse Gregorius VII. conjuges, liberos, servos excommunicatorum, item qui ex ignorantia, vel necessitate, veluti emendi, vel eleemosynæ causa cum ipsis commercium haberent, excipiendos esse censuit.

28 Quid consultius veteribus cautelis? Inquit S. Augustinus: *Omnis pia ratio, & modus ecclesiasticæ disciplinæ unitatem in vinculo pacis maxime debet intueri.* Et infra: *Quando itaque cujusque crimen notum est, & omnibus execrabile apparet, ut vel nullos prorsus, vel non tales habet defensores, per quos possit schisma contingere; non dormiat severitas disciplinæ, in quo tanto est efficatior emendatio pravitatis, quanto diligentior conservatio charitatis. — Revera, si contagio peccandi multitudinem invaserit, divinæ disciplinæ severa misericordia necessaria est. Nam consilia separationis & inania sunt, & pernitiosa, atque sacrilega; quia & impia, & superba sunt, & plus perturbant infirmos bonos, quam corrigunt criminosos malos.* Quid ergo consilii? *Turba autem iniquorum, cum facultas est in populis promendi*

(*a*) D. Gers. de Potest. Eccl. consid. 4. (*b*) Fleur. supr. §. 3.

di sermonem, generuli objurgatione ferienda: & maxime, si occasionem, atque opportunitatem præbuerit aliquod Domini flagellum desuper, quo eos appareat pro suis meritis vapulare. Tunc enim aures humiles præbet emendatorio sermoni calamitas Auditorum, facilius in gemitum confitendi, quam in murmura resistendi, afflicta corda compellet. Vult ergo S. Pater, ne facile procedatur ad excommunicationem, si aut ipsum crimen, aut auctor criminis sociam habet multitudinem. Refer fragmentum. *c.* 32. *XXIII. q.* 4.

29 In Gallia, & alibi Regiæ leges vetant (*a*), ferri censuram in Ministros Regios ratione sui officii; tum quia hæc officia sunt temporalia, ut & illa vitia, quæ ibi committuntur, aliena censeantur à cognitione ecclesiastica; tum quod & ea officia exerceant nomine Regis, ut ejus sit, hos defectus corrigere.

Cap. 9. De For. & rit. Excom ferend.

30 Hodie universum excommunicationis negotium diversis formalitatibus constat, quarum aliæ sunt, quæ sententiam præeduntæ, quæ eam committantur, nonnullæ quæ eam sequuntur. *c.* 48. *de Sent. Excom.*

31 Pristinis Ecclesiæ sæculis peculiaris haud forma legitur (*b*). Id omne erat, quod causa excommunicationis in consensu Cleri accurate examinaretur, ipsiusque criminosi dispositio exploraretur, an nullo leniori medio ad pœnitentiam, & correctionem revocari posset? Inde præmittebantur, iterabanturque monitiones. Si desperatus videretur, juxta Constitutiones Apostolicas Episcopus, adhibito Clero suo, sententiam excommunicationis, simpliciter præterito alio exteriore ritu, pronuntiabat, & quem alienum à pœnitentia viderat, merens, & dolens ex Ecclesia ejecit.

32 Invalescentibus excommunicationibus, statuendum fuit, ut sufficiens causa in jure expressa, vel saltem publicum scandalum precederet, quia agitur de pœna omnium spiritualium maxima infligenda. Defectus causæ injustam reddit excommunicationem, quæ tamen pro foro externo reverenda, donec rescindatur. Qui censuram pronuntiat, instructus esse debet, & præmittere tres admonitiones, intervallo saltem bidui singulas proponendas. *c.* 23. *XXVII. q.* 4.

33 En solemniorem apparatum! Juxta hodiernum Pontificale Romanum (*c*): *Quando anathema, id est, solemnis excommunicatio pro gravioribus culpis ferri debet, Pontifex paratus amictu stola, pluviali violaceo, mitra simplici, assistentibus sibi XII. Presbyteris* (olim Presbyteri, ut Conju-

(*a*) Gibert. ibi. (*b*) Const. Apost. lib. 2. cap. 42.
(*c*) Pontif. Rom. de Ordin. Excom.

judices assidebant) *superpelliceis indutis, & tam ipso, quam Presbyteris candelas ardentes in manibus tenentibus, sed & super faldistorium ante altare majus, aut alio loco publico, ubi magis sibi placebit, & ibi pronuntiat, & profert anathema.*

34 Ritus candelas ardentes adhibendi Græcis ignotus est. In latina Ecclesia videtur is circa sæculum nonum cœpisse, ut major censuris auctoritas, quæ passim eviluit, apud populum conciliaretur. Meminit Regino veteris formulæ (*a*): *Sicut*, inquit, *hæ lucernæ extinguuntur in oculis vestris, ita gaudium eorum extinguatur in conspectu SS. Angelorum, nisi ante mortem ad satisfactionem venerint.*

35 Successit aliis sæculis, quod brachium civile imploraretur, ut excommunicati ad satisfactionem cogerentur. S. Ludovicus, Rex Galliæ, edictum promulgavit, *ut, si aliqui per annum contumaces extiterint, ex tunc compellantur redire ad ecclesiasticam unitatem; ut quos à malo non retrahit timor Dei, saltem pœna temporalis compellat.*

36 Juxta Tridentinum Decretum (*b*), *si obdurato animo censuris innexus, illis per annum insorduerit, etiam contra eum tanquam de hæresi suspectum procedi possit.* Quod tamen hodie juxta suum rigorem non observatur, nisi in Provinciis, ubi tribunal Inquisitionis viget.

37 Sententia scripto consignanda est (*c*), qua nomen personæ, & causam censuræ exprimi oportet. Nomina postea in Ecclesiis recitanda, & portis affigenda sunt, ut vulgus norit, quos vitare debeat. Si in Ecclesiam venerint, expellendi sunt; &, hoc fieri nequit, cessandum est à divinis, & ex Ecclesia fugiendum.

38 Præcipit Pontificale Romanum: *Epistola Presbyteris per Parochias, & etiam vicinis Episcopis mittatur, continens nomen excommunicati, & excommunicationis causam, ne quis per ignorantiam ulterius illi communicet.*

39 Id ex antiquo jure superest. Concilium Nicœnum I. (*d*) statuit, *ut de iis, qui communione privantur, sive ex Clero, sive ex laico ordine, ab Episcopis uniuscujusque Provinciæ servetur hæc sententia secundum Canonem, qui pronuntiat, ut, qui ab aliquibus abjiciantur, ab aliis non recipiantur.*

40 Novo jure ex scripto proferenda est censura, & causa excommunicationis, exemplumque ejusmodi scripturæ excommunicato tradendum, si requisierit. Atque super hac requisitione publicum instrumentum, vel literas testimoniales, si-

gil-

(*a*) Regin. lib. 2. cap. 412. (*b*) Trid. sess. 25. cap. 3.
(*c*) Fleur. supr. §. 6. (*d*) Conc. Nicen. cap. 5.

gillo authentico munitas, confici oportet. *c.* 1. *de Sent. Excom. in* 6.

41 Et hæc quidem in censura ferendæ sententiæ juxta modernam Ecclesiæ disciplinam servanda sunt; quoad excommunicationem vero latæ sententiæ ea observari debent, quæ in legis, aut Canonis promulgatione, & confectione præscripta sunt.

Cap. to. De Interdict.

42 Altera species censuræ novo jure apparet interdictum, quod communiter definitur, esse censuram ecclesiasticam, qua prohibetur usus quarumdam rerum divinarum, ut fidelibus communis, quatenus talis est. His enim notis interdictum, veluti peculiarem censuram, ab excommunicatione, & suspensione distinguunt. Dicitur aliquarum rerum divinarum usu communi, quatenus talis est, interdictum privaret, quia illis duntaxat privat, quæ in jure novo expressa sunt, secundumque modum à jure definitum.

43 Hujusmodi interdictum dividitur in locale, personale, & mixtum. Locale directe locum, personale Personas spectat: mixtum ex utroque constat, quia tum & locum, tum & Personas directe afficit.

44 Utrumque, utpote locale, & personale, subdividitur in generale, & particulare. Explicat Bonifacius interdictum locale tum generale, tum particulare. *Si civitas, castrum, aut villa ecclesiastico subjiciantur interdicto, illorum suburbia, & continentia ædificia eo ipso intelliguntur interdicta &c.* Ea ratione & *si sit* per censuram particularem *Ecclesia interdicto supposita, vel subjecta; nec in Capella ejus celebrari, nec in cæmeterio ipsius eidem Ecclesiæ contiguis poterit sepeliri.* Refert. *c.* 17. *de Sentent. Excom. in* 6.

45 Meminit Pontifex & interdicti personalis generalis, particularisque; videlicet, si quædam Communitas; v. g. Clerus, vel populus interdicto subjicitur, censura generalis censetur: si vero expressis nominibus propriis designantur, in quos, tametsi plures, censura fertur, interdictum particulare intelligitur, quia ut particulares personæ spectantur. *c.* 16. *ibi.*

46 Tam generalia interdicta sat aliena à rationibus purioris disciplinæ videntur. Carpit S. Augustinus rigorem juvenis Episcopi, quod ob delictum domini totam familiam perstrinxerit: faretur tamen, magni nominis Episcopis interdum id placuisse. *c.* 1. *XXIV. q.* 3.

47 An tale est exemplum S. Basilii (*a*)? Inquit enim: *Vil-*

(*a*) S. Basil. ex epist. 244.

lla vero, quæ raptorem susceperit cum rapta, nec reddiderit, suspensa prorsus sit à precibus, & orationum communione. Patet ex contextu, S. Patrem hic non loqui de villa, prout locum, aut domum significat, sed de familia, quæ raptorem cum rapta susceperat; inde eam ut complicem criminis, in pœnitentiam à communione suspendendam censuit. Spectat & pœnitentiam S. Augustini (siquidem ejus vere esset) locus, quem refert Gratianus. *c.* 8. *XXII. q.* 4.

48 Proprius hujus censuræ exemplum exeunte sæculo VI. apparet. Refert. Gregorius Turonensis (*a*): Prætextato Episcopo Rothomagensi ipso die Paschatis in Ecclesia inter divinum officium trucidato, *Leudovaldus Episcopus Bajocensis, epistolas per omnes Sacerdotes direxit, & accepto consilio Ecclesias Rothomagenses clausit, ut in his populus solemnia divina non spectaret, donec indagatione communi reperiretur hujus auctor sceleris.*

49 Sæculo IX. & X. frequentiores hujus generis censuræ esse cœpere. Ruente Caroli M. Imperio, ut Dynastarum contumaciam frangerent Episcopi, generali Provinciarum, & Civitatum interdicto uti cœperunt. In Synodo Lemovicensi ann. 1031. Odalricus Abbas suggessit: *Nisi de pace acquieverint, ligate omnem terrum Lemovicensem publica excommunicatione, eo videlicet modo, ut nemo, nisi Clericus, aut pauper mendicans, aut peregrinus adveniens, aut infans à limatu, & infra in toto Lemovicinio sepelitur &c.* Ademarus Engolismensis, Scriptor coævus, novam observantiam vocat.

50 Eodem sæculo Ivo Carnotensis interdictum vocat *medium* insolitum. Labentibus tamen sæculis usus interdictus totum præsertim generalium mirum in modum fuit extensiique usi sunt Pontifices, & Episcopi, ut excommunicationibus, quas Principes, & Magistratus in se latas nonnunquam contempserunt, vim, & efficaciam adderent. Sed cum interdicta plerumque ob crimen à solo Principe, aut Magistratu commissum indicerentur, & populus per illa divinis Officiis & Sacramentis, atque instructionibus frequenter sine propria culpa privaretur, idcirco Pontifices interdicti rigorem mitigare cœperunt.

51 Quare principio baptismum infantium, & morientium pœnitentiam exceptam legimus. Hæc est lex Alexandri III. *c.* 11. *de Spons.* Innocentius III. tempore interdicti prædicari verbum Dei & Sacramentum Confirmationis parvulis administrari permisit. *c.* 43. *de Sent. Excom.* tum & indulsit, ut Cle-

(*a*) Greg. Turon. Hist. Franc. lib. 8. c. 31.

Clerici, si interdictum servassent, in cæmeterio Ecclesiæ in silentio sepeliri possent, atque in conventualibus Ecclesiis horæ canonicæ, januis clausis, remissaque voce celebrari, peregrinisque, & cruce signatis etiam bene valentibus, cum postulaverint, pœnitentia dari. *c.* 11. *de Pœnit. & Remiss.* Juxta Gregorium IX. licet Presbyteris semel per hebdomadam in occulto, & silentio Missam celebrare. *c.* 57. *de Sent. Excom.* Denique Bonifacius VIII. concessit, tempore interdicti libere tum à sanis, tum ab infirmis suscipi pœnitentiam, Missam minus solemnem quotidie, solemnemque quater, aut quinquies per annum in festis majoribus celebrari. *c.* 24. *de Sent. Excom. in* 6. *& ibi Glorr.*

52 Abhinc vetat Pontifex, pro debitis pecuniariis, vel alia quantitate monetæ interdicta Provinciarum, Civitatum, castrorum vel quorumvis locorum auctoritate vel ordinaria, vel delegata promulgare. *Extrav.* 2. *de Sent. Excom. inst. Com.* Reliquæ cautelæ sunt Concilii Basileensis (*a*).

53 Sunt Constitutiones, quibus interdictum ipso facto in certis casibus incurritur: sunt, quibus suspensio ratione Clericorum stabilitur. Unde hæc distinctio, ut ipso facto, vel ab homine, id est, lege generali, vel judicio particulari incurrantur, tribus hisce censuris, excommunicationi, interdicto, & suspensioni communis est.

54 Pœna eorum, qui interdictum violaverint, est excommunicatio. Is vero, qui ex Clericis scienter in loco interdicto Missam celebrat, aut Sacramenta administrat, irregularitatem incurrit, à quo non valet, nisi per Papam, absolvi. *c.* 18. §. 1. *de Sent. Excom. in* 6.

55 Interdictum autem iisdem solemnitatibus, ac excommunicatio, pronuntiatur, scilicet è scripto, expresso nomine, & causa inserta, præviisque tribus admonitionibus. His cæremoniis opus non habet cessatio à divinis, quæ sine Judicis Decreto contingere potest, veluti si polluitur Ecclesia. *c.* 28. *ibi.*

Cap. 11. De Suspension.

56 Superest censura suspensionis, quæ solos Clericos spectat. Inde definiri solet, quod sit censura ecclesiastica, qua Clericus ob culpam suam prohibetur ab executione potestatis ecclesiasticæ, quam habet ratione officii, vel beneficii ecclesiastici.

57 Suspensio duplex est: alia ab officio, alia à beneficio dicitur. Suspensio ab officio simpliciter expressa prohibet ab usu tum Ordinis, tum jurisdictionis. Suspensus enim ab

(*a*) Conc. Basil.

ab officio nullis se divinis ingerere potest. *c.* 1. *de Sent. & Re Judic. in* 6.

58 Quum ergo per eam censuram Clericus ab omni officio ecclesiastico, sive illud ab Ordine, sive à jurisdictione dependeat, suspendatur, ea restringitur ad munera officii vere ecclesiastici. Nam iis, quæ Clericis æque, ac laicis, communia sunt, hæc censura, haud privat, passiva; v. g. participatione Sacramentorum, ingressu Ecclesiæ, piis suffragiis, ecclesiastica sepultura &c.

59 Suspensionis plures sunt gradus. Localis dicitur, quæ certo loco functiones obire prohibet. Personalis omnibus locis interdicit. Generalis omnes officii functiones vetat: specialis certas functiones spectat. Sæpe etiam ad tempus longius, breviusque restringitur: quo elapso cessat ipso facto. Si suspensio lata sit cum clausula: donec satisfecerit, expectanda est judicis declaratio super satisfactione. Si injungitur ad beneplacitum Episcopi; eo casu expectandum est, dum expresse tollatur.

60 Novo jure, quo invaluit beneficiorum divisio, emersit nova species censuræ, quæ est suspensio à beneficio. Hac enim Clericus à perceptione fructuum beneficii, aliisque suspenditur, quæ à beneficio dependent. Unde sicut suspensio ab officio potest esse partialis, ita & hæc limitari potest, vel ad quandam partem fructuum, aut ad certum tempus.

61 Ut autem certius constet de natura censuræ, & quousque se extendat, debet Judex eam in scriptis proferre, & causam exprimere, exemplumque hujusmodi scripturæ, si requisitus fuerit, intra mensem reo tradere. *c.* 1. *de Sent. Excom. in* 6.

62 Spectant ista censuram ferendæ sententiæ, quantum enim pertinet ad suspensiones latæ sententiæ, requiritur illarum legum, à quibus dependent, legitima promulgatio, & receptio.

63 Siquis Clericorum suspensionis latæ censuram violat, irregularis efficitur. Sed an irregularitas contrahitur, & à Clericis minorum Ordinum, qui intervallo suæ suspensionis obeunt quoddam minorum Ordinum ministerium? Excusant, quia nostra ætate per consuetudinem illa officia minorum Ordinum communia sunt laicis, Clericisque.

64 Censuræ ex suo genere, saltem negative, quatenus ad nullum tempus restringitur, sunt perpetuæ; ex intentione tamen Ecclesiæ, quæ miseris condolet, ea conditione pollent, donec resipiscant, & peccati veniam petant peccatores. Apparente enim justa satisfactione absolutio à censura denegari nequit, cum correctionis causa infligatur. Novissime satis yi-

Cap. 12. De Absol.

sum pro foro externo, si jurejurando, vel cautione præstita satisfactio promitteretur.

65 Quid suavius veteris pœnitentiæ processu (*a*)? Primis sæculis Episcopi raro ad sacrum fulmen confugerunt. Siquis accusatus esset, sollicita cura examinarunt vitam anteactam, &, si accusatio hæreret, eum privatim increpuere: post reluctantem coram testibus humaniter convenerunt, denique induratum coram Ecclesia palam perstrinxerunt. Boni decimi officio fungentes solatium leniendo malo; minas, & exprobrationes vulneri purgando, & tumori reprimendo; corruptioni præcavendæ jejunia adhibuere. Si malum omnia membra corripuisse, nec spem medendi superesse videbant, adhibito Episcoporum & longo usu subactorum Præsbyterorum consilio, re exquisite pensata, immedicabile membrum, ne partes sinceræ inficerentur, resecarunt, dolentes tamen, & lacrymantes, ac unice dicto S. Pauli, *Auferte malum è vobismetipsis*: obtemperantes. Excommunicatus habebatur, ut infidelis, & Christiani nullum cum eo commercium, præsertim in precibus, habuere. Poterat quidem venire in Ecclesiam, & scripturam prælectam, concionesque audire, quod ipsis infidelibus non negabatur; sed idem cum infidelibus à mysteriis divinis removebatur, ut desiderium orandi cum fidelibus in eo excitaretur, & cæteri ejus exemplo terrerentur. Interim Episcopus eum non neglexit, si vel maxime altera vice lapsus esset. Non abhorruit ab ejus consortio, non à convictu, memor, Christum manducasse cum Pharisæis, & peccatoribus. Consolabatur, exhortabatur, ne animum desponderet. Resipiscentem, & pœnitentiæ dignos fructus ostendentem gaudio perfusus recepit, tanquam filium perditum, ac manuum impositione cum Ecclesia reconciliavit, precumque, & Sacramentorum fecit participem.

66 Inter hæc omnia siquis conquereretur, se temere ab Episcopo fuisse excommunicatum, ex simultate, vel libidine nocendi; ad Concilium Provinciale, quod inde bis per annum juxta Decretum Concilii Nicæni celebrandum fuit, res deferebatur, ut uberiore, & æquiore judicio causa deciderentur. Hoc fuit veterum in excommunicando, reconciliandoque consilium.

67 Novo jure, quantum ad absolutionem inter censuras ferendæ, latæve sententiæ distinguimus. Eæ enim, quæ à Judice pronuntiatæ sunt, nonnisi eadem auctoritate, id est, ab ipso Judice, ejusque Successore, vel Superiore, jurisdictionem habente, relaxari possunt. Frequentius ad Papam deferebantur querelæ eorum, qui se vel injuste à suo Episcopo censura perstrictos, aut à debito absolutionis beneficio repulsos contenderent. Præcipit Innocentius IV. ut, si in appellatorio appareat, justam esse censuram, absolutio remittatur ad eum, qui eam tulit: si vero injustam esse constet, Superior, ad quem appellatum est, eam remittat. Si vero de justitia, injustitiave censuræ dubitetur, honestius, & decentius est, quod ejus relaxatio excommunicatori reservetur, licet Superior eam tollere possit. *c.* 7. §. 3. *de Sent. Excom. in 6.*

(*a*) Fleur. J. E. part. 3. cap. 20.

68 Censuræ latæ sententiæ tum à Judice ordinario pro utroque foro, tum & à Presbytero, qui sacramentalem absolutionem administrandi potestate gaudet, pro foro interno remitti possunt: unde fere generalis omnium censurarum absolutio in Confessionali præmitti solet. Excommunicatio minor per quemcunque Presbyterum approbatum tolli potest, & quilibet Presbyter, etsi haud approbatus in articulo mortis, ut omnia peccata, sic & omnes censuras, tametsi reservatas, remittere potest.

69 Recentioribus sæculis invaluerunt reservationes Papales, à quibus nemo, nisi à Papa privilegium habet, absolvere potest. Sunt tamen nonnullæ Paparum reservationes, quæ nec in Gallia, nec in Germania, aut alibi receptæ sunt, ut constat de Bulla in Cæna Domini. Qui autem habet legitimam potestatem absolvendi à casibus Papalibus, potest & ea censuris Papæ reservatis absolvere, quia omne peccatum Papæ reservatum annexam solet habere censuram. Hæc spectant absolutionem Sacramentalem fori interni.

70 Aliud de dispensatione irregularitatis (*a*), seu de restitutione Clerici exauthorati dicendum, quæ jure peti non potest, & cujus exempla Veteribus rariora fuere. Sed hodie irregularitates, suspensio, ac cæteræ censuræ eodem censu habentur, & ob casuum Pontifici reservatorum numerum, immensum auctum, absolutiones frequentantur. Distinguendum ergo inter censuras, & irregularitates ob peccatum occultum, & publicum, quod scilicet ad forum contentiosum deduci potest. De occultis, licet Pontifici reservatis, Episcopi absolvunt auctoritate Concilii Tridentini (*b*). De publicis Romam eundum, aut Roma mandatum ad Episcopum, vel Vicarium Generalem arcessendum. Quæ mandata in Dataria simplici signatura expediuntur, & ab agentibus in re-

(*a*) Fleur. sup. cap. 22. (*b*) Trid. sess. 24. cap. 6.

bus eliciuntur. Eodem modo irregularitatum publicarum dispensationes impetrantur ; nam occultas etiam Episcopus in foro conscientiæ remittit, excepto homicidio voluntario. Sed, etiamsi Clericus Romæ criminis veniam impetravit, ea tantum delicti communis pœnas sufflaminat ; nam in casu privilegiato nihilominus pœna civilis locum habet, cui remittendæ moribus Francicis rescripto Principis opus est.

71 Quum stricto Canonum jure excommunicatus infamis sit, nec personam standi in judicio habeat ; anceps disputatio fuit, qua ratione absolutionem petere possit? Unde natæ sunt absolutiones ad cautelam. *c.* 52. *de Sent. Excom.* Qui injuria se excommunicatum contendit, eaque de re in prima, aut secunda instantia discussionem suscipere cupit, hanc absolutionem ante omnia petii, quæ ad cautelam vocatur, quoniam, qui validitatem excommunicationis impugnat, absolutione opus non habet, nisi ad cautelam, ne scilicet excommunicationis obmoveri exceptio ei possit. Ex eadem causa receptæ sunt absolutiones generales stylo Curiæ usitatæ, & singulis Signaturis, & Bullis Pontificiis insertæ, ad effectum beneficii impetrandi, ne provisio propterea nulla accusetur. Nam, si impetrans revera excommunicatus esset, expressa absolutione opus foret. Cæterum absolutio nunquam præsumitur, si vel maxime excommunicatio centenaria fuisset.

72 Præ reliquis denique absolutionem oportet esse liberam (*a*), nec Magistratus vi compellere potest Presbyterum ad absolutionem : nam, qui absolutionem vi extortam impetrat, novam excommunicationem incurrit : quod sequioribus temporibus, quibus rigor regnavit, sæpe contigit. Hodie intercessioni civilis potestatis locus superest, *quando excessus, & abusus* ecclesiasticæ potestatis *id notorie postulant.*

73 Qui annum in excommunicatione peragit, de absolutione securus, novo jure tanquam de hæresi suspectus in jus vocari potest ; sed hunc rigorem, etsi eum Concilium Tridentinum restituerit, non in omnibus terris receptum esse constat.

* 74 Quid ad reducendam avitam puritatem Cleri salubrius, quam veterem irregularitatem criminis exponere? Juxta præceptum S. Pauli oportet ministros Ecclesiæ esse irreprehensibiles, sine crimine, *habentes mysterium fidei in conscientia pura* (*b*). Præcipit Concilium Nicænum I. *Quicumque ex his, qui lapsi sunt, per ignorantiam sunt ordinati, vel contemptu eorum, qui eos ordinaverunt, hoc non præjudicat regu-*

(*a*) Trid. sess. 25. cap. 3. (*b*) 1. ad Tim. cap. 3.

gulæ ecclesiasticæ. Cum enim compertum fuerit, irremissibiliter *deponuntur.* Refert. *cap.* 5. *D.* 81. Et & Decretum Concilii Carthaginensis IV. *Placuit*, inquit, *ut ex pœnitentibus, quamvis sit bonus, Clericus non ordinetur. Si per ignorantiam Episcopi factum fuerit, deponatur à Clero, quia se ordinationis tempore non prodidit, fuisse pœnitentem &c.* Refert. *cap.* 55. *D.* 50. Inquit Siricius Papa (*a*) : *Sicut pœnitentiam agere cuiquam non conceditur Clericorum ; ita & post pœnitentiam, ac reconciliationem nulli unquam laico liceat honorem Clericatus adipisci : quia, quamvis sint omnium peccatorum contagione mundati, nulla tamen debent gerendorum Sacramentorum instumenta suscipere, qui dudum fuerint vasa vitiorum.* Ex sententia Hormisdæ (*b*) : *Irreprehensibiles esse convenit, quos præesse necesse est corrigendis. — Præferens criminis labem, non habet lucidam Sacerdotii dignitatem.* Quid rationibus S. Augustini clarius (*c*) ? *Ne forsitan, etiam de cæteris criminibus, spe honoris ecclesiastici animus intumescens, superbe ageret pœnitentiam, severissime placuit, ut, post actam de crimine damnabili pœnitentiam, nemo sit Clericus, ut desperatione temporalis altitudinis medicina major, & verior esset humillitatis &c. Non ideo supervacua putanda est posterorum diligentia, qui, ubi saluti nihil detrahitur, humilitati aliquid addiderunt, quo salus tutius muniretur. Experti, credo, aliquorum fictas pœnitentias per affectatas honorum potentias : cogunt enim multas inveniri medicinas multorum experimenta morborum.*

TIT. XIII.

De Exemptionibus Regularium.

CAP. I.

De veteri Statu Monachorum.

1 Veteri jure alia pœnitentia erat Clericorum, alia Monachorum. Clerici dispensabantur à publica pœnitentia, ita tamen, ut irremissibili depositione crimen luerent. Juxta Decretum S. Leonis (*d*) : *Propositum Monachi proprio arbitrio, aut voluntate susceptum deseri non potest absque peccato. Unde, qui relicta singularitatis professione, ad militiam, vel nuptias*

(*a*) S. Siric. epist. 2. (*b*) Hormisd. epist. 21.
(*c*) S. Aug. epist. 50. (*d*) S. Leon. epist. ad Rustic. cap. 12.

bus eliciuntur. Eodem modo irregularitatum publicarum dispensationes impetrantur ; nam occultas etiam Episcopus in foro conscientiæ remittit, excepto homicidio voluntario. Sed, etiamsi Clericus Romæ criminis veniam impetravit, ea tantum delicti communis pœnas sufflaminat ; nam in casu privilegiato nihilominus pœna civilis locum habet, cui remittendæ moribus Francicis rescripto Principis opus est.

71 Quum stricto Canonum jure excommunicatus infamis sit, nec personam standi in judicio habeat ; anceps disputatio fuit, qua ratione absolutionem petere possit? Unde natæ sunt absolutiones ad cautelam. *c.* 52. *de Sent. Excom.* Qui injuria se excommunicatum contendit, eaque de re in prima, aut secunda instantia discussionem suscipere cupit, hanc absolutionem ante omnia petii, quæ ad cautelam vocatur, quoniam, qui validitatem excommunicationis impugnat, absolutione opus non habet, nisi ad cautelam, ne scilicet excommunicationis obmoveri exceptio ei possit. Ex eadem causa receptæ sunt absolutiones generales stylo Curiæ usitatæ, & singulis Signaturis, & Bullis Pontificiis insertæ, ad effectum beneficii impetrandi, ne provisio propterea nulla accusetur. Nam, si impetrans revera excommunicatus esset, expressa absolutione opus foret. Cæterum absolutio nunquam præsumitur, si vel maxime excommunicatio centenaria fuisset.

72 Præ reliquis denique absolutionem oportet esse liberam (*a*), nec Magistratus vi compellere potest Presbyterum ad absolutionem : nam, qui absolutionem vi extortam impetrat, novam excommunicationem incurrit : quod sequioribus temporibus, quibus rigor regnavit, sæpe contigit. Hodie intercessioni civilis potestatis locus superest, *quando excessus, & abusus* ecclesiasticæ potestatis *id notorie postulant.*

73 Qui annum in excommunicatione peragit, de absolutione securus, novo jure tanquam de hæresi suspectus in jus vocari potest ; sed hunc rigorem, etsi eum Concilium Tridentinum restituerit, non in omnibus terris receptum esse constat.

* 74 Quid ad reducendam avitam puritatem Cleri salubrius, quam veterem irregularitatem criminis exponere? Juxta præceptum S. Pauli oportet ministros Ecclesiæ esse irreprehensibiles, sine crimine, *habentes mysterium fidei in conscientia pura* (*b*). Præcipit Concilium Nicænum I. *Quicumque ex his, qui lapsi sunt, per ignorantiam sunt ordinati, vel contemptu eorum, qui eos ordinaverunt, hoc non præjudicat regu-*

(*a*) Trid. sess. 25. cap. 3. (*b*) 1. ad Tim. cap. 3.

gulæ ecclesiasticæ. Cum enim compertum fuerit, irremissibiliter *deponuntur.* Refert. *cap.* 5. *D.* 81. Et & Decretum Concilii Carthaginensis IV. *Placuit*, inquit, *ut ex pœnitentibus, quamvis sit bonus, Clericus non ordinetur. Si per ignorantiam Episcopi factum fuerit, deponatur à Clero, quia se ordinationis tempore non prodidit, fuisse pœnitentem &c.* Refert. *cap.* 55. *D.* 50. Inquit Siricius Papa (*a*) : *Sicut pœnitentiam agere cuiquam non conceditur Clericorum ; ita & post pœnitentiam, ac reconciliationem nulli unquam laico liceat honorem Clericatus adipisci : quia, quamvis sint omnium peccatorum contagione mundati, nulla tamen debent gerendorum Sacramentorum instumenta suscipere, qui dudum fuerint vasa vitiorum.* Ex sententia Hormisdæ (*b*) : *Irreprehensibiles esse convenit, quos præesse necesse est corrigendis. — Præferens criminis labem, non habet lucidam Sacerdotii dignitatem.* Quid rationibus S. Augustini clarius (*c*) ? *Ne forsitan, etiam de cæteris criminibus, spe honoris ecclesiastici animus intumescens, superbe ageret pœnitentiam, severissime placuit, ut, post actam de crimine damnabili pœnitentiam, nemo sit Clericus, ut desperatione temporalis altitudinis medicina major, & verior esset humillitatis &c. Non ideo supervacua putanda est posterorum diligentia, qui, ubi saluti nihil detrahitur, humilitati aliquid addiderunt, quo salus tutius muniretur. Experti, credo, aliquorum fictas pœnitentias per affectatas honorum potentias : cogunt enim multas inveniri medicinas multorum experimenta morborum.*

TIT. XIII.

De Exemptionibus Regularium.

CAP. I.

De veteri Statu Monachorum.

1 Veteri jure alia pœnitentia erat Clericorum, alia Monachorum. Clerici dispensabantur à publica pœnitentia, ita tamen, ut irremissibili depositione crimen luerent. Juxta Decretum S. Leonis (*d*) : *Propositum Monachi proprio arbitrio, aut voluntate susceptum deseri non potest absque peccato. Unde, qui relicta singularitatis professione, ad militiam, vel nuptias*

(*a*) S. Siric. epist. 2. (*b*) Hormisd. epist. 21.
(*c*) S. Aug. epist. 50. (*d*) S. Leon. epist. ad Rustic. cap. 12.

tias devolutus est, publicæ pœnitentiæ satisfactione purgandus est.

2 Veteri instituto Monachi à laicis nihil ferme distinguebantur, nisi perfectione, & professione virtutis. Inquit S. Hieronymus: *Alia causa est Monachorum, alia Clericorum. Clerici pascunt oves, ego pascor: illi de altari vivunt, mihi quasi infructuosæ arbori securis ponitur ad radicem, si munus ad altare non defero.* Refert. *cap. 6. XVI. q. 1.*

3 Cum ergo Monachi æque, ac laici ad Parochiales Ecclesias primitus convenire solerent, ut S. Mysteriis participarent; dubium non est, olim eos, ut reliquos fideles, pastorali sollicitudini, & curæ Episcoporum fuisse subditos.

4 Concilium Chalcedonense (*a*) ad instantiam Imperatoris peculiarem curam Monachorum Episcopis commendavit, quia per professionem, & perfectionem virtutis selectior gregis portio habebantur. En ex versione Gentiani Herveti Canonis tenorem! *Qui vere*, inquit, *& sincere monasticam vitam aggrediuntur, digni convenienti honore habeantur. Quoniam autem nonnulli, monarchico prætextu utentes, & Ecclesias, & negotia civilia perturbant, & temere, citra ullam discriminis rationem, in urbibus circumcursantes, quin etiam Monasteria sibi construere studentes; visum est, nullum usquam ædificare, nec constituere posse Monasterium, vel oratoriam domum præter scientiam ipsius civitatis Episcopi: Monachos autem, qui sunt in unaquaque regione, & civitate, Episcopo subjectos esse, & quietem amplecti, & soli jejunio, & orationi vacare, in quibus ordinati sunt locis fortiter perseverantes; nec ecclesiasticis, nec sæcularibus negotiis se ingerere, vel communicare propria relinquentes Monasteria &c.*

5 In Oriente eam legem diversis regiis edictis firmavit Justinianus Imp., sanxit inde, ut nullum Monasterium ædificaretur, antequam civitatis Episcopus orationem in eo faciat, & crucem figat. *Nov. 67. c. 1.* Præcipit alibi, ut, si quis contra Clericum, aut Monachum, aut Diaconissam, aut Monastriam, aut Ascetriam habeat aliquam actionem, adeat prius SS. Episcopum; cui horum unusquisque subjaceat. *Nov. 123. c. 21.* Denique generaliter pronuntiat: Monasteria degunt, seu censetur sub Episcopis suorum territoriorum, & Abbatum quidem curam gerunt Episcopi, Monachorum vero Abbates. *L. 40. C. de Episc. & Cler.*

6 In Occidente præprimis Concilia vigilarunt, ut auctoritas Episcoporum in Monachos, & Monasteria salva, & integra esset. Juxta Decretum Synodi Aurelianensis I. *Abbates pro humilitate religionis in Episcoporum potestate consistant; & quid extra regulam fecerint, ab Episcopis corrigantur, qui semel in anno, ubi Episcopus elegerit, acceptavocatione conveniat; Monachi autem Abbatibus omni se obedientiæ devotione subjiciant.* Refert. *c. 16. XVIII. q. 2.*

(*a*) Conc. Chalced. cap. 4.

7 Juxta Decretum Concilii Epaonensis (*a*) *Abbas, si in culpa reperiatur, & innocentem se asserens, ab Episcopo suo noluerit accipere successorem, ad Metropolitani judicium deducatur.* Quid evidentius Episcoporum in Regulares jurisdictione.

8 Præcipit Concilium Arelatense V. *Monasteria, Monasteriorumque disciplina ad eum pertineant Episcopum, in cujus sunt territorio constituta.* Et Concilium Aurelianense: *Non semel, sed sæpius in anno Episcopi visitent Monasteria Monachorum, ut si aliquid corrigendum fuerit, corrigatur.* Refert. *c. 17. & 29. XVIII. q. 2.*

9 His exemplis rescripsit & jure Decretalium Bonifacius VIII. Ordinarios super sua jurisdictione in Regulares suæ Diœcesis de jure communi habere fundatam intentionem: *Cum*, inquit, *de jure communi Ordinariorum intentio sit fundata.* Refert. *c. 7. de Privil. in 6.*

10 Labentibus sæculis nonnunquam Episcopi canonicam auctoritatem in tyrannidem verterant. Quæritur Concilium Toletanum IV. (*b*) *quod Monachi episcopali imperio servili operi mancipentur & jura Monasteriorum contra statuta Canonum illicita præsumptione usurpentur, ita, ut pene ex cœnobio possessio fiat, atque illustris portio Christi ad ignominiam, servitutemque perveniat &c.* Cap. 2. De Veter. Exempt.

11 Fuerant autem varii tituli, & prætextus quibus Episcopi bona Monasteriorum in suos usus verterant, & disciplinam monasticam turbaverant. Cum enim illis sæculis Monachi ad sacros Ordines præsentari cœpissent, quibusdam obrepsit, sibi ex oblationibus Monasteriorum æque, ac aliarum Ecclesiarum quartam deberi. Vetat hunc abusum Concilium Ilerdense, quod refert Gratianus. *c. 34. XVI. q. 1.*

12 Alii alias oblationes pro ordinationis collatione, pro chrysmatis, & olei perceptione, pro installatione Abbatum, pro consecratione Altarium, pro dedicatione Oratoriorum, pro visitatione Monasteriorum, pro Synodatico, Cathedraticoque extortum ibant. Nonnulli electiones Abbatum sibi arro-

(*a*) Conc. Epaon. cap. 19. (*b*) Conc. Tolet. IV. cap. 51.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

rogabant, publicaque officia in Oratoris claustrorum totiès quoties pro libitu, celebrabant.

13 Hac occasione natæ sunt veteres Monasteriorum exemptiones, ad reprimendas illas exactiones, ad liberam electionem Abbatum, Monachorum Congregationem restituendam, & ad solitudinem, disciplinamque regularem reducendam: *Salva interim Episcoporum spirituali jurisdictione in Monachos, & Abbates.*

14 In epistolis S. Gregorii frequens harum exemptionum est argumentum, quod omne eo redit, ut Monachis sui Abbatis libera sit electio; ut Abbati libera sit bonorum claustralium administratio; ut à Monasteriis absint solemnia, & publica officia, & negotia, quæ claustralem solitudinem turbarent. His subdit S. Pontifex (*a*): *Præterea — Episcopo secundum Dei timorem solicitudinem statuimus adhibere; ut, si aliquem de illic habentibus exigente culpa oportuerit ultioni submitti, ipse sacrorum Canonum vigorem modis omnibus debeat vindicare.*

15 Refert Gratianus inter veteres auctoritates fragmenta S. Gregorii. *c.* 5. & 6. *XVIII. q.* 2. Itaque quod genuinum est, desumptum est ex epistolis 18. 41. & 43. In Epistola 18. diserte præcipit S. Pontifex, *ut visitandi, exhortandique gratia ad Monasterium, quoties placuerit, ab ejusdem civitatis Episcopo accedatur: sed sic charitatis officium illic Episcopus impleat, ut gravamen aliquod Monasterium non incurrat.*

16 Hujus argumenti sunt & formulæ Marculfi. In his spondet Episcopus: *Ut de vestra Congregatione, qui in vestro Monasterio sancta debeant bajulare officia, quem Abbas cum omni congregatione poposcerit à nobis, vel Successoribus nostris, sacros percipiat gradus, nullum pro ipsorum honore præmium percepturus.* Ecce indulta immunitas jurium, quæ Episcopi in ordinatione sibi deberi prætendebant! Alter articulus est: *Altare in ipso Monasterio Episcopus benedicat, & SS. Chrysma annis singulis, si voluerint postulare, pro reverentia loci sine pretio concedat.* Tertius spectat liberam Abbatis electionem. *Quem unanimiter omnis Congregatio illa Monachorum ex se ipsis, optimæ regulæ compertum, & vitæ meritis congruentem elegerit, similiter sine præmio memoratæ urbis Episcopus ipse promoveat* per benedictionem, & installationem *Abbatem.* Quartus consulit indemnitati bonorum. *Nullam penitus aliam potestatem ab ipso Monasterio neque in rebus, neque in ordinandis personis, neque in villabus ibidem jam*

(*a*) S. Greg. lib. Indict. 15. epist. 12.

jam conlatis, aut deinceps regio munere, aut privatorum conlaturis, vel in reliqua substantia Monasterii nos, Successoresque nostri Episcopi, aut Archidiaconi, seu cæteri Ordinatores, aut quælibet alia persona prædictæ civitatis habere non præsumat; aut quodcunque de Monasterio, sicut de Parochiis, & cæteris Monasteriis, muneris causa audeant sperare, aut auferre. Quintus providet clausuræ solitudinis religiosæ. *Et nisi rogatus à Congregatione illa, vel Abbate pro oratione lucranda, nulli nostrorum,* ad sacrum solemne faciendum, *liceat adire secreta, aut finium ingredi septa.* Sextus articulus cavet: *Et, si ab eis illuc Pontifex postulatus pro lucranda oratione, vel eorum utilitate accesserit, celebrato, ac peracto divino mysterio, simplici, ac sobria benedictione* (id est, refectione) *percepta absque ullo requisita domum studeat habere regressum.* Absit tamen, quod hac amplitudine exemptionum spiritualis Episcoporum auctoritas quidquam periclitaretur. *Et, si aliquid ipsi Monachi de eorum religione tepidi, aut secus egerint, secundum eorum regulam ab eorum Abbate, si prævalet, corrigantur. Sin autem; Pontifex de ipsa civitate coercere debet, quia nihil de canonica auctoritate convellitur, quidquid domesticis fidei pro quietis tranquillitate tribuitur.*

17 Inter exempla veterum exemptionum & XI. sæculo privilegium datæ libertatis ad reprimendas indebitas exactiones, aut alias novationes restrictum, *salva in omnibus proprii Episcopi reverentia*, fuerat. Tale est diploma Alexandri. III. quo institutionem Ecclesiæ Harlebecanæ confirmat. Talia sunt & reliqua privilegia aliarum Ecclesiarum.

18 Constat enim ex his, aliisque privilegiis, quæ passim referuntur, utpote ad instantiam plerumque Fundatorum sæculo VI. & sequentibus concessa Monasteriis, ea non spectasse exemptiones à canonica Episcoporum jurisdictione in visitandis, corrigendisque Monasteriis; sed duntaxat libertatem circa rerum temporalium dispensationem, & Abbatum electionem &c.

19 Theodorus Balsamon ad Canonem VI. Chalcedonensem, citatis Canonibus, qui Monasteria Episcopis subjiciunt, dicit: *Clerici ergo, vel Monachi, qui dicunt hodie, se Patriarchæ, vel regionis Episcopo non esse subjectos, tanquam sint liberæ mansionis, vel Ecclesiæ, proferentes utique à Fundatoribus etiam factorum statutorum ordinationes; quid ad hæc respondebunt? omnino nihil. Etiamsi enim quis fundator Monasterii, vel Ecclesiæ in suis statutis, vel ordinatione sua decreverit, non subjici eorum Monachos, vel Clericos re-*

gionis Episcopo; non audietur, ut qui divinis sacrisque Canonibus contraria statuerit, &, quæ stare per rationes bonæ disciplinæ *non possunt, scripserit.*

Cap. 3. De Veter. auct. indul. exempt.

20 Inde veteri more id genus exemptionum plerumque auctoritate Episcoporum datum fuit; quoniam enim indebitas exactiones, aliaque juxta gravamina spectabat, quæ corruptis sæculis sibi aut Episcopi, aut ejus Ministri diversis titulis in Monasteria arrogabant, Ordinarii fuit, prætensa jura abdicare, resecareque. Sic in illo privilegio Ecclesiæ Harlebecanæ de ann. 1063. dicitur (*a*): *Quod si Episcopus, sive suus Minister pro tenenda Synodo, vel alia quomodolibet causa ad aliquam prædictarum Ecclesiarum huic Monasterio (quod hodie Capitulum Canonicorum est) incorporatarum venerint, nihil exigentes de rebus ad Ecclesiam pertinentibus, de suis propriis vivant.*

21 Sæpe hæc privilegia & à Synodis, ut major esset exemptionis efficacia, postulata, obtentaque sunt. In Synodo Valentina ann. 584. postulavit Rex Gunthramus (*b*), *ut, siquid præfatus Rex Basilicæ S. Marcelli, sive in ministerio Altarium, sive in quibuscumque speciebus, quæ ad divinum cultum pertinere noscuntur, contulisse, vel adhuc conferre voluerit, neque Episcopi locorum, neque potestas regia, quocumque tempore successura, de eorum voluntate quidquam minorare, vel auferre præsumat.*

22 Meminit dictum diploma utriusque potestatis. Quippe & civiles, & ecclesiastici ministri nonnulla jura prætendebant. Hac occasione frequens fuit, quod veteres exemptiones passim regia auctoritate stipari oporteret. In formulis Marculfi inquit Rex (*c*): *Ad petitionem illius* (fundatoris) *Clementia nostra pro quiete ipsorum servorum Dei, præceptionem vigoris nostri placuit propalare, sub quo tranquillitatis ordine, Domino protegente, ipsi Monachi juxta religionis normam in perpetuum valeant residere, elegimus, ut & hac serie debeat plenius declarari.*

23 Quid consultius, quam, ut ipsi, qui Monasteriorum suorum immunitates, & privilegia, jam pridem Regum, & Episcoporum munificentia, postulantibus Fundatoribus, impetrata tantopere inclamant, etiam ad rationes concessionis attenderent, rebus à Fundatoribus oblatis, & à Regibus, Episcopisque, ac aliis immunitate donatis, ita juxta intentionem Fundatorum, & Regum, aliorumque, qui privilegium

(*a*) Miræ. cod. par. Donat. cap. 50. (*b*) Conc. Gen. tom. 5. col. 976.
(*c*) Marculf. lib. 2. form. 1.

gium annuerunt, usuri, ut res illæ in eleemosynam sanctis Dei pauperibus pro amore D. N. Jesu Christi ardenti desiderio consecratæ (ut loquitur formula pro fundando Monasterio) etiam tanquam eleemosynæ pauperum Dei necessitatibus impenderentur, non autem in luxum, & usus plane profanos effunderentur. Quæ enim immunitas corruptelis tam apertis suffragari posset?

24 Admodum notanda est clausula, quam allegatis verbis subjungit formula concesionis regiæ. *Quia nihil de canonica institutione convellitur, quidquid ad domesticos fidei pro tranquillitatis pace conceditur.* An quidquam clarius ostendere posset, his exemptionibus nihil de canonica auctoritate: qua Monasteria spirituali Episcoporum directioni reservantur, fuisse remissum? Et sane Regum, ac Episcoporum mens fuit, Monachos contra potentiorum vexationes, & oppressiones sua auctoritate protegere, nequaquam vero à canonica subjectione eximere.

25 Sæculo IX. invaluit, quod privilegia ab Episcopis, Regibusque concessa, etiam auctoritate Sedis Apostolicæ confirmari peterentur; utpote auctoritas Papæ implorabatur, ut privilegia ab Episcopis canonice, ac legitime indulta, per reverentiam Sedis Apostolicæ contra malevolorum conatus illæsa manerent. Hac ratione S. Ivo Carnotensis (*a*) monuit Gaufridum Bellovacensem Episcopum, ut privilegia Ecclesiæ S. Quirini intemerata servaret, *quæ à Prædecessoribus obtinuit, Apostolica Manus roboravit, regiaque Majestas pragmatica sanctione firmavit.* Absit, quod Fundatores, dum cœperant Monasteria à se fundata speciali protectioni Sedis Apostolicæ comendare, ea voluerint ab Episcoporum spirituali jurisdictione liberare.

Cap. 4. De Novell. Exempt.

26 Recentiore usu duplex exemptionum genus distinguitur. Primum, seu vetus genus partiale dicitur, quia nonnisi ad certos articulos, puta, Cathedratici, Synodatici, aliarumque exactionum, quæ juxta recentiorum Interpretum opinionem ad legem diœcesanam referuntur, immunitatem à jurisdictione Episcopi tribuit. Totalis enim, quæ & exemptio simpliciter dicitur, absolutam libertatem à potestate Ordinarii, etiam in iis, quæ ad legem jurisdictionis spectant, præbet, quia immediatam subjectionem Sedis Apostolicæ exprimit.

27 Hanc specim exemptionis S. Bernardus (*b*) emancipationem dixit, exemplo ducto ab emancipatione legali, qua filiusfamilias à potestate paterna subtrahitur, ut nonnisi Prin-

(*a*) S. Ibo epist. 193. (*b*) S. Bern. epist. 42.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cipis potestati subsit. Ait S. Pater: *Spoliant* (Abbates) *Ecclesias, ut emancipentur; redimunt se, ne obediant.*

28 Extat ad calcem epistolarum S. Gregorii amplissimum exemptionis privilegium, quod Monasterio S. Medardi concessisse dicitur hic S. Pontifex, rejicitur tamen illud à nonnullis Criticis tanquam suppositium. Sunt & aliorum privilegiorum, quæ ex antiquitate ad illustrandam novarum exemptionum causam afferri solent, indicia neutiquam certa.

29 In recentiori æquiorique crisi id fere compertum est, ante sæculum XI. aut XII. nec illam differentiam inter Monasteria exempta, & non exempta, nec illas querelas adversus Abbatum, & Ecclesiarum exemptiones innotuisse; unde constat, primum illis sæculis absolutas illas exemptiones succrevisse, aut saltem ita increbuisse, ut multorum querelæ audirentur. S. Bernardus ait (*a*): *Miror, quosdam in nostro ordine Monasteriorum Abbates hanc humilitatis regulam odiosa contentione infringere, & sub humili (quod pejus est) habitu, & tonsura tam superbe sapere, ut, cum ne unum quidem verbulum de suis imperiis subditos suos prætergredi patiantur, ipsi propriis obedire contemnant Episcopis. — Quid hoc est præsumptionis, ô Monachi? Neque enim, quia Prælati Monachis, ideo non Monachi, nempe Monachum facit professio, Prælatum necessitas &c.*

30 Repressis Cisterciensibus jactabant Cluniacenses, sibi omni exceptione majorem causam esse, tum quod Fundator protectioni S. Sedis Monasterium immediate subjecisset, tum quod proprio pro Episcopo ipsis Papa esset. Hac occasione S. Pater suas querelas ad Eugenium III. direxit (*b*). *Murmur, inquit, loquor, & querimoniam Ecclesiarum. Truncari se clamitant, ac dismembrari, vel nullæ, vel paucæ admodum sunt, quæ plagam istam aut non doleant, aut non timeant. Quæris, quam? subtrahunt Abbates Episcopis, Episcopi Archiepiscopis, Archiepiscopi Patriarchis, sive Primatibus. Bonane species hæc? Mirum, si excusari queat, vel opus. Sic factitando probatis vos habere plenitudinem potestatis, sed justitiæ forte non ita, facitis hoc, quia potestis; sed utrum & debeatis, quæstio est.* Et infra: *Quid item tam indignum, quam ut totum tenens, non sis contentus toto, nisi minutias quasdam atque exiguas portiones ipsius tibi creditæ universitatis, tamquam non sint tuæ, satagas, nescio quomodo, adhuc facere tuas &c.*

31 Prosequitur S. Bernardus: *Nolo autem, prætendas mihi fructum emancipationis ipsius; nullus est enim, nisi, quod inde Episcopi insolentiores, Monachi etiam dissolutiores fiant. Quid quod & pauperiores? Inspice diligentius talium ubique libertorum, & facultates, & vitas, si non pudenda admodum in his & tenuitas, & in illis sæcularitas invenitur. Matris noxiæ libertatis soboles gemina hæc. Quidni peccet licentius vagum, & male liberum vulgus, cum non sit, qui arguat? Quidni licentius quoque spolietur, ac deprædetur inermis religio, cum non sit, qui defendat?*

(*a*) S. Bern. ad Henr. Senon. cap. 9. (*b*) De Consid. lib. 3. cap. 4.

32 Quantum ad dispositionem Fundatorum respondet S. Pater: *Aliud est, quod largitur devotio; aliud quod molitur ambitio impatiens subjectionis.* Videlicet devotio Fundatorum spectat integritatem, & libertatem bonorum temporalium. Ambitio autem molitur excutere jugum canonicæ subjectionis, & correctionis.

33 Inter ea tempora & in Anglia nomine Richardi Archiepiscopi Cantuariensis, graves querelas ad Alexandrum III. effudit Petrus Blessensis: *Adversus Primates*, inquit, *& Episcopos intumescunt Abbates, nec est, qui Majoribus suis reverentiam exhibeat, & honorem. Evacuatum est obedientiæ jugum, in qua erat unica spes salutis & prævaricationis antiquæ remedium. Detestantur Abbates habere suorum excessuum correctorem, vagam impunitatis licentiam amplectuntur, claustralique militiæ jugum relaxant in omnem desiderii libertatem. Hinc est, quod Monasteriorum fere omnium facultates datæ sunt in directionem, & prædam. Nam Abbates exterius curam carnis in desideriis agunt, non curantes, dummodo laute exhibeantur, & fiat pax in diebus eorum: Claustrales vero tanquam Acephali otio vacant, & vaniloquio: nec enim Præsidem habent, qui eos ad frugem melioris vitæ inclinet — quid est eximere ab Episcoporum jurisdictione Abbates, nisi contumaciam, ac rebellionem præcipere, & armare filios in parentes?*

34 Invehitur Blessensis præcipue in Monasteria, quæ ejusmodi exemptiones per Bullas adulterinas adepta sunt, unde ille prosequitur: *Falsariorum enim præstigiosa malitia ita in Episcoporum contumeliam se armavit, ut falsitas in omnium fere Monasteriorum exemptione prævaleat, nisi in decisionibus, & examinationibus faciendis Judex veritatis exactior districtissimus intercedat.*

35 In Concilio Lateranensi ait Alexander III. *Fratrum, & Coepiscoporum nostrorum conquestione comperimus, quod Fratres templi, & Hospitalis, & alii Religiosi indulta sibi ab Apostolica Sede privilegia excedentes, contra episcopalem auctoritatem multa præsumant, quæ ad scandalum faciunt, &*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

& grave pariunt periculum animarum. Refert. *cap.* 3. *de Privileg.* Rediere hæ querelæ & in Concilio Lateranensi IV. *c.* 12. *de Excess. Privil.*

36 Recentiorum Ordinum, qui tum fere emerserant, Fundatores alumnos suos ab omni privilegio exemptionis voluere alienissimos. Præceperat S. Franciscus (*a*) firmiter Fratribus universis per obedientiam, quod, ubicunque sint, non audeant petere aliquam literam in Curia Romana. *Hoc*, inquit, *meum, & Fratrum meorum est privilegium, nullum habere privilegium super terram, sed omnibus obedire, & inferiores nos omnibus reputare.* Unde sequi videtur, quod S. Franciscus etiam inhibuerit à suis filiis peti literas exemptionis.

37 In schismate Avenionensi successit profusio exemptionum maxima. Tunc enim uterque æmulorum per has gratias Ordines, Capitula, personasque particulares, siqua voluissent auctoritate, in suas partes trahere sategerat. Martinus V. in Concilio Constantiensi (*b*), paucis exceptis, omnes exemptiones, inde ab obitu Gregorii XI. concessas, revocat, atque Ecclesias, Monasteria, & alia loca in pristinum Ordinariorum jurisdictionem restituit, addita notabili clausula: *Non intendimus exemptiones de cætero facere, nisi causa cognita, & vocatis quorum interest.*

38 In tanta confusione privilegiorum ad exemplum religiosorum corporum non tantum Capitula Canonicorum, & Universitates studiorum, sed & singulares personæ regulares, sæcularesque variis titulis exemptiones arrogare cœperant. Expunxit has Concilium Tridentinum (*c*), quia *perturbationem in Episcoporum jurisdictione excitari, & occasionem laxioris vitæ exemptis præbere dignoscuntur.*

Cap. 5. De Regul. nov. Jur.

39 Regulis novi juris exemptio, utpote à jure communi exorbitans, odiosa censetur, ut inde ad ipsum verborum tenorem restringi mereatur. Quippe exemptiones laxius, quam par sit, acceptæ in excessus degenerant, & abusus. *c.* 12. *& passim de Excess. Prælat.*

40 Reliquis novi juris argumentis constat, sæpe dubitatum fuisse, an, & quæ nonnullis formulis exemptio data intelligatur? Rescripsit Innocentius III. illa formula, qua nonnulli in protectionem Sedis Apostolicæ dediti, receptique essent, haud exemptionem concessam videri. *c.* 18. *de Privil.* Hoc

(*a*) S. Francisc. Apophtegm. (*b*) Concil. Constant. sess. 43.
(*c*) Trid. sess. 24. cap. 11.

Hoc argumentum ergo apparet, Cluniacenses injuste exemptionem sibi arrogasse, eo quod Fundator Monasterium in tuitionem SS. Apostolorum Petri & Pauli reliquerit. Quid rectius, quam quod S. Bernardus distinxerit: *Aliud est, quod* Fundatorum *largitur devotio; aliud, quod molitur ambitio impatiens subjectionis.* Illa nimirum largitur protectionem adversus oppressiones, & infestationes: hæc vero impatiens subjectionis molitur jugum canonicæ subordinationis abjicere.

41 Fundator Cluniacensis cavit, ut Monachi Romanæ Ecclesiæ pro illa protectione quemdam censum præstarent; utpote per quinquennium Romæ ad limina Apostolorum ad luminaria ipsorum concinnanda decem solidos persolvant. Absit, vero, ut vel hic census ad exemptionem procurandam fecerit. Declarat Alexander III. *Si ad indicium perceptæ protectionis census persolvitur, non ex hoc juri diœcesani Episcopi aliquid detrahitur.* Refert. *cap.* 8. *de Privil.*

42 Juxta Bonifacium VIII. oportet disertis formulis exemptionem apparere. Tales sunt, si Papa de aliqua Ecclesia dicit, quod Ecclesiæ Romanæ annuum censum solvat ad indicium perceptæ libertatis: aut si Papa in aliquo privilegio, vel scriptura, vel sententia, quæ directe spectat causam exemptionis, pronuntiet, eam ad jus, & proprietatem Romanæ Ecclesiæ pertinere, aut expresse aliunde asserat, ipsam esse exemptam, eam juris B. Petri existere, vel ad Romanam Ecclesiam simpliciter, vel specialiter, & sine medio pertinere; aut eam esse liberam, eam potiri Romanæ Ecclesiæ libertate, eam in hoc prærogativa gaudere speciali; Episcopo jus non esse, in ea Cathedram collocandi, seu ordinationem quandam vel levissimam faciendi &c. *c.* 10. *de Privil. in 6.*

43 Ex sententia Papæ, si aliqui recipiantur *in proprios, & speciales subditos*, censentur exempti. Non sic vero, *si in proprios, & speciales filios.* Romanæ Ecclesiæ sint suscepti; tales quippe exempti propterea non existunt. *ibi.* Juxtam Glossam filiatio enim amorem denotat; specialis subjectio exemptionem exprimit, quia, si aliis subjecti essent, speciales subditi Romanæ Ecclesiæ non dicerentur.

44 Quid vero, si dubia sit exemptio? Quia jurisdictio Episcopi in omnes Ecclesias suæ Diœcesis jure communi fundata est, non attenditur vel privilegium, vel possessio, si exemptio justo titulo, diuturnave possessione destituta appareat. *c.* 7. *de Privil. in 6.*

45 Exemptiones ergo non tantum plene probandæ sunt, sed & intra tenorem privilegii concludendæ, ut non recedatur à jure communi, nisi quatenus ipse tenor privilegii re-

ce-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

cedere cogit. Oportet enim tenorem literarum diligentius examinare. *c.* 7. & 8. *de Privil.*

46 Ex ipso proinde tenore privilegii de qualitate exemptionis ratio ineunda est. Dividitur enim exemptio in personalem, localem, & mixtam. Personalis est, qua particulares duntaxat personæ eximuntur, nulla habita ratione loci. Locales vero sunt, quæ fiunt loco, vel Monasterio, ita ut personæ sint exemptæ cum respectu ad locum. Meminit utriusque privilegii Pontifex. *c.* 3. *de Privil. in* 6.

47 Inde declarat Concilium Lugdunense, quod, cum exemptio localis referatur ad locum, personæ eo loco exemptæ nihilominus ratione delicti, contractus, aut rei sitæ coram locorum Ordinariis conveniri queant; si nimirum delictum commissum, vel contractus initus, aut res sita sit in loco non exempto. *c.* 1. *ibi.*

48 Per exemptionem loci, utpote Ecclesiæ, vel Monasterii personæ, quæ proprie ad eum locum pertinent, veluti Monachi, Canonici, Conversi, & perpetuo Oblati, exemptæ intelliguntur; sed non alii Presbyteri, vel ministri, qui Parochianorum curam habent, utpote quoad ea, quæ curam animarum spectant, nec Parochiani exempti censentur, quia non tam ad Ecclesiam Conventualem, vel Collegiatam, quam ad Ecclesiam Parochialem sub ea qualitate referuntur. *cap.* 9. *de Privil. in* 6.

49 Exemptio data Ecclesiæ claustrali, aut Collegiatæ extendi nequit ad functiones Pastorales. Si enim in unam, eamdemque personam concurrant diversæ qualitates, exemptus sub una qualitate non censetur exemptus & sub alia qualitate. Hoc argumento decidit Innocentius III., Capellanos Ducis Burgundiæ, exemptos intuitu Capellæ Palatinæ, non posse illud privilegium protendere ad functiones Ecclesiarum Parochialium, quas tenent. Alia est enim qualitas Capellæ Regiæ, alia Parochiæ. *c.* 16. *de Privil.*

50 Quantacunque demum sit exemptio loci, vel personæ, ea tamen Diœcesin haud dismembrat. Manent enim exempti in ipsa Diœcesi, & membra Diœcesis, quamvis privilegiata. *c.* 19. *de Offic. Judic. Ord. & ibi Interpr.* Oportet enim distinguere Ecclesias exemptas in Diœcesi ab Ecclesiis nullius diœcesis, quæ neque sunt in diœcesi, neque de diœcesi. Quippe status diœcesis nullius liberat non tantum à subjectione, sed etiam à situatione, & denominatione; exemptio vero tantum à subjectione.

51 Denique exemptio, instar emancipationis, non liberat à jure reverentiali. Quacunque enim ratione exempti sint

sint à jurisdictione, & potestate Ordinarii, cui quasi subjecti nascuntur, ea tamen, quæ reverentialia sunt, ipsi denegare nequeunt, quia ad reverentialia exemptio haud porrigitur. *c.* 16. *de Offic. Judic. Ord. & ibi. Interpr.*

52 Interea occasione recentiorum exemptionum auctus est numerus corruptelarum, & quærelarum. In Concilio Viennensi jactatum est consilium abolendi tam infaustas emancipationes. *Tum solus Ordo Cisterciensis Papam audiit ante dicti Concilii celebrationem, pro exemptione sua pristina pacifice obtinenda. Quod & obtinuit.* Cap 6. De Trid. Decret.

53 Redire querelæ & in Concilio Tridentino. Contendebant præ reliquis Germani (*a*), *revocandas omnes exemptiones contra jura communia passim concessas, Monasteria omnia sub Episcopi potestate constituenda, sub cujus sunt Diœcesi.*

54 Concilio Tridentino moderamina præplacuere. Statuit Concilium (*b*): *Nemo sæcularis Clericus cujusvis personalis* (privilegii prætextu) *vel regularis extra Monasterium degens, etiam sui Ordinis privilegii prætextu, tutus censeatur, quo minus si deliquerit, ab Ordinario loci tanquam Sedis Apostolicæ delegato, secundum canonicas sanctiones visitari, puniri & corrigi valeat.*

55 Quis ergo censetur Regularis extra Monasterium degens? Juxta Decretum S. Congregationis censetur ille extra Monasterium degere, qui non vivit sub Superiore conventualiter. Præcipit alibi Concilium (*c*), *ut Regulares, qui studiorum causa*, mandato Superiorum, *ad Universitates mittuntur, in Conventibus* sub Superiore conventualiter *habitent; alioquin ab Ordinario contra eos*, velut extra claustrum degentes, *procedatur.*

56 Sed quid? Si in Monasterio degentes, extra claustrum delinquant? Innovat Tridentina Synodus (*d*) ea circa Decretum Concilii Lugdunensis, quo declaratur, quod Regulares, quantacunque gaudeant libertate, nihilominus ratione delicti, in loco non exempto commissi, coram locorum Ordinariis conveniri queant. *c.* 1. *de Privil. in* 6.

57 Amplius apparet Decretum Concilii Tridentini (*e*), quo decernit, *ut Regularis non subditus Episcopo, qui intra claustra Monasterii degit, & extra ea ita notorie deliquerit, ut populo scandalo sit, Episcopo instante, à suo Superiore, intra tempus ab Episcopo præfigendum, severe puniatur, ac*

(*a*) De Reform. art. 4 (*b*) Trid. sess. 6. cap. 8 (*c*) Idem sess. 25. de Reg. cap. 8. (*d*) Trid. sess. 7. cap. 4. (*e*) Trid. sess. 25. de Regul. cap. 14.

de punitione ipsum Episcopum certiorem faciat: sin minus— delinquens ab Episcopo puniri possit. Juxta Barbosam S. Congregatio declaravit (*a*), Episcopum posse statim habita notitia delicti informationem capere, eamque ad Superiorem delinquentis ablegare, ut nequeat ignorantiam prætexere; atque unicam monitionem sufficere Episcopi, ut intra præfixum tempus Superior delinquentem punire teneatur: quo facto Superior regularis tenetur de punitione ipsa, & sententiæ executione Episcopum certiorem reddere. Atque hoc Decretum sibi locum vindicat, tametsi Regularis etiam intra ipsam Ecclesiam, seu locum exemptum delinquat, si tam notorium sit delictum, ut populo scandalo sit.

58 Quantum & ad causas civiles statuit Concilium, *quod in causis civilibus mercedum, & miserabilium personarum Clerici sæculares, aut regulares extra Monasterium degentes, quomodolibet exempti, etiamsi certum Judicem à Sede Apostolica deputatum, veluti Conservatorem, in partibus habeant; in aliis vero, si ipsum Judicem non habuerint, coram locorum Ordinariis, tanquam in hoc à Sede Apostolica delegatis conveniri, & jure merito ad solvendum debitum cogi, & compelli possint; privilegiis, exemptionibus, Conservatorum deputationibus, & eorum inhibitionibus adversus præmissa nequaquam valituris.* Plerisque locis Conservatorum usus haud superest, unde Sæculares, & Regulares in civilibus coram Episcopis conveniendi sunt.

59 Alt alibi S. Synodus (*b*): *Si Episcopi in suis Ecclesiis resederint, quoscunque sæculares Clericos, qualitercunque exemptos, qui alias suæ jurisdictioni subessent, de eorum excessibus, criminibus, & delictis, quoties, quando opus fuerit, etiam extra visitationem, tanquam ad hoc sedis Apostolicæ Delegati, corrigendi, & castigandi facultatem habeant; quibuscunque exemptionibus — minime suffragantibus.*

60 Exemptio Capitulorum præcipue Cathedralium reliquis invisior est. Decernit S. Synodus (*c*), *quod Capitula Cathedralium; & aliarum majorum Ecclesiarum, illorumque personæ nullis exemptionibus — tueri se possint, quo minus à suis Episcopis, & aliis majoribus Prælatis per se ipsos, vel illis quibus sibi videbitur, adjunctis, juxta canonicas sanctiones, toties, quoties opus fuerit, visitari, corrigi, emendari, etiam auctoritate Apostolica, possint, & valeant.*

61 Extra visitationem statuit Synodus Tridentina (*d*), *ut Ca-*

(*a*) Barbos. alleg. 150. (*b*) Sess. 14. cap. 4.
(*c*) Trid. sess. 6. cap. 4. (*d*) Sess. 25. cap. 6.

pitulum initio cujuslibet anni eligat ex Capitulo duos, de quorum consilio, & accessu Episcopus, vel ejus Vicarius tam in formando processu, quam in cæteris omnibus actibus usque ad finem causæ inclusive, coram Notario tamen ipsius Episcopi, & in ejus domo, aut consueto tribunali procedere teneatur &c. Et infra: *In criminibus tamen ex incontinentia provenientibus — & in atrocibus delictis, dispositionem, aut degradationem requirentibus, ubi de fuga timetur, ne judicium eludatur, & ideo opus sit personali detentione, possit initio solus Episcopus ad summariam informationem, & necessariam detentionem procedere; servato tamen in reliquis ordine præmisso.* Subdit S. Synodus: *Hæc autem omnia, & singula in iis Ecclesiis locum non habeant, in quibus Episcopi, aut eorum Vicarii — quocunque alio jure majorem potestatem, auctoritatem, ac jurisdictionem.*

62 Alibi passim propositum fuit Concilii, restituere Episcopis legitimam jurisdictionem in exemptos in iis, quæ Regularibus, aut Canonicis sub alia qualitate competunt. Inde Regulares, Canonicique exempti (*a*), si administrationem, aut curam habeant Hospitalium, Capellarum, fundationum, Confraternitatum, aliarumque domum, aut piorum locorum non exemptorum, annuam Episcopo rationem reddere debent, utpote Episcopo quoad illam administrationem subjecti.

63 Eodem ex capite nec Capitulorum (*b*), nec Monasteriorum exemptio extenditur ad ea, quæ curam animarum sæcularium personarum, Episcopo subjectarum, spectant, quia hæ functiones Pastorales non Regularibus, ut Regularibus, sed ut Sacerdotibus curatis conveniunt.

64 Denique noluit S. Synodus exemptiones extendi ad leges communes in materia communi. Hinc declarat Tridentinum Concilium, censuras inflictas diesque festos ab Episcopo indictos esse & à Regularibus observandos.

* 65 Missis reliquis, quid religiosis Ordinibus consultius (*c*), quam puriores fontes regularis instituti resalutare? Postquam Monachi passim ad sacros Ordines aspirarunt, oportet Monasteria veluti Seminaria cultioris Cleri spectare. Inde enim olim conquod Episcopi meliores, & perfectiores ex claustris tigit, in suum Clerum transcripserint, & recentiores religiosi Ordines sodales suos Episcopis, & Pastoribus veluti Cooperatores, & Subsidiarios addixerint. Juxta re-

(*a*) Trid. sess. 22. c. 8. & 9. & sess. 25. c. 3. (*b*) Trid. sess. 21. cap. 8. & sess. 25. cap. 11. de Regul. (*c*) Sess. 25. de Regul. cap 12.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ® DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

regulam S. Siricii, *Monachos, quos tamen morum gravitas, ac vitæ, & fidei institutio sancta commendat, Clericorum officiis aggregari, & optamus, & volumus.* Absit, ut quæstuariorum Mystarum ordinandorum in claustris indiscretior locus sit. *c.* 29. *XVI. q.* 1. En purissimam formam regularis regiminis. Abbas sit Magister ad instructionem imperitiorum, Superior ad correccionem dyscolorum, Confrater ad conservationem Religiosorum, Minister ad dispensationem communium bonorum. Inquit S. Bernardus (*a*): *Neque enim, quia Prælati Monachis, ideo non Monachi: nempe Monachum facit professio,* æqualis æquales, *Prælatum necessitas* instructionis, & correctionis regularis. Quid à tam diversis relationibus regularis regiminis alienius (*b*), quam quisque typhus vel dominationis, vel ambitionis? In Germania Congregatio Bursfeldensis Abbatum Benedictinorum, reformationis causa, usum, & privilegium Pontificalium ejuravit. Ait S. Bernardus. *Dicite pauperes, si tamen pauperes, in sancto quid facit aurum? Et quidem alia cauta est Monachorum, alia Episcoporum — Nos vero qui jam de populo eximus, qui mundi quæque pretiosa, ac speciosa pro Christo reliquimus, qui omnia pulchre lucentia, canore mulcentia, suaveolentia, dulce sapientia, tactu placentia, cuncta denique corporea oblectamenta arbitrati sumus ut stercora, ut Christum lucrifaciamus, quorum, quæso, in his devotionem excitare intendimus? Quem, inquam, ex his fructum requirimus? stultorum admirationem, an simplicium oblectationem? An, quoniam commixti sumus inter gentes, forte didicimus opera eorum, & servimus adhuc sculptilibus eorum?* Ajebat olim ea occasione Ratherius Episcopus Veronensis: *Sicut enim Monacho* pio, & docto, *nihil sanctius, ita nihil hypocrita est sceleratius.*

IN-

(*a*) S. Bern. supr. (*b*) Apol. ad Guillel. Abb. cap. 11.

INDEX.

A

Abbates propria gaudent jurisdictione. 304. Episcopis subjecti. 410. illorum electio libera. 412. & seq. exempti quoad quænam. ib. proclivitas quoad exemptiones. 416. & seq. licet tales manent Monachi. ib. nimium insolescunt. ib.

Absolutio à censuris quando datur. 405. quantum ad eam habetur distinctio inter censuras ferendæ, & latæ sententiæ. ib. à quibus dari potest. ib. & seq. à reservatis Papæ hic solus absolvere potest, nisi quis specialem licentiam habuerit. 407. de irregularitatibus quisnam illam dat. ib. excommunicati quomodo eam petere possunt. 408. quoad *cautelam* quænam. ib. sit libera. ib. eam non petens de hæresi suspectus. ib.

Acceptio Personarum vitetur in provisione beneficiorum. 159. quomodo definitur. ib. quando committitur. ib. quantum crimen. 163. & seq.

Accusatio qualis olim admittebatur. 342. & seq. & instituebatur. 343. qualis nunc. ib.

Accusatus citari, capi, & carceri tradi potest. 345. quando examinandus. 348. ubi judicetur. 358.

Adulterium quomodo olim punitum. 292. & nunc. ib. & seq. an circa illud differentia in muliere & viro. 293. turpis est quæstus ex eo factus. 294.

Advocati Ecclesiarum: eorum origo. 76. officium. 77. circa eos corruptelæ. ib. eos eligere relinquitur Ecclesiis. 78. nunc sunt ipsimet Principes. ib.

Advocati in Judicis: eorum officium. 314. dotes in iis requisitæ. ib. numerus augetur nimium. 315. non sint Clerici. ib. differunt à Procuratoribus. 316.

Alienatio bonorum ecclesiasticorum quibusnam olim licita. 206. interdicta. ib. quid sub ea comprehenditur. 208. quibusnam ex causis, & solemnitatibus fieri potest. ib. & seq. à quibus hæ causæ adprobari debent. ib. fieri nequit sine Episcopi, aut omnino Papæ consensu. 209. aut non consentiente Principe, & Patrono. 210. tria ad eam requiruntur. ib. quænam suspecta. 211. si per eam læditur Ecclesia, est annullanda. ib.

Altare: illud inter, & Ecclesiam olim distinctio. 189. quid istud complecti putabatur. ib. ejus redemptio quid sit. ib.

Am-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

regulam S. Siricii, *Monachos, quos tamen morum gravitas, ac vitæ, & fidei institutio sancta commendat, Clericorum officiis aggregari, & optamus, & volumus.* Absit, ut quæstuariorum Mystarum ordinandorum in claustris indiscretior locus sit. *c.* 29. *XVI. q.* 1. En purissimam formam regularis regiminis. Abbas sit Magister ad instructionem imperitiorum, Superior ad correccionem dyscolorum, Confrater ad conservationem Religiosorum, Minister ad dispensationem communium bonorum. Inquit S. Bernardus (*a*): *Neque enim, quia Prælati Monachis, ideo non Monachi: nempe Monachum facit professio,* æqualis æquales, *Prælatum necessitas* instructionis, & correctionis regularis. Quid à tam diversis relationibus regularis regiminis alienius (*b*), quam quisque typhus vel dominationis, vel ambitionis? In Germania Congregatio Bursfeldensis Abbatum Benedictinorum, reformationis causa, usum, & privilegium Pontificalium ejuravit. Ait S. Bernardus. *Dicite pauperes, si tamen pauperes, in sancto quid facit aurum? Et quidem alia cauta est Monachorum, alia Episcoporum — Nos vero qui jam de populo eximus, qui mundi quæque pretiosa, ac speciosa pro Christo reliquimus, qui omnia pulchre lucentia, canore mulcentia, suaveolentia, dulce sapientia, tactu placentia, cuncta denique corporea oblectamenta arbitrati sumus ut stercora, ut Christum lucrifaciamus, quorum, quæso, in his devotionem excitare intendimus? Quem, inquam, ex his fructum requirimus? stultorum admirationem, an simplicium oblectationem? An, quoniam commixti sumus inter gentes, forte didicimus opera eorum, & servimus adhuc sculptilibus eorum?* Ajebat olim ea occasione Ratherius Episcopus Veronensis: *Sicut enim Monacho* pio, & docto, *nihil sanctius, ita nihil hypocrita est sceleratius.*

IN-

(*a*) S. Bern. supr. (*b*) Apol. ad Guillel. Abb. cap. 11.

INDEX.

A

Abbates propria gaudent jurisdictione. 304. Episcopis subjecti. 410. illorum electio libera. 412. & seq. exempti quoad quænam. ib. proclivitas quoad exemptiones. 416. & seq. licet tales manent Monachi. ib. nimium insolescunt. ib.

Absolutio à censuris quando datur. 405. quantum ad eam habetur distinctio inter censuras ferendæ, & latæ sententiæ. ib. à quibus dari potest. ib. & seq. à reservatis Papæ hic solus absolvere potest, nisi quis specialem licentiam habuerit. 407. de irregularitatibus quisnam illam dat. ib. excommunicati quomodo eam petere possunt. 408. quoad *cautelam* quænam. ib. sit libera. ib. eam non petens de hæresi suspectus. ib.

Acceptio Personarum vitetur in provisione beneficiorum. 159. quomodo definitur. ib. quando committitur. ib. quantum crimen. 163. & seq.

Accusatio qualis olim admittebatur. 342. & seq. & instituebatur. 343. qualis nunc. ib.

Accusatus citari, capi, & carceri tradi potest. 345. quando examinandus. 348. ubi judicetur. 358.

Adulterium quomodo olim punitum. 292. & nunc. ib. & seq. an circa illud differentia in muliere & viro. 293. turpis est quæstus ex eo factus. 294.

Advocati Ecclesiarum: eorum origo. 76. officium. 77. circa eos corruptelæ. ib. eos eligere relinquitur Ecclesiis. 78. nunc sunt ipsimet Principes. ib.

Advocati in Judicis: eorum officium. 314. dotes in iis requisitæ. ib. numerus augetur nimium. 315. non sint Clerici. ib. differunt à Procuratoribus. 316.

Alienatio bonorum ecclesiasticorum quibusnam olim licita. 206. interdicta. ib. quid sub ea comprehenditur. 208. quibusnam ex causis, & solemnitatibus fieri potest. ib. & seq. à quibus hæ causæ adprobari debent. ib. fieri nequit sine Episcopi, aut omnino Papæ consensu. 209. aut non consentiente Principe, & Patrono. 210. tria ad eam requiruntur. ib. quænam suspecta. 211. si per eam læditur Ecclesia, est annullanda. ib.

Altare: illud inter, & Ecclesiam olim distinctio. 189. quid istud complecti putabatur. ib. ejus redemptio quid sit. ib.

Am-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Ambitus: de hoc crimine lex Julia. 359. & seq.
Angaria quid olim erant. 198.
Annatæ: unde nomen. 69. quid, & quotuplicis generis sunt. ib. quando ortæ. ib. an simoniacæ. ib. de iis quid in Germania, quid in Gallia. ibi.
Annus, intra quem se ordinari faciant beneficiati, quomodo computandus. 15. *gratiæ* quid olim. 174.
Apostoli definierunt fidei controversias. 197. & seq.
Apostoli in judiciis pro appellationibus quando peti debent. 373. quoties peti possunt. ib. usus abolevit. ib.
Apparitores: eorum officium. 320. citant partes ad judicium 324. Judici tenentur desuper reddere rationem. 325. constituuntur executores sententiæ. 365.
Appellationes ad Romanum Pontificem stabilitæ. 271. & seq. nonnullibi sat repræssæ. 272. & seq. ab abusu in Gallia. 286. Romanæ augentur. 305. à Subdelegato fiunt ad Papam. 307. darentur in Gallia ab abusu, si Judices constituerentur à Papa extra regnum. 309. propter dilationes judiciales quando dantur. 330. dantur, si Judices condemnationem expensarum præteriit. 363. nimiæ infregerunt censurarum vigorem. 368. olim omnino non dabantur. ib. deinde valde restrictæ. ib. ad Concilium provinciale. ib. ad Papam. 369. hæ indiscriminatim frequentari cœperunt. ib. & seq. contra eas S. Bernardus. 370. ad Metropolitas, & Primates. ib. corruptelæ circa illas. ib. & seq. aliqualiter restrictæ. 371. à quanam sententia datur. ib. quoties fieri possunt. ib. circa eas Concordata Galliæ. ib. quænam ab abusu. ib. quomodo fieri debent. ib. à quibusvis Judicibus dantur ad Papam, & quomodo fiant. ib. quoties in eadem causa repeti possunt. 372. quomodo fiunt in judiciis sæcularibus. ib. intra quod tempus interponantur. ib. & seq. extrajudiciales. 373. fiant scripto. ib. pro iis petuntur Apostoli. ib. quando incipiendæ, & quando finiendæ. ib. & seq. quomodo dijudicantur, an sint justæ. 374. expensas pro transferendis actis quis ferat. ib. iis pendentibus nil innovetur. 375. nisi quæ conducunt ad earum prosecutionem. 376. per eas quarundam causarum executio haud suspenditur. ib. per illas transferuntur causæ ad superiorem Judicem. 377. à quibusdam tribunalibus non admittuntur. ib. *ab abusu* in Gallia quænam sunt. 379. & seq. istarum origo. ib. in quibus casibus & coram quo Judice fieri possunt. ib. intra quod tempus interponantur. 380. & seq. an per has violetur jurisdictio ecclesiastica. ib. an, & ex quibus locis admittuntur à Bullis Pontificum. ib. circa majores causas, dum fiunt ad Papam, quænam observanda. 382.
Aqua calida: per eam olim purgatio à crimine. 350.
Arbitri quotuplicis generis. 310. *Juris* quanta gaudent auctoritate. ib. quinam, & in quibusnam causis eligi possunt. ib. quotnam constitui possunt. ib. an ab iis appellari potest. 311. eorum sententia quomodo nunc firmatur. ib. *Juris* circa recusationes Judicum. 381. eorum officium. ib.
Arbitria Ecclesiæ primitivæ circa lites laicorum. 236. quantæ firmitatis. 310.
Archidiaconus: ei competit institutio super beneficiis. 100.
Archivum publicum quodnam est. 337.
Assessor in Curia ecclesiastica. 312. sit Jurisperitus. 313. ejus officium. ib. à quonam alatur. 316.
Attestationes cur rejici possint. 334.
Avaritia devitetur à Clericis. 158.

B

Baptismus hæreticorum an valeat. desuper lis. 284.
Belgium: ejus concordata, & Decreta circa cognitionem bonorum ecclesiasticorum. 254. & 255.
Beneficiatus unde consequatur titulum percipiendi fructus. 2. suæ obligationi satisfacit per alium. 10. ei commendatur humilitas. ib. quam habeat ætatem, & qualitatem. 12. intra quod tempus recipiat SS. Ordines. 15. non recipiens præscriptum Ordinem punitur. ib. & seq. sit scientia ornatus. 17. aliæ pro eo dotes. 18. nequit alienare fructus sui beneficii. 205.
Beneficia dantur propter officium. 1. unde dicta. ib. origo. ib. & seq. definitio. 2. divisio. 5. erectio. ib. divisa in regularia, & sæcularia. ib. quænam illa, quænam ista. ib. in iis conferendis defectus suppleantur. 6. & seq. *regularia* iterum distincta. ib. hæc cui conferenda. ib. & seq. curata an Monachis dari queant. 7. distincta in curata, & simplicia. ib. quænam simplicia. 8. circa simplicia abusus. ib. simplicium suppressio ad erigenda Seminaria &c. quibus conferantur. 10. olim Ordini cohærebant. 11. dein separatim conferebantur. ib. requisitæ pro iis acquirendis dotes. 12. præsertim pro curatis. ib. pro simplicibus. ib. & seq. quoad ætatem dispensari potest. 14. nonnullis Ordo annexus. ib. sed quomodo. ib. & sub qua pœna. 17. conferantur scientia prædictis nonnullibi indigenis. 18. indigni ab iis repellantur. ib. & seq. pluralitas inhibita. 19. etiam propter paupertatem proventum. 20. mala ob ejusmodi pluralitatem or-

orta. 21. dispensatur quoad eam ib. sed quandonam. 22. dispensandi facultas Pontificii asserta. 23. in commendam data. ib. ob unionem ad invicem dependentia. 24. in Tridentino contra pluralitatem declamatur. ib. contra eam Concilii Statuta. ib. quænam sunt incompatibilia. 25. distinctio inter sufficientia sustentationis & insufficientia. ib. & seq. pluralitas eorum, si sunt in eadem Ecclesia, licita. 27. illorum incompatibilitas quotuplex. ib. quotuplex quoad eam discrimen. ib. & seq. quando per possessionem secundi amittitur primum. ib. in Gallia datur optio ex duobus unum est eligendi. 28. illius quis fructus percipere potest, in quo residet. ib. Pontificia dispensatio circa pluralitatem. ib. provisio ordinaria. 32. eorum collatio an actus Ordinis. 34. collatio quid sit. ib. acquiruntur quoque per electionem. ib. & seq. per turnum. 37. provisio fiat intra sex menses. 39. per devolutionem collata. 40. circa ea institutio à quo fiat. 48. reservata à Papa. 50. in Curia vacantia reservantur. 51. & 53. an omnium Dominus sit Papa. 51. de reservatis Decretum Concilii Basiliensis ib. Tridentini. 52. distinctio inter vacantia in Curia, & vacantia apud Sedem Apostolicam. 54. à reservationibus exempta. 57. alternativa. 58. circa ea jus præventionis. 59. de iis provisiones Papales. 62. fiunt duplici formula. ib. eorum valor est exprimendus pro obtinendis Papæ gratiis. 68. litigiosa quomodo conferuntur. 71. vi Regaliæ conferuntur. 91. quomodo in Gallia. 93. & seq. ad ea quoque Rex Galliæ nominat tum ex indulto Pontificio. 164. tum via recta. 95. eorum collatio an Principibus competere possit. 97. conferantur dignioribus. ib. eorum institutio, & possessio. 98. Regula Cancellariæ trigesima quinta de annali. 105. & triennali illorum possessione regula trigesima sexta. 106. ne nimium appetantur. 107. & seq. permutatio, & resignatio. 108. in iis accessus, & regressus rejiciuntur. 119. pensiones super iis constitutæ. 120. minus dimittere, ut obtineatur majus, simoniam sapit. 123. quænam pensionibus onerari possunt. 125. & seq. eorum unio. 133. uniterum dissolutio. 140. circa ea vendere est semsimonia. 142. beneficia per eam obtenta ipso jure vacant. 154. per simoniacum. 155. sic obtenta à simoniacis statim dimittantur. 157. in eorum provisione devitetur acceptatio personarum. 159. quænam sint dotes ad ea requisitæ. ib. & 160. & seq. conferantur digniori. 161. in iis distribuendis quanta circunspectio adhibeatur. 163. eorum inæqualitas quoad proventus multum nocet. 164. lites ea tangentes dijudicat Judex ecclesiasticus. 163. eorum causæ à quonam decidun-

tur tam in possessorio, quam in petitorio. 257. lites circa ea ortæ quomodo in Germania deciduntur. 260.

Blasphemia à quibus committitur. 299. contra eam pœnæ. ib. tam civiles, quam ecclesiasticæ. ib. & seq.

Bona ecclesiastica quomodo olim administrata, & divisa. 2. & seq. an pueri ex iis alantur. 13. & seq. olim erant non adeo multa. 165. de iis Clericis quondam non vixerunt. ib. discernantur à patrimonialibus. ib. quid sunt. 167. unde provenerunt Ecclesiis. ib. quem in finem adhibeantur. ib. administratio cui competit. 168. an ex iis vivere possunt Clerici alias divites. 169. ea quoque possedit Christus. 170. olim fuerunt tripattita. 171. quilibet beneficii Possessor administrat. ib. ob ea aucta corruptelæ. ib. ex iis acquisitis an aliis quid donari queat. 162. & seq. Clericorum sine testamento defunctorum obveniunt Ecclesiæ saltem sic olim. 178. non fuerunt exempta à tributis. 260. singulis conceditur immunitas. 200. sed nunc est restricta. ib. & seq. non teneantur à laicis. 202. ex iis quinam alantur. ib. eorum administratio Episcopis incumbit. 203. Œconomus pro iis. ib. quæ nunc Episcopis competunt circa illa. 204. eorum administratio penes quemlibet beneficii possessorem. ib. eorum alienatio quomodo fieri potest. 205. illorum alienatio quomodo permissa. 207. eorum quarta pars pro pauperibus. 212. an à jurisdictione civili sunt exempta, & qualis ubivis praxis. 254. & seq.

Bullæ Pontificiæ nimis dispendiosæ. 67. pluribus clausulis affectæ. 70. in Gallia revidentur. 199. & seq.

C

Cœmeterium idem, ac dormitorium. 226. benedicitur. ib. contiguum, ac remotius. ib.

Calumniatores: contra eos pœnæ. 300.

Canonicatus quibusnam conferantur in Ecclesiis Collegiatis. 12. in Cathedralibus. 13. nonnullis Ordo annexus. 14. non plures possideantur ab eodem. 20. quinam incompatibiles. 25. quando cum dignitate possideri possunt. 27. à quonam conferantur in Ecclesiis tam Cathedralibus quam Collegiatis. ib. & seq. eos possidere incipiens faciant fidei professionem. 102.

Canonici: inter eos olim annus gratiæ receptus. 174.

Capellani ad chorum olim adstricti. 9. & seq. eorum nomen quondam viluit. ib.

Capellania inter beneficia simplicia. 8. ubi erectæ. ib. quibus conferantur. 12. & seq. nonnullis Ordo annexus. 14.

Capellæ reputantur inter beneficia simplicia. 8. Palatinæ. ib. ubi erectæ. 8. non erigendæ sine consensu Episcopi. ib.
Capitulum Cathedrale consulere aliquando debet Episcopus circa collationem beneficiorum. 33. nonnullibi confert suos Canonicatus se solo. ib. quid ei competat circa eorum collationem Sede vacante. 34. ejus partes in electionis negotio. 36. & seq. per turnarium. 37. quando jure eligendi privatus. 39. Sede vacante beneficia unire potest. 135. Episcopo assistit circa administrationem bonorum ecclesiasticorum. 204. S. V. œconomum constituit. 205.
Captivi : eos Episcopi consolentur. 347. exemptio invixa 422.
Carcer : ei quinam includi possunt. 345. & seq. non est ad pœnam, sed custodiam. 346. Judices eum sæpius visitent. ib. quinam debitores ei includi possunt. 366. ab eo liberat cessio bonorum. ib. in Monasteriis. 384. & seq. in Pretoriis Episcoporum. ib.
Causæ civiles, laicorum apud quos agitandæ in primitiva Ecclesia. 235. & seq. Clericorum. 242. in quibusnam Clerici subjiciuntur tribunali sæculari. 244. quænam mere ecclesiasticæ & quænam mixtæ. 247. meræ ecclesiasticæ ad forum ecclesiasticum pertinent. 248. spiritualibus annexæ reservantur tribunali ecclesiastico. 250. beneficiales quomodo dijudicandæ. 257. criminales Clericorum. 263. majores & minores Episcoporum à quo dijudicandæ. 273. majores Sedi Apostolicæ reservantur. 286. criminalium instructio. 341. in eis quando fit conclusio. 357. illarum examen à duo fiat. ib. dubiæ cui debent adjudicari. 361. in iis decidendis generales regulæ. ib. & seq. in iis decidendis generales regulæ. ib. & seq. in quibusnam causis non admittitur appellatio. 376. quandonam evocari possunt ad aliud tribunal. 381.
Censuræ, an eis locus quoad executionem sententiæ. 368. & seq. vigor earum imminute per appellationes. 367. eas contemnentes impelluntur exilium. 385. divisio, & definitio. 389. & seq. quis eas ferre potest. ib. illas ferendi potestas vi præscriptionis acquiri potest. 390. qui illis affici valent. ib. publicari etiam debent à Regularibus. ib. prima est excommunicatio. ib. in iis vitentur indiscretio, atque injustitia. 394. non injungantur pro occultis delictis. ib. injustæ non nocent, sed potius prosunt. ib. an injustæ contemni possunt. 395. irrogantur tantum contumacibus. ib. & seq. post trinam monitionem. 396. quales, & quando irrogentur. 397. & seq. in quibus casibus vetitæ. 398. nimium frequenter adhibentur. 399. forma, & ritus eas ferendi. 400. & ib. antiquus ab eis absolvendi modus. 405. quis nuncupabilis absolvere potest. 406. & seq. à Papæ reservatis quis absolvit. 407.
Cessatio à divinis sine ritu contingit. 404.
Cessio bonorum debitores liberat à carcere. 366. quomodo fit. ib. non liberat à debito. 366. quinam ad eam tenentur. ib.
Chorus : pro ejus Psalmodia aluntur pueri. 13. & seq.
Cistercienses : privilegium eis circa Decimas datum. 184. nonnullibi tenentur ad solvendas Decimas, & nonnullibi non. ib. reprimuntur ob exemptiones. 416.
Citatio. ad judicium à quo, & quomodo fiat. 323. est multiplex. 324.
Clerici quomodo olim sustentati. 1. & seq. singuli cuinam olim Ecclesiæ adscripti. 3. sint humiles. 10. fugiant avaritiam. 21. illorum hypocrisis detestanda. 31. olim consulti ab Episcopo quoad distributionem beneficiorum. 32. non recipiant beneficia sine consensu Episcopi. ib. sint obedientes in suscipiendis Ecclesiæ oneribus. 49. defendant jura Ecclesiæ. 91. sint paupertatis studiosi. 132. fugiant ambitionem. 142. fugiant avaritiam. 165. an olim viverent ex bonis ecclesiasticis. 158. eorum peculium. ib. faciunt fructus beneficii suos. 166. sed quinam. ib. ad eos monita S. Bernardi. ib. iis incumbit administratio bonorum ecclesiasticorum. 168. sed qualiter. ib. & seq. an divites ex rebus Ecclesiæ vivere possint. 169. an de acquisitis bonis ecclesiasticis testari possunt. 171. eorum sine testamento defunctorum bona cui competunt. 172. eorum hæredes ad quid tenentur. 173. sint misericordes erga pauperes. 174. olim sat pauperes vivebant ex labore manuum. 197. eorum immunitas personalis quomodo obtenta. ib. non tamen fuerunt exempti à tributis. 198. illorum quoque bonis privatis conceditur immunitas. 200. ipsorum bona patrimonialia estimantur nunc, sicut bona laicorum. 201. tantum eis superest immunitas personalis. ib. in suis Ordinis vestibus sepeliantur. 223. olim corpora defunctorum ad sepulturam deferebant. 228. eorum lites civiles. 241. non cito provocent ad processus forenses. ib. & seq. in causis feudalibus subjacent judicio sæculari. 244. in quibusnam causis subduntur tribunali sæculari. ib. & seq. iis olim demandabatur executio testamentorum. 251. olim soli docti. ib. & seq. ipsorum testamenta cui demandentur. 257. eorum bona, & qualia sunt à jurisdictione ecclesiastica exempta. 253. & seq. ipsimet optant altercari coram Magistratu sæculari. 260. & seq. eorum delicta à quonam punienda. 263. sine Episcopi consensu nullus capitis

damnari potest. 265. & seq. eorum delicta sunt laicis scandalo. 267. non capiantur per lictores &c. ib. si captus, & requisiti non restituantur Episcopo, cessetur à divinis. ib. subjiciuntur Judicibus sæcularibus in casibus privilegiatis. ib. si capiuntur in veste sæculari, à quo judicandi. 268. quidam gaudent privilegio fori. 269. difficilis, & rara pœnitentia. 274. & seq. concubinarii, & contra naturam peccantes quomodo puniendi. 298. & seq. contra usurarios pœnæ. 301. non sint Advocati in judiciis. 315. nec Syndici. 318. exempti à foro sæculari. 322. juramentum calumniæ iis olim remissum. 328. an admittantur tanquam testes in judiciis. 331. quomodo olim se purgabant per juramentum. 353. eorum delicta sunt gravissima. 354. an eorum bona sint exempta ab executione sententiæ. 366. lapsis injungitur reclusio in Monasteria pro pœna. 384. & 386. & seq. carcer etiam. 384. Ecclesia rebelles pelluntur in exilium. 385. item ex Diœcesi amandantur. ib. delinquentes flagellis ceduntur. ib. & seq. eorum degradatio. 386. supplicio mortis puniendi degradantur. ib. in Gallia sine degradatione morti traduntur. 387. rei suppliciis non submittantur. 388. ob eorum percusionem qualis excommunicatio incurritur. 397. eorum olim pœnitentia. 410.

Clerus. Palatinus quisnam. 8. Gallicanus increpatur ob neglectam defensionem libertatis ecclesiasticæ. 93. Papa dispensante tenetur solvere Decimas Principibus. 201. & seq. luxus emendetur. 211. privilegium fori. 242. sit pacificus. 261.

Cluniacenses nimium affectant exemptiones. 416. an iis concessæ sint. 419.

Collatio beneficiorum an actus Ordinis. 34. qua forma fiat. ib. quid sit, & quotuplex. ib. quomodo probanda. 35. per electionem. ib.

Commendæ beneficiorum quomodo invaluerunt. 23. circa eas abusus. ib.

Communio inter fideles per literas. 390.

Competentia: ejus beneficium quibusnam debitoribus competit. 366. & seq.

Compromissum quomodo in electionibus. 37. in arbitros. 311. quotupliciter. ib. jurata. ib.

Concilium Provinciale Judex Episcoporum. 271. an ejus judicium innovari possit. ib. & seq. an sine Papæ consensu convocari possit. 273. quæ ibi Episcoporum causæ dijudicari possunt. ib. ab Episcoporum sententia ad illud datur appellatio. 368. ac id dabatur olim recursus ab injuste excommunicatis. 406.

Con-

Concordata Galliæ jus præventionis circa beneficia Papæ asserunt. 61.

Concordata Germaniæ quid de collationibus beneficiorum 34. eorum interpretatio de alternativa. 58. quid statuunt de Annatis? 69.

Concordata Principes inter, & Episcopos circa jurisdictionem. 240.

Concubinæ olim in duplici specie. 297.

Concubinatus: cognitio de eo est mixti fori. 297. eo olim tecta alia scelera. ib. proscribitur. ib. pœnæ in eum. ib.

Concursus ad Parochiales Ecclesias. 42. quomodo fiat. ib. & seq. quænam Ecclesiæ ab eo exemptæ. 44. in illo à quonam examen instituatur. ib. dignior seligatur. 46.

Confessarius quomodo dispenset cum simoniacis quoad restitutionem fructuum. 157. alia illius obligatio. 158.

Confraternitates sunt licitæ. 220. & seq. aliæ laicales. 221. pro iis specialia Sacella, aut Altaria. ib. earum finis. ib. non erigantur sine consensu Episcopi. ib. laicorum visitari possunt ab Episcopo. ib. & seq. pro educandis pueris. 222.

Confrontatio quid sit. 347.

Consanguinei an præ reliquis ad beneficia promoveri possint. 160.

Correctio: ab ea quando datur appellatio. 376.

S. Cyprianus: ejus contentio cum S. Stephano circa baptismum hæreticorum. 284. exitus hujus litis. ib. & seq.

D

Debitores quomodo ad solvendum compelluntur. 365. & seq. quid agendum cum obæratis. 366. an incarcerandi. ib. an eos liberat à debitis cessio bonorum. ib.

Decani rurales instituunt in beneficia per suum districtum. 100. ad eos Episcopi remittunt examen causarum ad alienandæ Ecclesiæ bona. 209. repetere possunt Clericorum à Judice sæculari captum. 267.

Decimatores: iis incumbit alere Parochos. Vicarios Parochiales. 192.

Decimæ quid sint, attendatur. 175. earum origo. ib. an olim fuerint præceptæ. 176. an sint juris divini. ib. an in Oriente admittantur. ib. earum diversitas, & ex quibus dentur. ib. quomodo dividuntur. ib. quænam regulæ circa ea attendantur. 177. earum administratio olim penes Episcoporum fuit. ib. nunc obvenerunt singulis Parochis. ib. cui solvat is, qui tam in hac, quam in alia habitat Parochia. ib. & seq. jus deci-

cimandi Ecclesiæ Parochiali coheret, nec præscribitur. 178. quomodo nonnullæ ad laicos devenerunt. ib. an de omnibus fructibus competant Pontifici. 179. infeudatæ. ib. quomodo eas Monasteria acquisierunt. 180. Novalium, & minutæ ad quem pertinent. 181. & seq. ad eas persolvendas tenentur omnes. 183. olim & Principes, ac Monachi. ib. & seq. hi tamen dein fuerunt exempti. ib. quantitas & modus eas solvendi. 184. earum exactio per censuras. 186. lites desuper ortas decidere cujus est. 187. non solutæ, nec petitæ censentur remissæ. ib. differunt ab oblationibus. ib. bene impendantur. 188. ob eas à laicis possessas egent Parochi. 189. ex iis alantur Vicarii Parochiales &c. 192. an eas Clero imponere potest Papa. 202. lites circa eas ventilantur in foro ecclesiastico. 280.

Degradatio quem in finem inducta. 388. realis, & verbalis. ib. solemnis quomodo fiat. ib. coram quibus. ib. ejus usus cessat in Gallia. ib.

Delegati Judices quinam sunt. 305. quale eorum jus. 306. auctoritas. ib. à Papa constituti quasdam habeant dotes. 307. jurisdictio juxta literas mandati. ib. & seq. Pontifex constituit sæpe plures. ib. & quomodo tunc hi se gerant. ib. in partibus. ib. in quo loco hi constituantur. ib. si extra regnum constituerentur, daretur appellatio ab abusu. 308.

Delicta Clericorum: à quonam punienda. 263. inter ea datur distinctio. 264. privilegiata quænam dicuntur. 267. ecclesiastica à quonam dijudicentur. 276. quomodo dividuntur. 278. ecclesiastica quænam dicuntur. 302. sunt mixti fori. ib. à Pastoribus quomodo coercenda. ib.

Denuntiatio: ejus effectus. 343. & seq. eam facientis dotes considerentur. 344. falsa puniatur. 345.

Depositio quid sit? 383. vide *Degradatio*.

Devolutio: ejus jus in collationibus beneficiorum. 39. in concursu ad Parochias si eligitur minus dignus. 46. & seq.

Diaconi olim Xenodochiis præpositi. 216.

Diœcesis: quomodo olim in ea judicia agebantur. 303. & seq. nullius quænam loca. 482. & seq.

Dignior an debeat semper ad beneficia promoveri. 160. unde dignoscitur, quis sit dignior. ib.

Dignitates olim in Ecclesiis Cathedralibus erectæ. 3. à Personatibus differunt. ib. non inflent possessiones. 4. non veniunt sub nomine beneficiorum. ib. earum distinctio. ib. quibus conferantur. ib. iis Ordo annexus. ib. conferantur scientia præditis. 17. non plures possideantur ab eodem. 20. quando cum Canonicatu retineri possunt. 27. à quonam conferantur tam in Ecclesiis Cathedralibus, quam Collegiatis 34. eas adipiscentes emittant possessionem fidei. 102.

Dilationes in judiciis quotuplices. 329. & seq. ad comparendum dantur tres. 330. probatoriales. ib. in causa criminali dentur reo. 349.

Diptycha: ex iis quinam eradebantur olim. 393.

Dispensatio in pluralitate beneficiorum. 21. & 22. Pontificia quibus cum personis, & quomodo exhibenda. 29. an datur quoad simoniam. 156. talis dispensatio à quonam & qualiter petatur. 157.

Divinatio unde dicitur. 288. olim sat frequens. 290.

E

Ecclesia qualiter initio creverit. 165. in ea primitiva ad quos Judices jubebantur fideles suas causas referre. 148. conservandæ inter fideles pacis studiosa. 241. semper injunxit pœnas spirituales. 383. ei rebelles pelluntur in exilium. 385. semper abhorruit à torturis. 387. qualis communio inter fideles. 390.

Ecclesia: *in Cathedrali* eriguntur beneficia. 3. *Collegiata* non putatur simpliciter Parochialis, licet in ea sit Parochia. 17. & seq. per Ecclesiam quid olim intelligebatur. 189. olim obnoxia tributis. 198. sensim immunitate donatur. ib. & seq. sed in quibusnam bonis. 199. & seq. de ejus bonis quisnam cognoscit. 254. seq.

Electio quid sit, & quotuplex. 35. & seq. quinam, & quomodo ad eam vocandi. ib. an in ea pro absentibus Procurator admittatur. 36. quando nulla. 37. quomodo vota numerentur. ib. per Turnum qualis. ib. triplex ejus forma. ib. quando valet. 38. olim in ea collatio zeli ad zelum. 39. publicatio. ib. quando devolvitur ad alios Superiores. ib. fiat intra sex menses. ib. indignam SS. Patres abominantur. 40. quid in ea attendatur. 74. semper fiat dignioris. 161.

Electores: quanta eorum obligatio. 163.

Eleemosynæ quando in pœnam impositæ. 385. quem in finem adhibitæ. ib.

Elocatio bonorum ecclesiasticorum quid, & quotuplex. 205. ad *Firmam* quænam. ib. quænam illicita. ib. & seq. de quibus fieri potest. ib. & quibusnam. 206. quandiu. ib.

Episcopi bonorum ecclesiasticorum dispensatores. 2. specialis eis pars attributa. ib. instruant promovendos ad curam animarum. 6. sine eorum consensu non erigantur Sacella &c. 9. olim Collatores omnium beneficiorum. 32. sed cum consi-

silio Clericorum. ib. nonnunquam cum consensu Capituli Cathedralis. 33. alibi soli conferunt Canonicatus: alibi ab iis conferendis omnino excluduntur. ib. illorum partes in concursu ad Parochiales Ecclesias. 42. & seq. quem præ reliquis ibi seligant. 46. & seq. eis competit institutio in beneficia. 48. cuivis vacanti Parochiæ Vicarium dare possunt. ib. & seq. aptos Examinatores providendorum constituat. 62. præsentatos à Patronis sine causa rejicere nequeunt. 84. quid faciant, si Patroni in præsentando fuerint negligentes. ib. institutio in beneficium eis reservatur regulariter. 98. etiam ab aliis institutos examinent. 108. institutionem non protrahant. ib. sine eorum consensu nec resignatio, nec permutatio beneficiorum fieri potest. ib. eis relinquitur potestas circa pensiones ecclesiasticas. 120. eorum auctoritas circa imponendas pensiones ecclesiasticas. 124. beneficia unire possunt. ib. sed non suæ mensæ. 135. & seq. pauperibus quomodo subveniendum. 136. possunt tollere, unionem beneficiorum. 140. potest quis ab iis appellare, si in concursu eligant minus dignum. 163. quales sint. 168. iis competit administratio bonorum ecclesiasticorum. 170. an de bonis respectu Ecclesiæ acquisitis testari possunt. 172. utrum iisdem competat jus spolii. 173. eorum olim fuit administrare Decimas. 177. sine eorum licentia nequeunt Religiosi Decimas à laicis recipere. 181. provideant Vicariis Parochialibus de congrua portione. 191. & 193. & undenam. 192. & 195. eis incumbit cura bonorum ecclesiasticorum. 203. pauperum &c. ib. sed id per œconomum præstare possunt. ib. & seq. quæ nunc eis competunt circa bona ecclesiastica. 205. eis circa bonorum administrationem Capitulum Cathedrale assistit. ib. œconomum constituunt pro Ecclesiæ bonis administrandis. ibi ea alienare nequeunt. 207. & seq. eorum consensus requiritur in alienandis Ecclesiæ bonis. 209. juramentum quoad non alienanda mensæ suæ bona. 210. eis commendatur Hospitalitas. 211. cura infirmorum, viduarum &c. ib. quorumnam Hospitalium cura eis incumbit. 213. inspectio, & visitatio. 214. desuper Tridentina Decreta. 215. & seq. nonnulla sunt ab eis exempta. ib. & seq. sine eorum consensu nequeunt Confraternitates erigi. 221. habent jus eas visitandi. ib. & seq. erant olim Judices in causis etiam civilibus. 236. sed per modum arbitrorum. ib. componant pacem inter Clericos. 241. an Clericis liceat ob eorum sententia provocare ad Judices laicos. ib. sibi reservarunt causas matrimoniales. 245. ipsis olim demandabantur testamenta. 250. invigilant executioni piorum Legatorum.

rum. 251. de quibusnam cognoscere possunt. 254. olim tenebantur monere Judices negligentes. 256. studeant in pace componere lites. 261. & seq. an eorum est punire delicta Clericorum. 264. & seq. sine eorum consensu nullus Clericus damnari potest. 265. & seq. respectu eorum quodnam forum competens. 270. & seq. modo pœnitentiæ Ministri. 276. possunt quævis scelera, licet in foro civili jam punita, punire. 277. & seq. sibi vendicant forum judiciale, & pœnitentiale Sacerdotibus aliis relinquunt. ib. cognitio de hæresi jure eis competit. 281. ad 285. item auctoritas damnandi errores. ib. auctoritas asserta in decidendis fidei controversiis. ib. & seq. prescribunt laxiores doctrinas. 286. extirpant superstitionem. 292. eorum licentia requiritur ad expellendos dæmones. ib. concubinatui inhærentes puniant. 297. sunt Judices ordinarii. 303. quomodo olim sua instituerint judicia. ib. delegant suam jurisdictionem. ib. eorum Officiales, & Vicarii generales. 304. olim numerum nimium auxerunt. ib. jurisdictionem istorum possunt restringere. 305. cabeant, ne eorum Ministri acceptent munera. ib. constituunt Judices Synodales. 307. ipsis delegantur causæ à Papa. ib. studeant litigantes conciliare. 309. olim ut arbitri deciderunt causas. 322. olim sine scriptis causas deciderunt. 326. examinant Notarios quosvis. 335. quemnam ordinem judiciarium olim servarunt. 342. ipsis olim mandabantur cura captivorum. 345. & seq. ab iis quando appellare licet. 368. vexari appellant ad Romanam Sedem. 329. à visitantium Decretis quando datur appellatio. 376. Clericis lapsis injungunt reclusionem in Monasteria pro pœna. 383. habeant carcerem pro puniendis Clericis. 384. sibi rebelles à Diœcesi amandare possunt præsertim extraneos. ib. in delinquentes Clericos flagellis utuntur. ib. & seq. quam observent degradationis formam. 386. & seq. electi, licet nedum confirmati, possunt ferre censuras. 389. eorum censuras promulgare etiam tenentur Regulares. 390. antiquitus raro excommunicationem ferebant, & quomodo. 395. & seq. possunt absolvere à censuris Papæ reservatis, si sunt occultæ. 407. sicut & dispensare in irregularitatibus occultis. ib. eorum curæ Monachi subduntur. 410. quæ eorum cura circa Monachos. ib. & seq. corrigant Abbates & Monachos. ib. abutuntur sua potestate in eos. ib. & seq. auferunt Monasteriorum bona. 411. dant causas exemptionibus eorum. ib. & in quibusnam. ib. & seq. canonice eorum jurisdictioni totus Clerus subjectos. 413. ipsemet concedunt exemptiones. 414. exemptiones auctoritati ipsorum nil derogant. 415. pu-

nire possunt exemptos extra claustra delinquentes. 421. etiam alios notoriis criminibus contaminatos. 422. Tridentinum iis restituit priorem auctoritatem. ib.
Examen in concursu ad Ecclesias Parochiales quomodo, & à quibus instituatur. 44. & seq. pro instituendis in beneficia curata. 99. in causa criminali 347. testium. ib.
Examinatores pro concursu à quonam constituendi. 45. eorum dotes & obligatio. ib. & seq. pro promovendis ad beneficia. 51.
Excommunicati: quinam sepultura privandi. 232. nonnunquam in exilium acti. 385. quinam vitandi. 393. & 395. quando fiunt irregulares. 398. contumaces compescendi per brachium sæculare. 401. innocuis dabatur recursus ab Episcopo ad Concilium. 406. quomodo absolutionem petere possunt, cum sint infames. 408. Per annum taliter permanentes sunt de hæresi suspecti. ib.
Excommunicatio quem in finem imponitur. 383. diversæ ejus species. 390. quænam est illa per rejectionem literarum communicatoriarum. ib. qualis in Monasteriis. 391. stationes pœnitentium incluserunt quandam excommunicationem. ib. medicinalis quænam. 392. mortalis. ib. major quænam est. ib. quando intelligitur lata. ib. ejus effectus. 393. minor quando contrahitur. ib. major est pœna maxima, adeo caute ferenda. ib. & 394. & 396. eam præcedant tres monitiones. ib. & seq. numerus nimium adactus. ib. ob percusionem Clerici qualis incurritur. 397. quando, & qualis irrogetur. 398. caute irrogatur. ib. ea non perstringatur multitudo delinquentium. 399. in Gallia nec Ministri Regii. 400. forma qua olim ferebantur. ib. forma nunc adhibere solita. ib. moderni ritus circa excommunicationem ferendæ sententiæ. 401. & seq. antiquus eam ferendi, & ab illa absolvendi modus. 406. & seq. quisnam ab ea absolvere potest. ib. & seq.
Executio sententiæ quando, & quomodo debeat fieri. 364. literæ, & mandata desuper. ib. forma exequendi. ib.
Executores testamenti quinam. 251. vide *Testamentum*.
Exemplar quando publicam fidem facit. 338.
Exemptiones: earum origo. 411. in quibusnam Monachi olim erant exempti à jurisdictione Episcoporum. ib. cur datæ. 413. quousque se extendebant. ib. ab Episcopis datæ. 414. Regis auctoritate stipantur. ib. & seq. à Papa confirmantur. 415. partialis quænam. ib. totalis seu emancipatio. 416. Monasterio S. Medardi concessæ. ib. eas nimium affectant Monachi. ib. contra eas murmur. ib. & seq. novi Ordinum Fun-

Fundatores illas spernunt. 415. nimium aucta. ib. capitulorum, Universitatum. ib. odiosæ. ib. sub quibus formulis datur. ib. & seq. quænam tales. 419. dubiæ an valeant. ib. quotuplex. ib. ad quosnam se extendit localis. ib. & seq. loca exempta manent intra Diœcesim. 420. Tridentina Decreta de iis. 421. ad functiones parochiales se non extendunt. ib.
Exequiæ variæ earum ritus. 223. olim in eis hymni, etiam *Alleluja* intonabantur. ib. & cur. ib. aberat luctus. ib. olim ad corpus in Ecclesia expositum fideles orabant. ib. Missa præsente corpore. ib. ritus post Missam ad corpus defuncti. 224. in eis pompa. ib. quomodo Parochus eas celebrat. 230. eas comitari est religionis officium. 233.
Exilium pro nonnullis contumacibus statutum. 385.
Exorcistæ, quinam olim, & *nunc*. 292.
Expensæ circa lites à quo solvendæ. 362. lis circa eas quomodo deciditur. 363.
Expectativæ literæ Pontificum quænam. 50. quotuplices. ib.

F

Falsarii literarum quomodo puniendi. 300.
Falsum: ejus crimen. 300. pœnæ contra illud. ib. quot modis fit. ib.
Fatalia quot sunt in jure. 374.
Ferrunt candens: per illud olim purgatio à crimine fiebat. 350.
Fides: ejus controversias definiendi auctoritas competit Episcopis. 285. & seq. illius symbolum condere soli an competat Pontifici. ib.
Flagellum: eo usi sunt Episcopi erga Clericos, & Abbates erga Monachos. 385.
Fornicatio grande crimen. 297. olim pœnitentiæ contra illius reos. ib. & nunc. ib.
Forum: ejus privilegium competit Clericis. 242. quousque se extendit. ib. competit quoque Ecclesiis. 243. extenditur quoque ad Clericorum familiares. 244. restringitur. ib. justitiæ in causa criminali est civilis imperii. 263. competens respectu Episcoporum. 270. pœnitentiæ quousque se extendit. 276. pœnitentiale à judiciali sejuntum. 277. quousque utrumvis se extendit. ib. ecclesiastici quales Ministri. 312. *conscientiæ* quænam complectebatur. 343.
Funera: ea comitari est pietatis religiosæ officium. 233. vid. *exequiæ*.
Funeralia: lis desuper orta deciditur in tribunali ecclesiastico.

G

Gallia: ibi provisiones apostolicæ demandantur Ordinariis. 62. & seq. prævio semper examine ad eis facto. 64. clausulæ in Pontificiis Decretis: *Rationi congruit*: & *motu proprio*: rejiciuntur. 65. loco Bullarum est in usu quandoque sola signatura. 67. quid requiritur, ut fides ibi habeatur Bullis &c. Pontificum. ib. ad beneficia curata promovendus debet callere patrium idioma. 68. quid de annatis. 69. & seq. praxis circa beneficia litigiosa. 71. negligit clausulas Bullis apponi solitas. ib. Placetum regium circa Papæ Bullas. 73. & seq. jus Patronatus censetur temporale. 84. ejus Clerus increpatur ob neglectam defensionem libertatis ecclesiasticæ. 91. in hoc regno usus Regaliæ quousque extensus, vel restrictus. 92. & seq. ad beneficia nominandi competit Regi tum ex indulto Pontificio. 95. tum per rectam viam. ib. Rex reprehensus ob collationem beneficiorum. 96. speciale decretum circa resignationes beneficiorum in favorem. 114. observat regulam de publicandis resignationibus. 117. Pensiones ecclesiasticas reales ægrius admittit. 124. quomodo super beneficiis curatis. 125. qualis portio ejusmodi pensionum. 126. quid sibi observatur circa uniones beneficiorum. 137. quomodo proceditur contra simoniacos. 154. & seq. jus Papalis spoli suppressum. 173. Reges urgent solutionem decimarum. 175. emergit usus decimarum laicis infeudatarum. 179. qualis ibi dispositio circa decimas. 187. contractus Clericum Rege circa immunitatem. 201. de dono gratuito Regi dando. ib. bona ecclesiastica Magistratibus elocare non permittitur. 206. jurisdictio ecclesiastica restringitur. 239. & 245. in quibusnam causis Clerici subduntur tribunali ecclesiastico. 244. pro Personis in dignitate constitutis solus Regis Senatus est Judex. 245. qualis praxis circa testamenta. 252. circa cognitionem bonorum ecclesiasticorum. 254. processus circa possessorium, & petitorium beneficiorum quomodo instituitur. 258. in quibusnam casibus Clerici subjiciuntur potestati sæculari. 267. Episcoporum causæ dijudicantur à Concilio provinciali. 274. cur Inquisitio ibi introducta. 282. asseritur Episcopis auctoritas decidendi fidei controversias. 286. & seq. libertates gallicanæ. ib. circa Judices à Papa delegatos quid ibi. 309. quomodo instituitur processus criminalis. 343. & seq. concordatum circa appellationes. 371. præsertim ab abusu. ib. quid ibi circa appellationes ad Papam.

pam. 372. appellationes ab *abusu* quomodo & quando instituuntur. 379. & seq. Clerici delinquentes sine degradatione puniuntur. 387. Regis Ministri non excommunicantur. 417.
Germania: quænam causæ ibi pertinent ad jurisdictionem ecclesiasticam, & quænam ad sæcularem. 255. quomodo lites circa ea ortæ dirimantur. 260. in nonnullis civitatibus olim Inquisitio cognita. 282. ibi non amplius viget. ib.
Graphiarius: ejus officium. 318.
Græci decimas non permittunt, & cur. 175. pro eis dant Pastoribus certa tributa. 194.

H

Hæresis quid sit. 278. undenam appellatur. ib. quisnam circa eam judex. ib. & seq. ad eam devincendam olim imploratus Papa. 279. crimen publicum est. ib. ad eam requiritur pervicatia. ib. illius nota non inuratur innocuis. 286. & seq.
Homagium Episcopis fieri solitum à provisis de beneficio. 102.
Hospitalia: unde eorum erectio. 212. quotuplex generis dantur. 213. Monasteriis unita. ib. sed quomodo, & quotupliciter. ib. eorum cura cui credita. ib. quædam ab Episcopis exempta. 214. & seq. semper tamen hi reddendæ rationi interveniant. 211. quænam visitent. ib. & 215. per fundatorum hæredes administrata. ib. inspectio datur Magistratui. 216. illorum Præfecti olim Diaconi. ib. quales præficiantur. ib. Religiosis comissa. ib. quoad spiritualia Parochis subdita. ib. Administratorum officium. 217. qualitates ib. corruptelæ circa administrationes. ib. pro certis infirmis fundata. 218. quinam in illa recipiantur. ib. honestati in eis provideatur. 220.
Humilitas commendatur Clericis. 10.
Hypocrisis, eam fugiant Clerici. 31.

I

Immunitas personalis Clericorum. 197. & bonorum ecclesiasticorum. 198. singulis Ecclesiis concessa. ib. & seq. sed quibusnam in bonis 199. extensa etiam ad privata Clericorum bona. 200. an sit de jure divino. 201. nunc est restricta. ib. in Germania est juxta sanctionem Leopoldi Imp. ib. à judicio sæculari an competat Clericis quoad omnia delicta. 264. & seq.
Incestus quotuplex. 296. pœnæ contra eum. ib. cognitio de eo est mixti fori. 297.

Incompatibilitas beneficiorum duplex. 26. discrimen quoad eam. ib. quando per possessionem secundi admittatur primum. ib.

Informatio in causis criminalibus quomodo fit. 344.

Inquisitio : ejus origo. 380. pluribus in locis recepta. 281. & seq. judicii ordo formatur. ib. cur non in regno Neapolitano recepta. 282. & cur introducta in alias Provincias. ib. in Italia restauratur. ib. Congregatio desuper erecta. ib.

Installatio in beneficiis vide *possessio* beneficiorum.

Institutio quoad beneficia quotuplex. 48. & 98. collativa tituli reservatur Episcopo. ib. licet jure speciali possit etiam competere inferioribus Collatoribus. ib. non diu differatur. 99. alias datur recursus ad Superiorem. 100.

Instrumenta in judiciis : eorum auctoritas. 335. quotuplicia dantur. ib. publica ut sint, quid requiritur. 337. quænam conducunt ad probandum. ib. plene probant, si sunt legitima. 338.

Interdictum, ejus definitio, & divisio. 402. generale non frequenter feratur. ib. quando & id ferri cœpit. ib. medium insolitum. 403. rigor mitigatur successive. ib. eo durante quænam licita. ib. illud violantes an excusantur. 404. quibus ritibus fertur. ib.

Irregularitas : in occulta dispensant Episcopi. 408. criminis exponitur. ib.

Judices, ad quos jubebantur fideles deferre suas causas in primitiva Ecclesia. 235. & seq. primitus tentent inter partes concordiam. 238. nec invigilent suis lucris. ib. ecclesiastici in quibusnam sunt incompetentes. 256. negligentes tenentur increpare Episcopi. ib. ordinarii, & extraordinarii. 303. Episcopi sunt ordinarii. ib. quinam adhuc. ib. delegati quinam. 305. istorum numerus augetur. 306. Synodales. 307. delegati in partibus. ib. non constituantur extra districtum litigantium. ib. & seq. litigantes studeant conciliare. 309. quando assumant Assessorem. 313. & seq. Notarium. 318. strictam tenebuntur reddere rationem apud Deum. 321. citationem partium quomodo, & quando fieri curent. 124. munus quoad probationes dirigendas. 330. denuntiantis alium dotes considerent. 344. quomodo se gerant in processu criminali. ib. & seq. pro captivis seligant sedulos custodes. 346. eorum partes quænam. 354. & seq. qualitates in eis requisitæ. 357. quomodo suum exerceant officium. ib. æquitatem causæ considerent. 358. quomodo se præparent ad decisionem causarum. ib. & seq. illorum juramentum. 359. quinam seligantur. ib. studeant justitiæ. 360. quomodo feferant eam. 361. appellantibus tenentur acta tradere. 375. post appellationem Judices *à quibus* nil innovare possunt. ib. nisi quæ juvant appellationem. 376. quinam recusari possunt. 380. ipsimet causas recusationis cognoscere nequeunt. 381. omnes recusari nequeunt. ib. ecclesiastici quam pœnam decernere possunt. 382.

Judicia ecclesiastica, ibi olim non viguit processus forensis. 237. primum sensim irrepsit. 238. eorum reverentia sensim viluit. 239. & cur. ib. in iis tractantur causæ mere ecclesiasticæ. 248. quidnam circa causas matrimoniales. ib. natalium. 250. quomodo olim habita. 303. exercentur juxta jus strictum. ib. & seq. eorum ministri. 312. instar arbitriorum. 322. nunc juxta rigorem juris habentur. 323. eorum processus civilis. ib. in iis olim nulla litis contestatio. 326. quando in iis causæ terminentur. 329. & seq. qualia olim. 341. ordo in iis servatus. 342. olim per aquam frigidam, ferrum candens. 350.

Judicia sæcularia, quinam iis præficiendi. 236. quomodo instituantur. 238. an ad ea pertinet judicare de causis criminalibus Clericorum. 264. ad ea non trahantur Clerici. 265. & seq. seu in quibusnam casibus. 267. in iis querelæ contra Officiales Episcoporum. 304. à quonam ibi examinantur testes. 331. in iis quomodo fiunt appellationes. 371.

Juramentum in possessione beneficiorum fieri solitum. 102. Procurator in resignationibus beneficiorum facere tenetur. 111. an ratione ejus contractus subduntur judicio ecclesiastico. 256. non fiat frequenter. 300. & 311. & seq. *calumniæ* quando & à quibus sit. 327. & seq. Clericis olim istud remissum. 328. olim & nunc rarius in usu. ib. *malitiæ*. ib. à testibus faciendum. 333. per illud probatio. 338. & seq. voluntarium, & necessarium. 339. quando fit, & permittitur. ib. suppletorium. 340. pro purgatione canonica. 353. Judicum. 359.

Jura eligendi, nominandi, & præsentandi ad beneficia sunt magis onera. 164.

Jurisdictio ecclesiastica in primitiva Ecclesia circa causas civiles. 235. & seq. olim nimis extensa. 237. præsertim in Gallia restringitur. 239. in quibusnam causis. ib. cum Principibus desuper eriguntur concordata. 240. ejus imminutio quando cœpit. ib. inter eam, & sæcularem quinam fines. 247. quousque nunc se extendit. ib. & 255. ad causas pias. 247. quomodo ad causas matrimoniales. 248. qualis conciliatio inter eam, & secularem. 249. an etiam quoad causas Natalium. 250. testamentorum. ib. circa has multum res-

restricta. 252. & seq. circa bona Ecclesiarum, & Clericorum. 254. & seq. an ad contractus ratione juramenti. 256. an ad causas miserabilium personarum. ib. quoad causas beneficiales tam in petitorio, quam in possessorio. 257. criminalis. 263. an se extendat ad crimina Clericorum. ib. ad punienda quænam crimina se extendit. 287. & seq. usque ad 302. diversi ejus gradus. 369. non turbatur per appellationes ab abusu. 379. vi illius ferendi censuras habetur potestas. 389.

Jurisdictio sæcularis ab ea exempti Clerici. 242 eorum quoque familiares &c. 244.

Jus Patronatus: ei nunquam Papa derogat. 72. ejus origo. 75. exerceatur intra certos limites, & moderamen. ib. & seq. quotuplex. 79. quodnam laicum. ib. ecclesiasticum alternativum. ib. Confraternitatem &c. ib. dividitur etiam in reale, & personale. ib. quomodo acquiritur. 80. quomodo per fundationem. ib. per præscriptionem. 81. & ib. desuper Concilii Tridentini decreta. ib. & seq. hæc quomodo nonnullibi recepta. 82. ecclesiasticum augetur. ib. estque reale. ib. quomodo transfertur. 83. si illud possident plures Patroni, quid agendum? ib. in Gallia censetur temporale. 84. si inter plures fuerit controversum, quid tum agendum. 86. ob id quænam jura competunt Patronis. ib. ad 88. exercent Monachi ob unitas Monasteriis suis Parochias. 189. circa illud litem dirimit potestas spiritualis. 241.

L

Lazarus S. ejus Ordo amitti proventus. 218.

Legata pia in testamentis executioni dentur. 253. & seq.

Legitimitas, à quonam lis desuper orta dijudicatur. 250.

Lenocinium, contra illud pœnæ. 294.

Libellos in lites contestatione quomodo offerendus. 325. & instructus sit. ib. si emendatur, quid tum. 327.

Literæ Pontificum monitoriæ, præceptoriæ, & executoriæ de beneficiis. 50. de providendo dantur cum quibusdam clausulis. 64.

Lites in primitiva Ecclesia inter fideles quomodo olim terminatæ. 235. Clericorum inter se quomodo decidantur. 241. earum contestatio quomodo fiat. 325. sine hac processus nullus. 327. ejus effectus. ib. expensas quis solvere tenetur. 362. circa expensas quomodo dijudicandæ. 363.

Litigantes olim ab ipsis Imperatoribus pro decisione causarum ad

ad Episcopos amandarunt. 237. post *litis* contestationem vocantur ad juramentum calumniæ. 327. non sinantur lites nimium protrahere. 357. victi in expensas condemnantur. 362.

M

Magia etiam in bonum finem adhibita prohibetur. 289. & seq. contra eam Decreta Principum. ib. olim sat frequens. 290. in dijudicanda caute procedendum. 291. quot modis fit. ib.

Magistratus quovis revereri debemus. 246. majores quinam reputantur. 313.

Maleficium unde dictum. 289.

Mansus ecclesiæ quid sit. 200.

Matrimonium, ejus causæ pertinent ad forum ecclesiasticum. 248. & seq. eas sibi reservarunt Episcopi. 249. circa eandem qualis conciliatio inter forum ecclesiasticum, & civile. ib.

Manutenentia quidnam sit. 260. & seq. quænam ad eam requiruntur. ib.

Mendicitas vaga pernitiosa. 219. quomodo inhibenda. ib.

Missa quid olim complectebatur. 9.

Mœchus contra eum pœnæ. 293. & seq.

Monachi an eis beneficia curata conferri queant. 7. quomodo nacti sunt Decimas. 180. inhibentur sine consensu Episcopi Decimas à laicis recipere. 181. eas obtinentes dent eleemosynas. ib. an percipere possunt Decimas Novalium. ib. an ipsi sint exempti à dandis Decimis. 183. & seq. prædia possidentes, à quibus Decimæ antea pendebantur, & ipsi solvant. ib. quid apud eos redemptio altarium. 189. constituunt Vicarios temporales in suis Parochiis. ib. ob Decimas, quas possident, alam Parochos, & Vicarios Parochiales. 192. eorum Monasteriis conceditur immunitas. 199. sed in quibusnam. ib. erigitur Hospitalia. 212. eorum lites quomodo terminentur. 241. & seq. cum iis accelerentur. 329. rei suppliciis non subjiciantur. 388. primævus eorum status. 409. suum statum relinquere nequeunt. ib. commendatur Episcopis. ib. contra eos coram quo olim actio intentabatur. 410. cur exempti. 411. & in quibus. ib. ad sacrus gradus evecti. 412. chrisma ab Episcopis obtinent. ib. habent liberam Abbates eligendi potestatem. ib. eorum bonis consulitur. ib. Fundatorum precibus obtinuerunt sua privilegia. ib. à quonam, & cur obtinuerunt. 414. quomodo iis utantur. ib. & seq. privilegia quoque sua obtinent à Sede Apostolica. 415. eorum

rum exemptio quotuplex. ib. & seq. proclives ad exemptiones. ib. eorum Abbates insolescunt. 416. privilegia adulterina. 417. excessus eorum. ib. contra eorum exemptiones insurgitur. 421. delinquentes extra Monasteria. ib. quinam dicuntur degere extra Monasteria. ib. in causis civilibus coram quo conveniendi. 422. in quibus ab Episcopis nullo modo sunt exempti. ib. & seq. est cultior Cleri pars. 423. pro cura animarum adhibeantur. ib.

Monasteria, quodnam olim subsidium Principi præstare tenebantur. 201. eorum bona quomodo alienari possunt. 208. & seq. iis uniuntur Hospitalia. 213. quotupliciter. ib. in iis sepultura olim erat omnino libera. 227. iis olim inclusi delinquentes. 384. eorum Syndici sint Laici. 318. Clerici lapsi iis includebantur in pœnam. 384. & 385. & seq. in iis carcer pro puniendis contumacibus. 384. & seq. in iisdem flagellorum usus. 385. & seq. qualis olim ibi excommunicatio. 390. non condantur sine Episcoporum licentia. 410. & seq. eorum jura læduntur ab Episcopis. 412. cur exempta. ib. & in quibus. ib. indemnitati pro illorum bonis consulitur. ib. servetur in iis religiosa clausura. ib. exempta, & non exempta. 416. privilegia adulterina. 418. sunt Seminaria cultioris Cleri. 423.

Mulctæ pecuniariæ quando ab Ecclesia impositæ. 383. & seq. quem in finem adhibitæ. 384.

N

Natales: causæ eos tangentes pertinent ad forum ecclesiasticum, sed qualiter. 250.

Nominatio ad beneficia competit Galliæ Regi tum ex indulto Pontificio. 95. tum per viam rectam. ib.

Notarius, ejus officium. 318. regio apostolicus quisnam. 319. munus honorificum. ib. unde dicitur. 335. alius regius &c. ib. examinetur ab Episcopo. ib. & quando apostolicus. ib. dotes. ib. & seq. istius jura & prærogativæ. 336. quomodo administret officium. ib. appellanti tenetur acta tradere. 375.

Novalia, eorum Decimæ pertinent ad Parochos. 181. & seq. ad tempus ob specialem laborem remitti solent. 185.

O

Oblationes fructuum unde ortæ. 175. differunt à Decimis. 187. pertinent ad Ecclesiam Parochialem. ib. quem in finem censentur datæ. ib. & seq. ad imagines datæ cujus sunt. 188. sicut

cut & in truncis expositis. ib. in Parochiis sunt duplicis generis. 194. ob eas Parochi sibi olim vindicarunt jus sepulturæ. 230. spontaneæ permittuntur pro sepulturis. 228.

Officia publica quomodo distribuenda, & administranda. 360.

Officialis Episcopi: istius officii origo. 286. contra Officiales istos olim querelæ. ib. numerus auctus. ib. Judex ordinarius est. ib. ejus jurisdictionem potest Episcopus restringere. 304. constitui potest Judex delegatus à Papa. 307.

Oratoria: eorum constructio. 8. ubi. 9. quem in finem. ib.

Ordinarius, quinam sub ejus nomine veniunt. 63.

Ordinatio, in ea obtinenda jam olim fuit dispensatum quoad defectum ætatis. ib.

Ordines nonnullis beneficiis annexi. 14. quando tunc recipiendi. 15. qui eos non recipiunt, puniuntur. 16. minoribus insigniti an gaudeant privilegio fori. 269. & seq.

Originale alicujus Scripturæ plene probat. ib. & seq.

P

Pagani sepulturæ in loco sacro indigni. 232. alias in eo functiones sacras habere non amplius licet. ib.

Parochiæ, vacantibus quomodo per concursum provideatur. 42. & seq. quænam à concursu exemptæ. 43. vacantibus datur Vicarius. 48. quando una alteri uniri potest. 136. & quando disuniri. 140. earum titulo jus decimandi inhæret. 178. plures uniuntur Monasteriis. 189. ob earum amplitudinem plures constituantur sacerdotes. 190. & seq. & unde hi alantur. 191. earum proventus incerti in duplici genere. 194. domus pro Parochis à quonam reparetur &c. 196. & seq. olim eis non competit jus sepulturæ. 227. Ecclesia respectu Parochianorum consideratur velut mater. 230. quarta funeralium eis debetur. ib.

Parochi, eorum obligatio. 1. incumbant curæ animarum. 7. & seq. intra annum recipiant sacerdotium. 16. & seq. alias puniendi. ib. nisi studiis incumbant, & Episcopus ex eo dispenset cum illis. 17. sint ab Ordinario examinati. ib. in Gallia. 21. annorum. ib. scientia præditi. 18. selecti. ib. defendant jura suæ Ecclesiæ. 90. quænam portio congrua pro eis. 126. perpendant, quid sint Decimæ. 175. habent jus decimandi. 176. & seq. dissidia inter illos circa Decimas unde oriuntur. 178. quomodo hæc dissidia deciduntur. ib. ad ipsos pertinent Decimæ Novalium. 181. eas tamen ob istarum expensas ad tempus remittat. 185. coram eis fiant computus omnium proventuum ecclesiasticorum. 188. quomodo De-

Decimas adhibeant. 189. *primitivi* quinam. ib. & seq. eis subministretur portio congrua. 191. & undenam. ib. *primitivi* alant suos Vicarios. 192. eis debetur portio congrua jure alimentationis. 193. quomodo de ea sibi provideri faciant. 194. desuper eis assistat Episcopus, vel etiam Judex laicus. 195. eorum domus à quonam reparari debet. ib. & seq. suppellectilem sibi provideant. 196. proponant sibi mercedem evangelicam. ib. eorum portio congrua ab exactionibus libera. 202. eis in spiritualibus subduntur Monasteria. 217. pauperes suæ Parochiæ adnotent. 220. olim non habuerunt jus sepulturæ. 227. an quid petere possint ex sepulturis pro portione congrua. 228. non instituant desuper exactiones. 229. in quonam consistit eorum jus circa sepulturas. ib. & seq. quarta funeralis eis debetur. 230. quænam solemnitas requiritur pro testamento coram iis facto. 252. moneant moribundos Parochianos de conficiendo testamento. 253. instruant populum, ut caveant sibi à rebus magicis. 292. quomodo coerceant crimina in populo. 302.

Patronus Ecclesiæ Parochialis in concursu quem præsentet. 47. exerceat suum jus cum moderamine. 76. pro Ecclesiis istiusque bonis datus. ib. hujus officium. ib. & seq. à benefactore differt. 80. & seq. ubi plures Patroni, quid agendum. 83. quæ ei competunt jura. 84. intra quodnam tempus præsentare tenetur. ib. & seq. pauper alimentatur ex bonis ecclesiæ. 87. competit ei honor processionis, inspectionis &c. 89. non excedat suos limites. ib. quanta ejus obligatio in præsentando &c. 164. & seq. provideat præsentato de portione congrua. 192. ejus consensus requiritur quoad alienationem bonorum ecclesiasticorum ab eo provenientium. 204.

Peculium Clericorum ex quibusnam bonis. 84.

Pensionarius, ejus officium. 318.

Pensiones ecclesiasticæ, desuper abusus carpitur. 120. earum origo. ib. & seq. medelæ pro abusu earum. 121. ex quibusnam causis concedi possunt. 122. quem in usum dentur. 209. an ad eas obtinendas sufficit dispensatio. ib. qualis requiritur causa dispensandi. 210. quis eas imponere potest. ib. iis quænam beneficia onerari possunt. 211. & 218. earum portio qualis sit. 213. an dentur etiam ex distributionibus quotidianis. 127. sub quibusnam clausulis concedi solent. ib. quando solvi debent. 128. sub qua pœna. 129. cujusnam requiritur consensus pro iis imponendis. ib. desuper regula Cancellariæ. ib. pro quibus personis, concedi possunt. 130. morte Pensionarii expirant. ib. quot aliis modis extinguuntur. 131. per Pontificis facultatem in alios transferri possunt.

sunt. ib. & seq. quænam sunt illæ ex causa lucrativa. 132. redimuntur per anticipatas solutiones. ib. formula super illarum extinctione. ib.

Peregrini mendicantes, in eos inquirendum. 306.

Perjurium grave delictum contra Deum. 300. pœnæ contra illud. 299.

Permutatio beneficiorum olim haud licita. 108. ex justa causa fieri potest. ib. beneficia non aliis, quam permutantibus, concedantur. 109. & seq. relinquitur auctoritati Ordinariorum. 110. fiat procul ab affectu carnis. ib. & seq. an in ea datur regresus, & quando. 118. permutans quandiu potest retinere possessionem sui beneficii. ib. ob eam licita est pensio ecclesiastica. 122.

Personatus in Ecclesiis erecti. 3. à dignitatibus differunt. 4. cui conferantur. 12. iis Ordo annexus. 14.

Petitorium circa causas beneficiales à quonam cognoscitur, & deciditur. 257.

Placetum regium circa dispensationem quoad pluralitatem beneficiorum. 31. circa omnes Pontificum Bullas. 72. & seq. origo effectus, clausulæ. 74.

Pœnitentia canonica, quænam olim. 276. pro quibus peccatis. ib. publica, & privata. ib. coacta olim sæpe in usu. 277. contra varia crimina. ib. & seq. qualis olim ejus processus. 289. ejus olim ordo. 387.

Pœnæ in Beneficiatos non facientes se ordinari debito tempore. 16. & seq. quem in finem injunguntur. 383. quotuplex. ib. pecuniariæ quando impositæ. 384. inter eas olim erat reclusio in Monasteria. ib. ibi carcer. ib. exilium. ib. emigratio. ib. flagellatio. ib. degradatio. 386. reclusio in Monasteria. 388. & seq. quas injungere possunt Judices ecclesiastici. 389.

Pontifex, ei competit dispensatio quoad defectum ætatis &c. in beneficiandis. ib. eam tantum confert provisis de beneficio. ib. & seq. illi asseritur dispensandi facultas quoad beneficiorum pluralitatem. 23. & 29. reservationes quoad beneficia. 50. an omnium beneficiorum Dominus. 51. & 54. an ei competat jus præventionis circa beneficia. 59. & seq. ejus provisiones in forma *Dignum*, & in forma *gratiosa*. 62. & seq. non derogat juri Patronatus. 72. nec per suas provisiones tolli jus quæsitum. ib. & seq. proprio motu pensiones imponere potest. 130. an possit dare facultatem pensiones ecclesiasticas in alium transferendi. 131. Episcopatus unire potest. 134. & seq. sæpius concessit Principibus à Clero petere Decimas. 179. an Clero Decimas imperare potest. 202. an ejus consensus requiritur ad alienationem ecclesias-

siasticorum bonorum. 209. ingemiscit restrictæ jurisdictioni ecclesiasticæ. 239. præscribit solemnitatem testimoniorum. 252. Episcoporum judicium renovare potest. 271. & seq. an ei competat potestas Episcopos judicandi. 272. ad eum fit recursus ad devincendas hæreses. 279. qui ab ejus communione se separat, schismaticus supponitur. 283. & seq. cum illo concertationes Asianorum, & Africanorum. 284. ad eum devolvuntur causæ majores. 286. præsertim fidei. ib. ejus Bullæ &c. in Gallia revidentur. ib. ad eum appellationes frequentatæ. 305. nimium frequenter delegat causas. ib. sæpius constituit plures Judices delegatos. 306. distincta ejus potestas ab impetratoria. 339. & seq. debet promulgare ecclesiæ judicia. 367. ad eum datur appellatio vi Primatus. 370. & quidem ex toto orbe christiano. 371. aliter punit, ac Imperator. 387.

Portio congrua Pastorum quænam sit. 189. in quanam quantitate consistit. 191. quando augeatur. ib. unde desumenda. 192. quinam Decimatores præcipue ad eam conferant. ib. ejus causa est alimentatio. 193. assignetur in re certa. 194. fiat computus sumptuum. ib. quotuplex genus proventuum parochialium. ib. quoad eam quis Judex. 195. an desumi possit ex sepulturis.

Positiones in judiciis ecclesiasticis quid sunt. 332.

Possessio beneficiorum summi debet, veluti feudi investitura. 100. quibus competit immissio in possessionem. ib. qua forma fit. 101. quæ interveniunt symbola. ib. fit etiam per Procuratorem. ib. deponitur juramentum. ib. dum initur, emitti debet fidei professio. ib. pro ea obtenta nil petatur. 102. Regula trigesima quinta Cancellariæ de annali possessore. 103. Concilii Basileensis Decretum de triennali possessione. 105. & seq. de eadem regula Cancellariæ trigesima sexta. ib. pacifica quas requirit conditiones. ib. subnixa titulo colorato quam fortis. 106. an hanc nullus possit beneficio privari. ib. & seq. juris quænam sit. 259. manutenentia quoad eam. ib. & seq. relevat ab onere, probandi. 331.

Possessor pacificus beneficii quisnam sit. 28. de annalis. 103. triennali. 105.

Possessorium circa causas beneficiorum à quonam deciditur. 170. quotuplex. 259. an una cum eo possit cognosci petitorium. ib. coram quibus fit ejus cognitio. ib. quotupliciter id fundatur. ib. & seq.

Potestas, cuivis debetur reverentia. 246. inter spiritualem, & sæcularem limites. 247. sæcularis ad quid instituta. 263. ecclesiasticæ, & sæcularis divisio. 339. & seq.

Præsentatio à quo, & intra quod tempus fiat. 84. & seq. si in favorem indigni, quid tum? 86. in literis porrigatur Episcopo. ib. si plures sint Patroni, quæ tum observentur. ib. si plures præsentantur. ib.

Præsumptio quid sit. 331. quotuplex. ib.

Preces primæ ad beneficia competunt Imperatori. 96. earum formula. ib.

Principes, iis debetur reverentia. 246. agnoscunt causas mere ecclesiasticas ad forum ecclesiasticum pertinere. 248. eorum est punire delicta criminalia. 261. ecclesiasticorum potestas differt à potestate sæcularium. 340. & seq.

Prioratus conventualis, eum obtinens, & se ordinari non faciens punitur. 16.

Privilegiati casus, & delicta Clericorum, quænam sunt. 267. & quotuam. 269.

Privilegium fori competens Clericis. 242. eorum familiaribus 244. nimium extensum. ib. circa causas criminales Clericorum. 265. & seq. & cur? ib. olim nimium universale. 268. eo omnes Clerici gaudent. 321. non faveat fraudulentis. ib. & seq.

Probatio in judiciis quid sit. 330. quando & quomodo fit. ib. ejus effectus. ib. per testes. 331. per varias scripturas. 337. per juramentum. 338. in causis criminalibus quænam requiruntur. 349.

Processus in judiciis ecclesiasticis. 323. & seq. inter ordinarium, & summarium discrimen. 326. summarius quinam. 327. pœnitentialis qualis olim. 342. accusatorius, denuntiatorius, & inquisitorius. ib. & seq. quomodo fit. 344.

Procurator in resignationibus beneficiorum adhiberi potest. 111. quæ in observanda. ib. an alium substituere possit. 112. quamdiu durat ejus officium. 113. ejus officium in judiciis. 316. quibusdam in casibus admittitur. 317. juramentum. ib. mandatum habeat in scriptis. ib. fisci in Curiis ecclesiasticis 320. *officii* quisnam dicitur. ib. de eo querele. 321. & seq.

Professio fidei ante possessionem beneficiorum fieri solita. 101.

Professores culpandi, qui in dignos promovent ad gradus &c. 18.

Promotor in curiis ecclesiasticis: ejus officium. 320. de eo querelæ. ib & seq. in causis criminalibus. 344. & 345. ibi est velut accusator. 347.

Propositio erroris quid sit. 378.

Provisiones apostolicæ beneficiorum in forma *dignum*, & in forma *gratiosa*. 62. committuntur Ordinariis. ib. in forma

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

gratiosa literæ diriguntur ad Precistam. 63. hic tamen semper examinatur. ib. dantur cum quibusdam clausulis 64. quid in eis attendendum, 74.

Purgationes vulgares quænam olim. 350. quomodo peragebantur. ib. quando olim adhibitæ. 353. dein proscriptæ. 352. canonica quænam. 353. testes adhibiti. ib. *manu quinta &c.* qualis erat. ib. & seq.

Q

Quarta funeralium Ecclesiæ Parochiali solvenda. 227. & 230. in quonam consistit. 231. alibi diminuta, alibi desuper pactum initum. ib.

R

Raptus, contra committentes eum pœnæ. 296. quinam has incurrunt. ib.

Recredentia quid sit. 301. circa eam quis præfertur. ib. circa eam quid judici agendum. 258.

Recusatio judicis quid sit. 380. ex quibusnam causis datur. ib. ad quosnam extendi potest. 381. & seq. causas ejus quis cognoscit. 382.

Redemptio altarium quid sit. 189.

Regalia quid, & quotuplex sit. 91. desuper pacta cum Calixto II. P. 92. Philippi Pulchri instructio ad Papam circa ea, quæ Regaliam tangunt. ib. vi ejus quomodo collatio beneficiorum ad Principes venit. ib. & seq. nimis extensa restringitur. 93. à nonnullis Imperatoribus dimittitur. ib. in Gallia restringitur circa fructus. ib. extenditur autem circa collationem beneficiorum. 95. etiam circa hanc triplex moderamen. ib. dubia de ea orta agitantur apud Judices regios. 94. an sit fundata. 96. an vi illius Principibus competat collatio beneficiorum. ib.

Regulæ Cancellariæ. I. de beneficiis reservatis. 54. altera de iisdem. ib. & seq. octava de octo vel sex mensibus. 55. de alternativis. 57. formula hanc regulam acceptandi. 58. ad quosnam restringitur. ib. alternativæ interpretatio in Concordatis. 59. trigesima de verisimili notitia. 60. *Rationi congruit.* 65. vigesimæ quartæ tenor. 66. item vigesimæ septimæ circa Bullas expediendas. ib. vigesima de patrio idiomate. 67. de exprimendis qualitatibus promovendi. ib. item valore beneficii. ib. clausulæ earum derogatoriæ. 71. decima octava de non tollendo jus quæsitum. 72. trigesima quinta de annali possessione. 103. contra quos procedit. ib. quando fallit.

lit. ib. & seq. quidnam juxta eam exprimere debet obtinere volens beneficium à Papa. 105. trigesima sexta de triennali possessione. ib. quas requirit conditiones. ib. & seq. quadragesima quinta de Procuratoribus in resignatione beneficiorum. 111. quadragesima quarta de consensu in resignationibus. ib. & 118. quadragesima quarta de non dimittendis beneficiis ab electis ad Prælaturas, sed ad eas nedum promotis. 113. decima nona de infirmis. 115. uberius declaratur. ib. & seq. de publicandis resignationibus. 116. ei substituitur nova regula. ib. de præstando consensu in pensionum ecclesiasticarum impositione. 129. de unionibus beneficiorum. 137. ejus tenor. 139.

Regulares tenentur promulgare censuras ab Episcopis latas. 390. sibi nimia privilegia affectantes. 417. extra claustra delinquentes ab Episcopis puniri possunt. 421. ad eos monita. 418.

Relator: ejus officium. 358.

Reservationes Apostolicæ beneficiorum. 50. origo. ib. multiplicis generis. 51. à Concilio Basileensi abolitæ. ib. quid de iis statuit Tridentinum. 52. circa beneficia in curia vacantia. ib. earum numerus quomodo actus. 54. Regulæ Cancellariæ de iisdem. ib. sunt odiosæ. 55. quænam beneficia ab iis exempta. 57. an abolendæ penitus. 61. casibus papalibus quis absolvere potest. 407. non sunt ubivis omnes receptæ. ib.

Residentia quotuplex. 25.

Resignatio beneficiorum qualis olim. 108. non fiat absque consensu Episcopi. ib. & 110. licita est. 108. permutationis causa. ib. requiritur consensus Pontificis. 109. in favorem est duplex. ib. non fiat indifferenter, & sine causa. 110. nec ex malo fine. 111. neque interveniat simonia. ib. an per Procuratorem. ib. & quomodo. ib. & seq. Procuratoris mandatum quando expirat. 113. resignans mandatum revocare potest. ib. an post mortem resignantis mandatum expiret? 113. quænam beneficia resignari, aut non resignari possunt. 114. quinam resignare possunt. 115. & seq. de infirmis resignantibus regula Cancellariæ. ib. istius regulæ tenor magis declaratur. 116. an ei derogari possit. ib. regula de publicandis resignationibus. ib. ubi adhuc hæc regula viget. ib. quandiu resignatio revocari potest. 118. Regula Cancellariæ. 44. de consensu in resignationibus. ib. & seq. an post resignationem datur regressus in idem beneficium 119. hi regressus à SS. Patribus rejiciuntur. ib. & seq. ob eam licita est pensio ecclesiastica. 122.

Revisio quid sit. 377. quomodo petitur. 378. est medium extraordinarium. ib. qualiter fiat. ib.
Reus, dantur cuivis dilationes ad se defendendum. 349. quando potest torturæ subjici. ib.

S

Sacella, eorum erectio. 8. & seq. non erigantur sine consensu Episcopi. ib.
Sacellani olim à Canonicis haud distincti. 9. sensim viluerunt. ib.
Sacramenta, in iis administrandis omnino nil petatur, aut recipiatur. 195. causæ ea tangentes pertinent ad forum ecclesiasticum. 248.
Sacrilegium quid sit. 298. contra illius reos pœnitentiæ. ib. multiplex illius species. 303. & seq.
Schisma succenturiatur hæresi. 283. quid significat. ib. quisnam illius reus. ib. definitur. ib. & seq. an illud exortum inter Asianos ob celebrationem Paschatis. 283. an inter Africanos ob baptismum hæreticorum. ib. inter particulares Ecclesias. 284. hujus criminis pœnæ. ib. potest esse sine hæresi. ib. Judex circa illud quisnam est. ib. & seq.
Scripturæ variæ quomodo conducunt ad probandum. 337. earum originale ad id petitur. ib. privatæ an probant. 338.
Scrutatores in electionibus: eorum officium. 38.
Scrutinium in electionis negotio. ib.
Secretarius: ejus officium. 318. Episcoporum. 319.
Sententia multiplex. 355. interlocutoria duplex. ib. provisoria. 356. in hac requiritur aliquando cautio. ib. an in favorem amici ferri potest. 361. quomodo, & à quonam promulgatur. ib. fiat mentio expensarum. 363. ejus executio quando, & quomodo fieri debet. 364. & seq. quando transit in rem judicatam. 374. quando datur ejus reformatio. 373.
Sepultura: vari ejus ritus. 223. Clerici in sacris vestibus sepeliendi. ib. olim fiebat sub vesperam. ib. quisnam locus pro ea. 226. plena libertas locum pro ea eligendi datur. ib. an etiam intra Ecclesiam. ib. & seq. ejus locus benedicitur. ib. nunc si alibi eligitur, quarta funeralium iis solvatur. 227. ad eam apud Religiosos seligendam non sollicitentur infirmi. 228. si à defuncto nulla est selecta, Parochi est providere. ib. quivis eam seligat in sua Parochia. ib. pro ea nil exigatur. ib. per quos olim funus offerebatur. ib. in ea spontanea oblatum permittitur. ib. taxæ funerales. ib. non fiant nimiæ exactiones. 229. quibus ea in loco sacro denegetur.

tur. 232. si vero indigni ea donati sunt, quid tum agendum. ib.
Servitus: de ea circa bona Clericorum &c. quisnam cognoscit. 254.
Signatura in expeditionibus apostolicis. 65. aliquando meretur plenam fidem. 66. in Gallia est in usu loco Bullarum. ib. continet ea, quæ in Bullis. 67. dividitur in tres partes. ib. quomodo à Papa &c. fit. 70. de variis ejus clausulis. ib. ad 72. ultimo apponitur *Data*. 73.
Simonia est dimittere unam Præbendam, ut obtineatur major. 123. quantum crimen. 142. Patres in eam invicti. ib. circa collationes beneficiorum, & ordinationes. ib. Concilii Tridentini Decretum contra eam. ib. palliata quam subtiliter intervenit. 144. triplex munus, per quod committitur. ib. ejus rei fiunt, qui commendant, aut provehunt quemdam ad beneficium ob favorem humanum. 146. an ob præstitum obsequium spirituale incurratur. ib. familiares Episcoporum nil recipiant ob ordinationem &c. ib. & 149. hoc vitium pervasit Orientem, & Occidentem. 147. fraudes ad illud excusandum. 148. contra eam Patrum sententiæ. ib. quot modis tegebatur. 149. & seq. an ad redimendam vexationem aliquid dare licet obtenturo beneficium. 151. an ex obtentu gratuitæ compensationis. ib. quænam circa ea attendantur. ib. pœnæ in eam admittentes. ib. & seq. omnis provisio ex hoc vitio facta est nulla. 153. & seq. inter occultam, & notoriam quale discrimen. 154. beneficia per eam obtenta ipso jure vacant. ib. cujusnam Judicis requiritur desuper declaratio. ib. an detur quoad eam dispensatio, saltem circa pœnas. 155. sed qualis 156. & 160. simoniaci ante obtentam dispensationem dimittant sua beneficia. ib. omnes illius rei denuntientur. 158.
Sortilegium. quid sit. 288. à Patribus damnatus. ib. cur divinatio dicitur. ib. contra illud pœnæ. 291.
Spolium: ejus jus cui competit. 173.
Stationes pœnitentium, olim incluserant excommunicationem. 391.
S. Stephanus: ejus lis cum Africanis. 285.
Stipendia pro pueris chori. 13. & seq.
Stuprum quomodo comittitur. 295. contra illud pœnæ. ib. & seq. ex eo datur actio. ib. cum violenta compressione junctam quomodo punitur. ib.
Subdelegatis Judices quomodo ab iis appellandum. 307.
Suspensio: ejus definitio, & divisio. 404. varii illius gradus. ib.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

ib. à beneficio. 405. feratur in scriptis. ib. latæ sententiæ. ib. eam violans irregularis. ib.

Superstitio quando committitur. 290. contra eam pœnæ. ib. omnino tollatur. 292.

Syndicus : unde ejus nomen. 318. vocatur quoque Pensionarius. ib. differt ab officio Procuratorum. ib.

T

Testes : probatio per eos. 332. à quo producuntur, examinantur &c. ib. & seq. quinam à ferendo testimonio excusantur. ib. quinam prohibentur. ib. quotnam faciunt plenam fidem. 333. curare tenentur de veritate dicenda. ib. quomodo, & à quonam examinentur. ib. testimonia scriptis mandentur. 334. exceptiones contra eos. ib. in causis criminalibus adhibiti. 345. negante accusato crimen iterum examinantur. 348. *Sacramentales* in purgatione canonica. 353.

Testamenta an Clerici facere possunt de rebus respectu Ecclesiæ acquisitis. 171. qualis olim, & nunc praxis. ib. & seq. sine illis defunctorum Clericorum bona cui competunt. 172. eorum causæ olim tribunali ecclesiastico delatæ. 250. Parochianorum coram Parochis suis facta quomodo valent. 251. circa illa decrevit auctoritas judicium ecclesiasticorum. ib. quenam mixti fori. ib. & seq. nonnullibi laicorum ad Judicem laicum : Ecclesiasticorum autem cognitio pertinet ad Judicem ecclesiasticum. ib. circa Legata qualis praxis. 252. & seq. fiant tempestiva. 254.

Titulus circa recredentiam quid sub nomine ejus venit. 258.

Tonsuram : ea insigniti an gaudeant privilegio fori. 268. ad 271.

Tortura : ei quando reus potest subjici. 349. subjiciantur Clerici delinquentes. 378. & seq.

Turnarius quisnam dicatur. 37.

V

Vasa sacra pietatis gratia vendere licet. 208.

Vicarius Generalis intersit examini pro concursu. 53. ejus officium quando ortum. 304. qualis jurisdictio ei competit. ib.

Vicarius detur Ecclesiæ Parochiali, dum vacat. 48. Ejus officium. ib. temporalis in Parochiis. 190. & seq. perpetuus ubi instituatur. ib. talis tantum nomine à Parocho differt. ib. ei destinetur portio congrua. 191. unde hæc portio sumatur. ib. de-

debetur jure alimentationis. 193. Episcopus, vel etiam Judex laicus desuper provideat. 195. proponat sibi mercedem Evangelicam. 196.

S. Victor : ejus concertatio cum Asianis. 283.

Unio beneficiorum : ob eam abusus. 133. & seq. cur & quotuplex invaluit. ib. perpetua, & realis quotuplici modo fit. 134. Unionis literas scrutari oportet, ut sciat, quonam modo facta fuerit. ib. Episcopatuum fit à Papa ; aliorum autem beneficiorum ab Episcopo, aut à Capitulo S. V. 135. & seq. Galliæ quoque Rex unit beneficia ab ejus collatione dependentia. 136. quænam requiritur causa ad unionem. ib. de ejusmodi unionibus Synodi Tridentinæ Decretum. ib. quosnam in fines hoc Concilium eas permittit. ib. Parochiæ uniri possunt. 137. quænam beneficia uniri nequeunt. ib. perpetua inhibetur à Tridentino. ib. quænam forma in iis observetur. ib. & quinam desuper audiendi. 138. & seq. uniendorum beneficiorum valor debet exprimi. 139. Unio quotupliciter solvitur. 140. qui eam tollere potest. ib. *ad vitam* olim, jam expuncta. 141.

Universitates acquirunt exemptiones. 418.

Vota dubia &c. in electionibus rejecta putantur. 38.

Usura. inter crimina ecclesiastica. 301. à peccato quænam excusatur. ib. pœnæ contra illius reos. 302. ex mixti fori. ib.

NOI
RIFORMATORI
DELLO STUDIO DI PADOVA.

Avendo veduto per la fede di revisione, ed approvazione del Pubblico Revisor *Dott. Natal dalle Laste* nel Libro intitolato: *P. Zegeri Bernardi Van-Espen celeberrimi Juriconsulti Lovaniensis Jus Ecclesiasticum in Epitomen redactum &c. stampa* non v' esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per attestato del Segretario nostro niente contro Principi, e buoni costumi, concediamo licenza a *Giuseppe Remondini* Stampator *di Venezia*, che possa essere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 24. Marzo 1783.

Andrea Quirini Rif.
Niccolò Barbarigo Rif.
Alvise Contarini 2.° Cav. Proc. Rif.

Registrato in libro a Carte 77. al Num. 726.

Davidde Marchesini Segr.

Addì 25. Marzo 1783.
Registrato al Libro dell' Eccellentiss. Magistrato contro la Bestemmia a Carte 112. t.

Andrea Sanfermo Segr.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
VALERE FLAMMA VERITATIS
UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

